dū dixerit iesus: qd mihi ꝛ tibi ē mulier:
interim credat qd dixerit ꝛ qd mr̄i dixerit
Sit pmo pietas in credēte: ꝛ erit fruct⁹ in
intelligēte. Interrogo vos o fideles christi
ani. Erat ibi mr̄ iesu? Rn̄dete erat. Unde
scitis? Rn̄dete: h loquit euāgeliū. Quid
rn̄dit mr̄i iesus? Rn̄dete qd mihi ꝛ tibi est
mulier: nōdū venit hora mea. Et hoc
vn̄ scitis? Rn̄dete: h loquit euāgeliū. Nul
lus vob corrūpat hāc fidē: si vultis spōso

C
...lfa hꝫ
...e tertia
...lra vo-
...rē autē ꝛ
...ꝛ dis. e.
...nuptias.

...obseruat
...nā tex.
...pꝫ. Et d
...e vi. di-
...at iesu
...i: vinuꝫ
...t. Et di
...iesus

seruare castā virginitatē. Si aūt querit q
vobis/cur h mr̄i rn̄derit? dicat q intelligit
Qui aūt nōdū intelligit/firmissime tn̄ cre
dat ꝛ h rn̄disse: ꝛ tn̄ mr̄i rn̄disse iesuꝫ. Hac
pietate merebit etiā intelligere cur ita re
spondit: si orādo pulset nō rixando acce-
dat ad ostiū veritatis. Tantū caueat ne-
duꝫ se putat scire aut erubescit nescire cur
ita rn̄derit: cogat credere aut euāgelistaꝫ
fuisse mentituꝫ q ait: erat ibi mr̄ iesu: aut
ipsum christū falsa morte passum pp̄ de-
licta nr̄a ꝛ falsas cicatrices ondisse pter
iustificationē nr̄aꝫ. falsumqꝫ dixisse/si mā
seritis in verbo meo vere discipuli mei estis
et cognoscetis veritatē: ꝛ veritas liberabit
vos. Si eni falsa mr̄: falsa caro: falsa mors
falsa vulnera passiōis: false cicatrices re-
surrectiōis: nō veritas credētes in eū/sed
potius falsitas liberauit. Immo vero fal
sitas cedat veritati: ꝛ confundant oēs/q p-
pterea se volūt videri veraces/qꝛ christū
volūt demrare fallacē: ꝛ nolūt sibi dici: nō
vob credim⁹ qꝛ mētimini: cū ipsam veri-
tatē dicant esse mētitā. Quib⁹ tn̄ si dica-
mus: vnde nostis dixisse christū qd mihi ꝛ
tibi ē mulier: euāgelio se credidisse rn̄dēt
Cur ergo nō credūt euāgelio dicēti/erat ibi
mr̄ iesu: ꝛ dixit ei mr̄ ei⁹? Aut si h mentit
euangeliū: quō ei credit qꝛ dixerit iesus/
qd mihi ꝛ tibi ē mulier? Cur nō poti⁹ mi-
seri: ꝛ qꝫ ita nō extranee/sed mr̄i dn̄s rn̄de
rit/fidelit credūt: ꝛ cur ita rn̄derit/ pie q̄-
runt? Multū eni interest inter eum q di-
cit/volo scire qre christ⁹ h mr̄i rn̄derit: et
eum q dicit/scio qd h christ⁹ nō mr̄i rn̄de-
rit. Aliud ē intelligere velle qd clausuꝫ ē:
aliud nolle credere qꝫ aptū est. Qui dicit
scire volo cur ita christ⁹ mr̄i rn̄derit: apire
sibi vult euāgeliū cui credit. Qui aūt di-
cit scio qd hoc christ⁹ nō mr̄i rn̄derit: ipsū
euāgeliū arguit de mēdacio vbi credit qꝫ
christ⁹ ita rn̄derit. ¶ Iā vero si placet fra P
tres illis repulsis ꝛ in sua cecitate erranti-
bus semp/nisi hūiliter sanentur: nos que-
ramus quare dn̄s noster sic matri respon-
derit. Ille singulariter natus de patre si-
ne matre: de matre sine patre: sine matre
deus: sine parte homo: sine matre ante tē-
pora: sine patre in fine tempoꝝ. qd respon
dit/matri respōdit: quia erat ibi mater ie-
su: ꝛ dixit ei mater eius. Hoc totū euange
lium loquitur. Illic nouim⁹ quia erat ibi
mater iesu: vbi nouimus qd dixerit ei: qd

mihi ꝛ tibi mulier/nondū venit hora mea. Totum credam⁹: ꝛ qđ nondū intelligim⁹ requiram⁹. Et primū hoc videte: ne forte quō inuenerunt manichei occasionē perfidie sue qꝛ dixit dn̄s: q̄d mihi ꝛ tibi est mulier: sic īueniāt mathematici occasionē fallacie: qꝛ dixit/nondū venit hora mea. Et si hoc ſm mathematicos dixit/sacrilegiū fecimus. incendēdo codices eoꝝ. Si autē recte fecimus sicut aplo̅ꝝ tp̄ibus factū est non ſm eos dixit dn̄s nondum venit hora mea. Dicūt enī vaniloq̄ ꝛ seducti seductores. Vides qꝛ sub fato erat christ⁹. q̄ dicit nondū venit hora mea. Quibus ḡ prius respondēdū est: hereticis an mathematicis? Vtriq; enī a serpēte illo veniūt: volētes corrūpere virginitatē cordis ecclesie quā habet in integra fide. Primo si placet eis quos ꝓposueram⁹: quib⁹ quidem iam ex magna parte respondim⁹. Sed ne arbitretur nos non habere q̄d dicam⁹ de his verbis que dn̄s nr̄i respondit: vos magis aduersus illos instruim⁹. Nam illis refellendis/puto qđ sufficiāt que iam dicta sunt. Cur ergo ait matri fili⁹ q̄d mihi ꝛ tibi est mulier nōdū venit hora mea? Dn̄s noster iesus christ⁹ ꝛ deus ꝛ hō. ſm qđ deus erat matrē nō habebat: ſm ꝙ hō erat/habebat matrē. Mater ḡ carnis mater infirmitatis quā suscepit ꝓpter nos. Miraculū autem qđ factur⁹ erat/ſm diuinitatē factur⁹ erat si ſm infirmitatē. ſm qđ deus erat/nō ſm id qđ infirmus nat⁹ erat: sed infirmū dei: fortius est hoīb⁹. Miraculum ergo exigebat mater. at ille tanq̄ nō agnoscit viscera humana: opatur⁹ facta diuina tanq̄ dicens. Qđ de me facit miraculū: nō tu genuisti: diuinitatē meā nō genuisti. Sed qꝛ genuisti infirmitatē meā/tūc te cognoscā cū ipsa infirmitas pendebit in cruce. Hoc ē enī nondū venit hora mea. Tūc ei cognouit q̄ vtiq; semꝑ nouerat: ꝛ anteq̄ de illa natus esset in p̄destinatiōe nouerat mr̄em: ꝛ anq̄ ipse d̄s crearet de q̄ ip̄e hō crearetur nouerat matrem. Sꝫ ad q̄ndaꝫ horā ī mysterio non agnoscit: ꝛ ad q̄ndam horam q̄ nōdū venerat: ī mysterio rursus agnoscit. Tūc enī agnouit quando illud quod peperit moriebať: non enī moriebať per qđ facta erat maria: sed moriebať qđ factum erat ex maria. Nō moriebať eternitas diuinitatis: sed moriebať infirmitas carnis.

Illud ergo respondit discernēs in fide credentiū: quis/ꝑ quā venerat. Venit enī ꝑ mr̄eꝫ feminā deus ꝛ dn̄s celi ꝛ terre: Scđꝫ qđ dn̄s mōi qđ dn̄s celi ꝛ terre dn̄s vtiq; ꝛ marie: ſꝫ qđ creator celi ꝛ terre creator et marie. Scđꝫ enī qđ dictū est factū ex muliere factum sub lege: fili⁹ marie. Ipse dn̄s marie: ipse filius marie: ipse creator marie ipse creatus ex maria. Noli mirari: qꝛ fili⁹ et dn̄s. Sicut enī marie ita ꝛ dauid dictus est filius: ꝛ ideo dauid filius qꝛ marie fili⁹. Audi apl̄m aperte dicentē: qꝛ factus ē ei ex semine dauid ſm carnē. Audi eū ꝛ dn̄ꝫ dauid: dicit hoc ipse dauid. Dixit dominus dn̄o meo: sede ad dexterā meā. Et ipse iesus hoc ꝓposuit iudeis: ꝛ eos inde cōuicit. Quō ergo dauid ꝛ fili⁹ ꝛ dn̄s? Filius dauid ſm carnē/ dn̄s dauid ſm diuinitatem: sic marie filius ſm carnē: dn̄s marie ſm maiestatē. Quia ergo nō erat illa mater diuinitatis ꝛ ꝑ diuinitatē futuruꝫ erat miraculū qđ petebat: respondit ei: q̄d mihi ꝛ tibi est mulier. Sed ne putes ꝙ te negem matrē: nōdū venit hora mea. Ibi enī te agnoscā: cum pendere in cruce cepit infirmitas cuius mater es. ¶ Probem⁹ si verum est. Qñ passus est dn̄s sicut idē euangelista dicit: nouerat mr̄em dn̄i: ꝛ q̄ nobis insinuauit etiam in his nuptijs mr̄em dn̄i ipse narrat. Erat illic circa crucē mater iesu: ꝛ ait iesus matri sue: Mulier ecce filius tuus: ꝛ ad discipulū/ecce mater tua. Cōmendat matrē discipulo: cōmēdat matreꝫ prior mr̄e moritur⁹: ꝛ ante mr̄is mortē resurrectur⁹. Cōmendat hō hoī hoīem: hoc pepit maria. Illa hora iam venerat de q̄ tunc dixerat: necdū vēit hora mea. Utrū arbitror frēs responsuꝫ ē hereticis: mathematicis respondeam⁹. Et ipsi vnde conātur ꝯuincere: quia sub fato erat iesus? qꝛ ipse ait vt inquūt: nondū venit hora mea. Si ergo dixisset horam non habeo/exclusisset mathematicos: non esset vnde calūniarenť. Nūc vero qꝛ dixit nōdū venit hora mea: contra ipsius verba q̄d possumus dicere? Mirum est qđ mathematici credē do verbis christi/conanť ꝯuincere christianos: qđ sub hora fatali vixerit christ⁹. Credant ḡ christo dicēti p̄tātem habeo ponēdi aīam meā: ꝛ p̄tātem habeo iterū sumendi eam. Nemo tollit eaꝫ a me/ sed ego pono eam a meipso: ꝛ iterū sumo eā: ergo ne

E

Joh. x

Joh. x

ista ptās sub fato est? Ostendant hoīez q̄ ptātē habeat qñ moriat̄: q̄zdiu viuat. omnino nō ostendūt. Credant ergo deo dicēti: potestatem habeo ponēdi aīam meam et iterū sumēdi eam: ꝛ querāt quare sit dictū nōdū venit hora mea. Nec iō iaz sub fato ponant ꝯditorē celi creatorē atq̄ ordinatorem siderū: q̄ꝛ si esset fatū de sideribus: non poterat esse sub necessitate sideꝝ ꝯditor siderū. Adde q̄ꝛ non solū christus non habuit qđ appellas fatum: sed nec tu aut ego aut ille aut quisq̄ hominū. Verūtamen seducti seducūt: ꝛ ꝓponūt fallacias hoībus. Tendūt ad capiēdos hoīes: ꝛ hoc in plateis. Nam q̄ tendūt ad capiendas feras: vel in siluis atq̄ in solitudīe id agunt. O q̄ infeliciter vani sunt hoīes: quibus capiēdis in foro tendit̄. Nūmos accipiunt. cum se hoīes hoīb⁹ vendūt. Intrāt enī ad mathematicū: vt emāt sibi dn̄os q̄les mathematico dare placuerit: vel saturnum vel iouem vel mercuriū vel si q̄d aliud sacrilegi noīs. Intrauit liber: vt nūmis datis seru⁹ exiret. Jmmo vero nō intraret si liber esset: sed intrauit quo eū dn̄s error et dn̄a cupiditas traxit. Vn̄ ꝛ veritas dicit Oīs qui facit pctm̄: seru⁹ est peccati. Quare ergo dixit: nondū venit hora mea? Magis q̄ꝛ in ptāte habebat qñ moreret̄: nondum videbat oportunū vt illa ptāte vteretur. Quō nos frēs verbi gr̄a hic loq̄mur Jam certa hora est: qua exeam⁹ vt celebrem⁹ sacramēta: si ante exeam⁹ q̄z opus ē nōne puersi ꝛ ꝑposteri sum⁹? Q̄ꝛ ergo nō facim⁹ nisi qñ oportunū est: ꝓpterea ī his agendis cuz ita loq̄mur: fatū ꝯsideram⁹? Quid est ergo nōdū venit hora mea? Qñ ego scio oportune me pati: qñ passio mea vtilis erit nondū venit ipsa hora/ tūc voluntate patiar: vt vtrū q̄ serues/ ꝛ nōdum venit hora mea: ꝛ ptātem habeo ponendi aīam meam ꝛ iteꝝ sumēdi eam. Venerat ergo: habens in ptāte qñ moreret̄. Naz si ante moreret̄ q̄z discipulos elegisset: certe ꝑposterū esset. Si esset hō qui nō haberet in ptāte horam suam: posset ante mori q̄z discipulos elegisset. Et si forte moreretur iaz electis eruditisq̄ discipulis: ꝑstaret̄ ei ne ipse h̄ faceret. At vero q̄ venerat ī manu hn̄s qñ iret qñ rediret q̄usq̄ excurreret cui paterēt inferi nō tm̄ morieti sed ꝛ resurgēti: vt nob ostēderet spem īmortalitatis ecclesie sue. In capite oñdit qđ mēbra expectare deberēt: resurget etiā in ceteris mēbris: q̄ resurrexit in capite. Hora ergo nondū venerat: oportunitas nōdum erat. Vocādi erant discipuli: annūciandū erat regnū celoꝝ: faciēde erant virtutes: Cōmendanda erat diuinitas in miraculis: cōmendāda erat humanitas dn̄i ī ipsa cōpassione mortalitatis. Ille enī esuriebat/ quia hō erat: pauit q̄nq̄ panib⁹ tot milia quia de⁹ erat. Qui dormiebat q̄ꝛ hō erat: ventis ꝛ fluctib⁹ impabat q̄ꝛ d̄s erat. Hec oīa cōmēdāda erāt prius: vt esset qđ scriberēt euāgeliste qđ p̄dicaret̄ ecclesie. At vbi tm̄ fecit q̄tū sufficere indicauit: venit hora nō necessitatis sed volūtatis. nō cōditiōis sed potestatis. Quid ergo frēs: q̄ꝛ illis ꝛ illis r̄ spōdim⁹ nihil dicem⁹ q̄d sibi velint hydrie/ q̄d aqua ī vinū ꝯuersa: q̄d architriclin⁹ q̄d sponsus: q̄d mr̄ iesu ī mysterio/ q̄d ipse nuptie? Dicēda sunt oīa: sz onerādi non estis. Volui quidem ī noīe christi ꝛ hesterno die quo solet sermo deberi charitati vestre id agere vobiscū: sed non sum permissus necessitatibus quibusdam impedientibus. Si ergo placet sanctitati vestre hoc quod ad mysterium pertinet huius facti/ in crastinū differam⁹: et non oneremus ꝛ nostram ꝛ vestrā infirmitatē. Sūt forte hodie multi qui ꝓpter solennitatem diei non propter audiendum sermonez conuenerunt. Crastino qui venerint venient audituri: vt nec fraudem⁹ studiosos nec grauemus fastidiosos.

¶ Explicit tractatus octauus Incipit tractat⁹ non⁹. Ab eo loco vbi ait: dicit mater eius ministris. Qđcunq̄ vobis dixerit facite vsq̄z ad id qđ ait: Implete hydrias aqua ꝛ impleuerūt eas vsq̄z ad summum

Absit domin⁹ deus noster vt donet nob reddere qđ ꝓmisim⁹. Hesterno enī die si meminit sctitas vr̄a cum temporis includeremur angustia ne sermonem inchoatū implerem⁹ in hodier-

Nō obfuat aug⁹. ī h̄ tracta. itegram formā tex. sz p̄a v̄ba trāsilit q̄dā cōmemorat: et q̄dā variat.

num diem distulimus: vt ea que in hoc facto euāgelice lectionis mystice in sacramētis posita essent: ipso adiuuāte apirentur. Non itaqꝫ opus est nobis morari diutius in cōmēdando dei miraculo. Ipse est eniz deus qui p vniuersam creaturā q̄tidiana miracula facit: que hoībus non facilitate sed assiduitate viluerūt. Rara autez que facta sunt ab eodez dn̄o. id est. a verbo p pter nos incarnato/ maiorē stuporē hoīb9 attulerunt: non quia maiora erant q̄ꝫ sunt ea que quotidie in creatura facit: sed qꝛ ista que quotidie fiunt tanq̄ꝫ naturali cursu pagunt: illa vo efficacia potentie etiaz tanq̄ꝫ p̄sentis exhibita vident oculis hominū. Diximus sicut meministis resurrexit vnus mortuus obstupuerūt hoīes: cuz q̄tidie nasci qui non erant/ nemo mirei. sic aquam in vinū ꝯuersam quis non mireī: cū h annis oībus deus in vitib9 faciat? Sꝫ quia oīa que fecit dn̄s iesus non soluz valent ad excitāda corda nostra miraculis/ sed etiam ad edificandā doctrinam fidei: scrutari nos oportet quid sibi velint illa oīa. id est. quid significēt. Hoꝝ eni oīum significatiōes sicut recordamini in diē hodiernū distulim9. Qd dn̄s inuitatus venerit ad nuptias: etiā excepta mystica significatione ꝯfirmare voluit qd ipse fecit nuptias. Victuri eni erant d q̄bus dixit apostolus ꝓhibentes nubere ꝛ dicentes quod malum essent nuptie ꝛ q diabolus eas fecisset: Cum idem dn̄s dicat in euāgelio interrogatus vtrū liceat hoī dimittere vxorem suaz? ex qualibet causa non licere: excepta causa fornicatiōis/ in qua rn̄sione si

Matth. xix. meministis hoc ait. Qd deus ꝯiunxit: homo non separet. Et qui bene eruditi sunt in fide catholica/ nouerūt q deus fecerit nuptias. ꝛ sicut ꝯiunctio a deo: ita diuortium a diabolo fit. Sed ꝓpterea ī causa fornicatiōis licet vxorem dimittere: quia ipsa esse vxor prior noluit/ que fidem ꝯiugalem marito non seruauit. Nec illi qui virginitatem deo vouent: q̄ꝫq̄ꝫ ampliorē gradum honoris ꝛ sanctitatis in ecclesia teneant/ sine nuptijs sunt. Naz ꝛ ipsi ptinēt ad nuptias cum tota ecclesia: in q̄bus nuptijs sponsus est christus. Ac per hoc ergo dn̄s inuitatus venit ad nuptias/ vt ꝯiugalis castitas firmareī ꝛ ostendereī sacramentuz nuptiaꝝ: qꝛ ꝛ illaꝝ nuptiaꝝ spōsus ꝑsonā dn̄i figurabat: cui dictum est/ seruasti vinū bonū vsqꝫ adhuc. Bonū enim vinū: christus seruauit vsqꝫ adhuc: id est: euangeliū suum. // Iam enim incipiamus ipsa sacramentoꝝ operta detegere q̄ꝫtuz ille donat: in cuius noīe vobis ꝓmisimus. Erat prophetia antiq̄s temporib9: ꝛ a ꝓphetie dispensatione nulla tempora cessauerūt. Sꝫ illa ꝓphetia quando in illa christus non intelligebaī/ aqua erat. In aqua eniz vinum quodāmodo latet. Dicit apostolus: quid intelligam9 in ista aqua. Vsqꝫ in hodiernū inquit diem q̄diu legitur moyses idipsum velamen super cor eorum positū est: qd non reuelatur quia in christo euacuatur. Et cum transierint inquit ad dn̄m auferetur velamen. Velamen dicit ad optionem ꝓphetie: vt non intelligereī. Tollitur velamen cum transieris ad dn̄m. sic tollitur insipientia cum transieris ad dn̄m et qd aqua erat/ vinū fit. Lege libros oēs ꝓpheticos: non intellecto christo/ quid tā insipidum ꝛ fatuū inuenies? Intellige ibi christum: non solum sapit qd legis sed etiam inebriat mutans mentez a corpore: vt preterita obliuiscens in ea que ante sunt extendaris. Ergo ꝓphetia ab antiq̄s temporibus exquo ꝓsus currit ordo nascentium in genere humano de christo non tacuit: sed occultum ibi erat: adhuc eni erat aqua. Vnde ꝓbamus q omnibus temporibus supioribus vsqꝫ ad etatem qua dn̄s venit/ ꝓphetia de illo nō defuit? Ipso domino dicente. Cuz eni resurrexisset a mortuis: inuenit discipulos suos dubitantes de ipso quem secuti erant. Viderunt eniz eum mortuū ꝛ non sperauerūt eum resurrecturū: ꝛ tota spes eoꝝ ꝑcidit. Vnde ille latro laudat9 ipso die meruit esse in paradyso: quia in cruce ꝯfixus tūc ꝯfessus ē christum: qn̄ de illo discipuli dubitarunt. ergo inuenit eos nutantes ꝛ q̄dāmō arguentes seipsos: q in illo redemptionē sperauerūt. Dolebāt tn̄ eū sine culpa occisum: qꝛ innocentē. Et h ipsi post resurrectionē dixerūt: cū q̄sdam eoꝝ tristes inuenisset ī via. Tu solus pegrinaris ab hierusalē: et nō cognouisti q̄ facta sunt ī illa his dieb9. Ille aūt dixit eis. Que? Illi vo dixerūt. De iesu nazareno q̄ fuit ꝓpheta poteī ī factis et dictis ī ꝯspectu dei ꝛ vniuersi p̄pli: quō hunc tradiderūt sacerdotes ꝛ p̄ncipes nr̄i

Marginalia (right): B; ij. Cor.; Luce

in damnationē mortis ꝛ cruci cū fixerunt: Nos aūt sperabam⁹: quia ipse erat q̄ redempturus esset israel: Et nūc tertius dies agitur hodie: ex quo hec facta sunt. Hec atq; alia cū dixisset vnus ex duob⁹ quos īuenit in via euntes ad ꝓpinquū castellū respondit ipse ꝛ ait. O insensati ꝛ tardi corde ad credendū: sup oīa q̄ locuti sunt ꝓphete. Nōne hec omnia oportebat pati christū: ꝛ introire in claritatē suam: Et fuit incipiens a moyse ꝛ oībus ꝓphetis: interpretans illis in oībus scripturis que de ipso erant. Item alio loco cū palpari se manibus discipulorum voluit vt crederēt q2 in corpore resurrexerat: hi sunt inq̄t sermones quos locutus sum ad vos/ cum adhuc essem vobiscū: q2 oportet impleri omnia que scripta sunt in lege moysi ꝛ ꝓphetis ꝛ psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum vt intelligerēt scripturas: ꝛ dixit illis quia sic scriptū ē/ ꝛ sic oportebat pati christum ꝛ resurgere a mortuis tertia die: ꝛ p̄dicare in noīe eius penitentiā ꝛ remissionem pctōrum in oēs gentes incipiētes a hierusalem. His ex euāgelio que certe manifesta sunt intellectis: patebūt illa oīa mysteria que in isto miraculo dn̄i latent. Uidete q̄d ait. Quia oportebat īpleri ī christo: que de illo scripta sunt. Ubi scripta sunt: In lege inq̄t ꝛ ꝓphetis ꝛ psalmis. Nihil scripturarū veterū pretermisit. Illa erat aq̄. Et ideo dicti sunt illi a dn̄o insensati: q2 eis adhuc aq̄ sapiebat nō vinū. Quō aūt fecit de aq̄ vinū: Cū aperuit eis sensum ꝛ exposuit eis scripturas incipiens a moyse p oēs ꝓphetas: vnde iam inebriati dicebāt. Nōne cor nr̄m ardens erat ī nobis de iesu dum loquereť nobis in via: et aperiret nobis scripturas: Intellexerāt eī christū ī his libris: in q̄b⁹ eū nō nouerant. Mutauit autē aquam in vinū dn̄s noster iesus christus: ꝛ sapit qđ nō sapiebat: inebriat qđ nō inebriabat. Si iam iussissz inde aquam effundi/ ꝛ sic ipse mitteret vinū ex occultis creature finibus: vnde fecit et panem qn̄ saturauit tot milia: nō eni q̄nq; panes habebāt q̄nq; hoīuz saturitatē: aut saltē duodecim cophynos plenos: sed oīpotentia dn̄i quasi fons panis erat: sic posset ꝛ effusa aqua vinū infundere. qđ si fecisset: videreť scripturas veteres improbasse. Cum autem ipsam aquam ꝯuertit ī vinū: ostendit nobis qđ ꝛ scriptura vetus ab ipso est. Nam iussu ipsius implete sunt hydrie. A domino quidem ꝛ illa scriptura: sed nihil sapit si non ibi christus intelligatur. Intēdite autem qđ ipse ait: que scripta sunt in lege ꝛ ꝓphetis ꝛ psalmis đ me. Nouimus autem legem ex quib⁹ temporibus narret: id est. ab exordio mundi. In p̄ncipio fecit deus celum ꝛ terram: inde vsq; ad hoc tempus qđ nūc agimus/ sexta etas est: vt sepe audistis ꝛ nostis. Nā prima etas est ab adā vsq; ad noe. scđa a noe vsq; ad abraam. Sic ꝛ mattheus euāgelista p ordinem sequiť ꝛ distinguit. Tertia ab abraaz vsq; ad dauid: q̄rta a dauid vsq; ad transmigrationē babylonis: q̄nta a transmigratiōe babylonis vsq; ad iohānem baptistā: sexta inde vsqz ad finē seculi. Propterea ꝛ sexta die fecit deus hominē ad imaginē suam. quia sexta ista etate manifestať per euangelium reformatio mentis nostre: fm̄ imaginē eius qui creauit nos. Et ꝯuertiť aqua in vinū: vt iā manifestatū christū in lege ꝛ ꝓphetis sapiamus. Jō erāt ibi sex hydrie q̄s iussit impleri aqua. Sex ergo ille hydrie sex etates significāt: quibus non defuit ꝓphetia. Illa ergo tempora sex quasi articulis distributa atq; distincta: quasi vasa essent inania: nisi a christo implerenť. Implete sunt ꝓphetie/ plene sunt hydrie: sed vt aq̄ ī vinū cōuertať/ in illa tota ꝓphetia christus intelligiť. Quid est autez capiebāt metretas binas vel ternas: Mysterium nobis maxime locutio ista cōmendat. Metretas eni dicit mēsuras q̄sdaz/ tanq; si diceret vrnas amphoras: vel si q̄d hm̄oi. Nomen mēsure est metreta: ꝛ a mēsura accepit nomē ista mēsura. Metron eni mēsuram dicūt greci. Inde appellate metrete. Capiebāt eni metretas binas vel ternas. Quid dicim⁹ frēs: Si ternas tantū dicerz non curreret anim⁹ nr̄: nisi ad mysteriū trinitatis. Sed forte nec sic debem⁹ inde cito iam sensuz nr̄z auertere/ q2 dixit binas vel ternas: quia noīato patre ꝛ filio cōsequenter ꝛ spūssanctus intelligendus est. Spiritus enim sanctus non est patris tantummodo/ aut filij tantūmodo spiritus: sed patris ꝛ filij spiritus. Scriptum est eī Si q̄s dilexerit mūdū: nō est spūs pr̄is in illo. Itē scp̄tū est: Si q̄s aūt spm̄ christi n̄

Marginal notes: Luce.xxiiij — Sex etates. — Gen.j. — j.Joh.ij. — Rhoma.viij

habet:hic non est eius. Idem aūt spiritus
et patris ⁊ filij. Nominato itaqꝫ patre ⁊ fi=
lio/intelligit ⁊ spūssanctus:quia spiritus ē
et patris ⁊ filij. Cum autem noiatur pater
et filius:tanꝙ due metrete noiant: Cū au
tē ibi intelligit spūssanctus/tres metrete:
Ideo non dictum est/capientes capiebāt
metretas alie binas alie ternas. Sed ipse
sex hydrie capiebāt metretas binas vl' ter
nas. Tanꝙ diceret:⁊ qn̄ dico binas: etiaꝫ
spiritū patris ⁊ filij cum his intelligi volo
Et qn̄ dico ternas:ipsam trinitatē manife
stius enūcio. Quisqs itaqꝫ noiat patreꝫ ⁊
filium:opoꝛtet ibi intelligi tanꝙ charita=
tem inuicem patris ⁊ filij quod est spirit⁹=
sanctus: Foꝛtassis eni discusse scripture:
qꝺ nō sic dico vt hodie dicere possim /aut
quasi aliud inueniri non possit. Sed tamē
scrutate scripture indicant qꝺ spūssanct⁹
charitas est: Et ne putetis vilem esse cha=
ritatē. Quō autem vilis est:qn̄ oīa que di
cuntur/non vilia sed chara dicunt: Si er=
go que non suntvilia/chara sunt:quid est
charius ipsa charitate: Sic autem cōmen
datur charitas ab apostolo vt dicat: Sup
j. Coꝛ.xiij. eminentioꝛē viam vobis demōstro. Si lin
guis hominū loquar ⁊ angeloꝝ:charitatē
autem non habeam:factus sum vt eramē=
tum sonans/aut cymbalū tinniēs. Et si scie
ro oīa sacramēta ⁊ oēm scientiā ⁊ habue=
ro ꝓphetiam ⁊ omnē fidem ita vt montes
transferam/charitatē autem nō habeā:ni=
hil sum. Et si distribuero oīa mea pauperi
bus/⁊ tradidero coꝛpus meū vt ardeam/
charitatem autem non habuero: nihil mi=
hi ꝓdest. Ista est ergo charitas/que si de
sit frustra habent cetera :si assit/recte ha=
bentur oīa: Tamen charitatē laudās apo
stolus paulus copiosissime atqꝫ vberrime:
minus de illa dixit/quā quod ait breuiter
apl's iohānes :cuius est hoc euangelium.
j. Joh. iiij. Neqꝫ eni dubitauit dicere. Deus charitas
est. Scriptuꝫ est eni: quia charitas dei dif
Rhoma.v. fusa est in coꝛdib⁹ vestris per spiritūsan=
ctum qui datus est nobis. Quis ergo no=
minet patrē ⁊ filiū:⁊ nō ibi intelligat cha=
ritatem patris ⁊ filij: Quam cū habere ce
perit:spiritūsanctū habebit. Quam si non
habuerit:sine spūsancto erit. Et quomo=
do coꝛpus tuū sine spiritu qꝺ ē anima tua
si fuerit /moꝛtuū ē : sic aīa tua sine spūsan
cto.id est.sine charitate si fuerit / moꝛtua

deputabit. Ergo metretas binas capiebāt
hydrie:quia in omniuꝫ tempoꝝ ꝓphetia
pater ⁊ filius predicat : sed ibi est ⁊ spūs=
sanctus. Ideoqꝫ adiūctum est vel ternas
Ego ⁊ pater inquit vnū sumus. Sed absit Joh.x.
vt desit spūssanctus:vbi audiuim⁹ ego et
pater vnū sumus. Tamen quia patrem et
filium noiauit:capiebāt hydrie binas me=
tretas. Sed audi vel ternas. Ite baptiza=
te gentes:in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti
Itaqꝫ in eo qꝺ dicunt bine:non exprimit
sed intelligit:in eo vero quod dicunt vel
terne/etiam exprimit trinitas. Sed est D
et alius intellect⁹ non ꝑtermittēdus ⁊ ip=
sum dicam:eligat quisqꝫ quod placet:no=
bis qꝺ suggerit nō subtrahim⁹. Mēsa eni
dn̄i est ⁊ nō opoꝛtet ministrū fraudare cō=
uiuas.presertim sic esurientes vt appareat
auiditas vestra. Prophetia que ab anti=
quis tempoꝛib⁹ dispensat:ad salutem om
nium gentiū pertinet: Ad solū quideꝫ po
pulum israel missus est moyses. ⁊ ei soli
populo per eum lex data est. ⁊ ipsi ꝓphe=
te ex ipso populo fuerunt. Et ipsa distri=
butio tempoꝝ fm eundem populū distin=
cta est. Unde ⁊ hydrie dicunt scd̄m pu
rificationē iudeoꝝ: Sed tamen qꝺ il=
la ꝓphetia etiam ceteris gentib⁹ annūcia
batur manifestum: qn̄quidem chꝛistus in
ea occultus erat /in quo benedicunt oēs
gētes sicut ꝓmissum ē abꝛae dicēte dn̄o:i
semie tuo bn̄dicent oēs gentes. Nōdū ei
intelligebat:quia nōdū aqua fuerat con=
uersa in vinū. Ergo oībus gentib⁹ dispen
sabat ꝓphetia. Qꝺ vt emineat iocūdi⁹:de
singulis etatib⁹/tanꝙ de singulis hydrijs
ꝓ tpe quedā cōmemoꝛem⁹. In ipso exoꝛ=
dio adam ⁊ eua parētes oīum gentiū erāt
nō tm̄modo iudeoꝝ. Et qcqd figurabat i
adā de chꝛisto:ad oēs vtiqꝫ gentes ꝑtine=
bat quibus salus est in chꝛisto. Quid ergo
dicam potissimū de aq̄ pꝛime hydrie :nisi
qꝺ apl's ait de adam ⁊ eua. Nemo eni me
dicit pꝛaue intellexisse:qn̄ intellectū non
meū sed apl'i ꝓfero. Illud ꝗ vinū ꝗtum
mysteriū de chꝛisto continet qꝺ cōmemo=
rat apostolus dicens: Et erunt duo in car Ephe.v
ne vna. Sacramentum hoc magnum est.
Et ne quis istam magnitudinem sacra=
menti in singulis quibusqꝫ hominib⁹ vxo
res habentibus intelligeret: ego autem
dico inquit in chꝛisto ⁊ in ecclesia quod

est hoc sacramentum magnū: erunt duo in carne vna? Cum de adam et eua scriptura geneseos loqueret: vnde ventum ē ad hec verba. Propterea relinquet homo patrem et mrē3 et adherebit vxori sue: et erūt duo in carne vna. Sic ergo christus adhesit ecclesie: vt eēnt duo ī carne vna. Quomodo reliquit patrem? quō matrem reliquit? Patrem: quia cum in forma dei essz non rapinam arbitratus est esse se equalē deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens. Hoc est enī reliquit patrem: non quia deseruit et recessit a patre/ sed qz non in eā forma apparuit hoībus ī quā eq̄lis est patri. Quō reliquit matrem? Relinquendo synagogā iudeoꝝ de qua ſm carnem natus est: et inherēdo ecclesie quā ex omnib⁹ gentib⁹ ꝯgregauit: Ergo pr̄ma hydria habebat ꝓphetiā de christo. Sed qn̄ ista que loquor p̄dicabant in populis: ad huc aqua erat: ī vinū mutata nondū erat. Et quia illuminauit per apostoluz deus vt ostenderet nobis quid ibi quereremus ī vna ipsa sentētia/ erut duo ī carne vna:

Eph.v. sacramentū magnū in christo et in ecclesia. Jam licz nobis vbiqz christū querere/ et d̄ omnib⁹ hydrijs vinū potare. Dormit adā vt fiat eua: morit christus vt fiat ecclesia. Dormienti ade fit eua de latere: mortuo christo lancea ꝑcutitur latus vt ꝑfluāt sacramenta/ quibus formet ecclesia. Cui nō appareat quia ī illis tunc factis: futura figurata sunt: qn̄quidem dicit apl's ipsum adam formam futuri esse? Qui est inquit forma futuri. Prefigurabant oīa mystice. Neqz enī vere non poterat deus vigilanti costam educere feminā qz formare? An forte ne doleret latus qn̄ costa detracta ē ꝓpter h̄ oporteret vt ille dormiret? Quis est qui sic dormiat: vt ei ossa non euigilāti euellant? An qz deus euellebat/ ꝓpterea homo non sentiebat. Poterat ergo et vigilanti sine dolore euellere qui poterat dormiēti: sed ꝓculdubio hydria pr̄ma implebat. Prophetia illius tpis: de futuro

E isto tempore dispensabat. Christus eti

Gen.vi. am figuratus est in noe: et in illa arca orb terrarū. Quare ergo in arca inclusa sunt oīa aīalia? nisi vt signarent omnes gentes. Non enī deerat deo rursus creare oē genus animaliū. Qn̄ enī omnia nō erant: nōne dixit: ꝓducat terra: et ꝓduxit t̄ra? Unde ergo tūc fecit: inde reficeret. Uerbo fecit verbo reficeret/ nisi quia mysteriū cōmendabat et scdam hydriam ꝓphetice dispensatiōis implebat: vt per lignū liberaretur figura orbis terrarū/ quia in ligno figenda erat vita orbis terrarū? Jam ī tertia hydria ipsi abrae qd̄ iam cōmemoraui dictum est: in semine tuo benedicent omnes gentes. Et quis non videat cuius habeat figuram vnicus eius: qui sibi ad sacrificium/ quo ipse īmolandus ducebat/ ligna portabat? Portauit enī dn̄s crucē suam: sicut euangelium loquit. Hoc de tertia hydria cōmemorasse sufficeret. De dauid autem quid dicam/ qd̄ ad omnes ptinebat ꝓphetia eius/ qn̄ modo audiuimus psalmū: Et difficile est vt dicat psalmus in quo hoc non sonet? Sed certe vt dixi modo cantauim⁹/ Surge de⁹ iudica terrā qm̄ tu hereditabis in omnib⁹ gentib⁹. Et ideo donatiste tanqz proiecti de nuptijs: sicut ille homo qui non habebat vestem Matth.xxij nuptialem: inuitatus est et venit. Sed ꝓiectus est de numero vocatoꝝ: qui non habebat vestem ad sponsi gloriam. Qui enī suam gloriam querit non christi: non habet vestem nuptialem. Nō enī volūt consonare voci illius qui amicus erat sponsi: et ait: hic est qui baptizat. Nec īmerito illi qui non habebat vestem nuptialē: hoc per increpationē obiectum est qd̄ nō erat. Amice: quid huc venisti? Et sicut ille obmutuit: sic et isti. Quid enī ꝓdest strepitus oris muto corde? Nouerunt quippe intus apud semetipsos non se habere qd̄ dicant. Intus obmutuerūt: foris ꝑstrepunt. Audiunt velint nolint etiam apud se cantari Surge deus iudica terram: quoniā tu hereditabis in omnibus gentibus. Et nō cōmunicando omnibus gentibus: quid aliud quam se exheredatos esse cognoscāt? Quod ergo dicebam fratres quia ad omnes pertinet prophetia/ volo enim alium sensum ostendere in eo quod dictum est/ capientes metretas binas vel ternas: ad omnes inquam gentes pertinet prophetia: Modo cōmemorauim⁹ demonstratuz in adam qui est forma futuri. Quis autez nesciat quod de illo exorte sunt oēs gentes: et in ei⁹ vocabulo q̄ttuor lr̄is q̄ttuor orbis terraꝝ partes ꝑ grecas appellationes demr̄ant? Si eī grece dicat oriēs occidēs

aqlo meridies: sicut eas plerisq; locis sancta scriptura cōmemorat: in capitib⁹ verboꝝ inuenis adā. Dicunt. n. grece q̄ttuor memorate mūdi ptes: ἀνατολή δύσις ἄρκτος μεσημβρία. Ista quattuor noīa si tanq; versus q̄ttuor subinuicē scribas in eoꝝ capitib⁹/adā legit. Hoc ī noe
Geñ. vij. ꝓpter arcam figuratū est: in q̄ erant omīa aīalia que significabāt omēs gentes. Hoc
Geñ. xxvj. in abraā cui apti⁹ dictū est: In semīe tuo benedicent oēs gētes. Hoc ī dauid: de cuius psalmis vt alia omittā mō cantauim⁹:
ps̄. lxxxj. Surge ds̄ iudica terrā: qm̄ tu hereditabis in oīb⁹ gentib⁹. Cui enī deo dicit surge: nisi q̄ dormiuit? Surge deus iudica terrā: tanq; diceret: Dormisti iudicat⁹ a terra: surge vt iudices terrā. Et q̄ ptinet illa ꝓphetia: Qm̄ tu hereditab inqt in oīb⁹ gentib⁹? V Jam vo in q̄nta etate tanq; in q̄nta hydria daniel vidit lapidē precisum de
Danielis. ij. mōte sine māib⁹/ꝛ ꝯfregisse oīa regna terrarū: ꝛ creuisse illū lapidē ꝛ factū eē montem magnū: ita vt impleret vniuersam faciez terre. Quid apti⁹ frēs mei? Lapis de monte p̄cidit: ipse ē lapis quem reprobauerūt edificātes/ꝛ factus est in caput anguli. De quo mōte p̄cidit nisi de regno iudeoꝝ: vñ dñs nr̄ iesus christ⁹ scd̄m carnē natus ē? Et p̄cidit sine manib⁹ sine opere hūano: q2 sine amplexu maritali de virgine exortus ē. Mons ille vnde p̄cisus ē: nō impleuerat vniuersam faciē terre. Nō enī tenuerat regnū iudeoꝝ oēs gētes. At vo regnū christi oēs gētes: ꝛ vniuersum orbē terrarū cernim⁹ occupare. Jam ad sextaz etatē ptinet iohānes baptista/quo nemo exurrexit maior ĭ natis mulierū: de quo dictū ē: maior q; ꝓpha. Quō ꝛ ipse oñdit q2 oīb⁹ gentib⁹ missus ē christ⁹: qñ iudei venerūt ad eum vt baptizarent. Et ne su-
Matth. iij. perbirēt de noīe abrae: generatio inqt viperarū qs ostendit vob fugere a ventura ira? Facite ergo fructuz dignū penitētie: id est: humiles estote. Supbis enī loquebatur. Unde aūt erāt supbi? De genere carnis nō de fructu imitatiōis patris abraam. Quid eis ait? Nolite dicere patrē habemus abraam: potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae: Lapides dicens omnes gentes: non ꝓpter firmitatem: sicut lapis dictus est quem reprobauerūt edificātes: sed ꝓpter stoliditatem ꝛ duriciam stulti ie: quia eis quos adorabant siles facti erant. Adorabāt enī insensata simulachra: pariter insensati. Unde insensati? Quoniā in psalmo dicit: Simi- ps̄. cxiii.
les illis fiant qui faciunt ea: ꝛ omnes q̄ cōfidunt in eis. Ideo cuz ceperint homines deum adorare quid audiunt? Ut sitis fi- Matth.
lij patris vestri qui in celis est: qui solem suū facit oriri super bonos ꝛ malos: ꝛ pluit super iustos ꝛ iniustos. Quapropter si ei fit homo similis quez adorat: quid est/potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios abrae? Nos ipsos interrogem⁹: ꝛ videamus quia factum est. Nos enī de gentibus venimus. De gentib⁹ aūt nō veniremus: nisi deus de lapidib⁹ suscitasset filios abrae. Facti sumus filij abrae imitando fidez: non nascendo per carnez. Sicut enim illi degenerādo exheredati: sic nos imitando adoptati. Ergo fratres ad oēs gentes ptinebat etiam ista sexta hydria ꝓphetie: ꝛ ideo de omnib⁹ dictum est: capientes metretas binas vl ternas.

Sed quomodo ostendimus omnes gentes pertinere ad binas vel ternas metretas? Estimantis enim fuit quodāmodo vt ipsas diceret binas quas dixerat ternas: ad cōmendandū scz sacramētū. Quomodo sunt bine metrete? Circūcisio ꝛ preputiū. Hos duos populos scriptura cōmemorat: ꝛ nullum pretermittit hominū genus quando dicit circūcisio ꝛ preputium. In duobus istis noībus habes omnes gētes: Bine metrete sunt. His duob⁹ parietibus de diuerso venientib⁹ ad pacem in seipso faciēdā: lapis anglaris factus ē in christo. Oñdam⁹ ꝛ ternas metretas: ī eisdē ipsis oībus gentib⁹. Tres enim erant filij noe: per quos reparatum est gen⁹ humanū. Unde dñs ait: Simile ē regnū ce- Luce.
lorum fermento: qd accepit mulier ꝛ abscondit in farine mensuris tribus: quo adusq; fermentaret totum. Que est ista mulier/nisi caro dñi? Quod est fermentū nisi euangelium? Que sunt tres mensure: nisi oēs gētes ꝓpter tres filios noe? Ergo sex hydrie capientes binas vel ternas metretas/sex sunt etates tempoꝝ capientes prophetiam pertinentem ad omnes gentes: siue in duobus generibus hominū: id est: iudeis ꝛ grecis/sic sepe apl's cōmemorat: siue ī trib⁹ ꝓpt noe tres filios significatos.

Figurata est enim prophetia pertingens vsq₃ ad omnes gentes. Nam in eo quod pertingit dicta est metreta: sicut dicit apostolus: Accepim⁹ mensurā ptingendi vsq₃ ad vos: gentibus. n. euāgelizans hoc ait: mensurā ptingēdi ad vos

cap⁹. x. Ab eo loco vbi ait. Post hec descēdit capharnaum ipse et mater eius vsq₃ ad id q̄d ait: ille autē dicebat de templo corporis sui

In psalmo audistis gemitū paupis: cuius mēbra p totā terrā tribulatōes patiunt: vsq₃ in finē seculi. Satis agite fratres mei eē in his verbis: ꝛ de his mēbris. Nā tribulatio tota trāsitura est. Ve gaudentibus veritas dicit. beati lugentes: qm̄ ipi cōsolabunt: Deus hō factus est. Quid facturus est hō: ppter quē deus factus est hō: Hec spes cōsolet nos in om̄i tribulatōe: ꝛ tentatione hui⁹ vite. Nō em̄ cessat inimicus psequi: et si nō apte seuit insidijs agit. Quid em̄ agit: ꝛ sup irā dolo se agebāt. Inde dictus ē leo ꝛ draco. Sed q̄d dicit xpo: Et cōculcabis leonē et draconē: Leo ppter aptam irā: draco ppter occultas insidias. Draco eiecit adā de paradyso: Idē pse psecutus ē ecclīaȝ: dicēte petro: Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit: querēs quē deuoret. Non tibi seuitiā suā pdidisse diabolus videat: qn̄ blandit. Tunc magis cauēdus est. Sȝ inter has om̄s insidias ꝛ ei⁹ tentatōes. quid faciam⁹: nisi quod ibi audiuimus: Ego autē cuȝ mihi molesti eēnt induebā me cilicio ꝛ humiliabā in ieiunio animā meā. Est q̄ exaudiat: ne dubitetis orare: Qui aūt exaudit intus manet. Nō in montē aliquem oculos dirigatis: nō faciem in stellam/aut solem aut lunam leuetis. Non tunc exaudiri vos arbitremi/qn̄ sup mare oratis: imo detestami tales oratiōes. Mūda tm̄ cubiculū cordis/vbi fueris: vbicūq₃ oraueris/intus est qui exaudiat/intus in secreto: quē sinū vocat cuȝ ait et oratio mea in sinu meo puertet. Qui te exaudit: non est preter te. Non longe vadas nec te extollas: vt quasi attingas ad illum manibus. Magis si te extuleris cades: si te humiliaueris ipse appropinq̄bit: Hic dn̄s deus noster verbum dei/verbuȝ caro factum est: filius patris: fili⁹. Si filius hoīs: Excelsus vt nos faceret: humilis vt nos reficeret: ambulās inter hoīes patiēs humana: abscondens diuinat† Descendit vt dixit euāgelista in capharnaū: ipse et mater eius ꝛ fratres eius ꝛ discipuli: ꝛ ibi manserūt nō multis diebus. Ecce habet matrē: habet fratres: habet ꝛ discipulos. Inde frēs: vnde matreȝ. Fratres enī scriptura nr̄a/non eos solos appellare psueuit/qui nascunt ex eodem viro ꝛ femina/aut ex eodem vtero: aut ex eodem patre/q̄uis diuersis m̄rib⁹/aut certe ex eodem gradu velut compatrueles/aut psobrinos: non solum hos frēs nouit dicere scriptura nostra. Quō loquitur: sic intelligēda est: Habet linguā suam. Quicunq₃ hanc linguā nescit turbatur ꝛ dicit: Vnde frēs dn̄o: Non enī maria peperit: Absit: Inde cepit dignitas virginū: Illa femina mater esse potuit: mulier esse non potuit. Dicta est aūt mulier ḃm feminenȝ sexum: non ḃm corruptioneȝ integritatis. Et hoc ex lingua ipsius scripture. Nam ꝛ eua statim facta de latere viri sui/nonduȝ ptacta a viro suo: nostis quia mulier appellata sit: Et formauit eam in mulierem. Ergo vnde frēs cognati marie: de quolibet gradu cognati. Vnde pbam⁹: Ex ipsa scriptura. Frater abrae dictus est loth: filius erat frīs ipsius: Lege ꝛ inuenies: q₂ abraam patruus erat loth: ꝛ dicti sunt fratres. Vnde/nisi quia cognati: Itē iacob laban syrum habebat auūculū: Frater enī erat labā matris iacob: id est. rebecce vxoris ysaac. Lege scripturā ꝛ inuenies quia frēs dicunt: auūculus ꝛ sororis fili⁹. Qua regula cognita: inuenies oēs psanguineos marie fratres esse christi: Sed illi discipuli magis erant fratres: Q₂ ꝛ illi cognati frēs nō essent/si discipuli nō essent. Et sine causa frēs: si magistꝝ non cognosceret fratrē. Nam quodā loco cū ei nūciati essent mater ꝛ frēs eius foris stātes/ille aūt cuȝ discipulis suis loquebat ait. Que mihi mater/vel q̄ frēs: Extēdens man⁹ sup discipulos suos dixit. Hi sunt fratres mei Et quicunq₃ fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ille mihi mater ꝛ frater et soror est: ergo ꝛ maria q₂ fecit volūtatem pr̄is: h̄ i ea magnificauit/q₂ fecit volūtatē pr̄is: ñ q₂ caro genuit carnē. Intendent

† Alia littera habet post h
Alia littera habet eius

Psal. xc.

Psal. xxxiiij.

Gen. xiij. c.

caritas vr̄a. Propterea cum dn̄s in turba
admirabilis videret: faciēs signa et ꝓdi-
gia: et ostendēs quid lateret in carne: ad-
mirate quedā anime dixerūt: Felix vent'
qui te portauit. Et ille. Immo felices qui
audiūt verbū dei: ⁊ custodiūt illud. Hoc
est dicere: Et mater mea quā appellatis
felicē: inde felix q꞉ verbū dei custodit: nō
q꞉ in illa verbū caro factū est ⁊ habitauit
in nobis: sed quia custodit ipm verbū dei
ꝑ quod facta est: ⁊ quod in illa caro factū
est. Homies nō gaudeāt ꝓle tempali: ex-
ultent si spū iungunt' deo. Hec diximus ꝓ
pter id quod ait euāgelista: quia cū m̄re
sua ⁊ fratrib⁹ suis ⁊ discipulis habitauit ī
capharnaū paucis diebus. Deinde quid
sequitur? Et

Prope erat pascha iudeorum
Al' iesus et ascendit ihierosolymā. Aliā
rē nob euāgelista narrat: sicut se ha
bebat recordatio ānūciātis. Et inuenit
al' vendētes in teplo boues et oues et colūbas
⁊ nūmularios sedētes. Et cū fecisset
al' funiculis q̄si flagellū d' resticulis: oēs eiecit
de teplo. Boues quoq; et oues et
nūmularioꝝ effudit es: et mensas
subuertit: et his q̄ colūbas vende-
bāt dixit: Auferte ista hinc: et noli
te facere domū p̄ris mei domū ne-
gociatiōis. Quid audiuim⁹ fratres? Ec-
ce templū illud figura adhuc erat: ⁊ eie-
cit inde dn̄s omēs qui sua querebāt: q̄ ad
nūdinas venerāt: ⁊ que ibi vendebāt il-
li: que opus habebāt homies in sacrificijs il
lius tpis. Nouit em̄ caritas vr̄a quod sa-
crificia illi pp̄lo ꝓ eius carnalitate ⁊ cor-
de adhuc lapideo talia data sunt quibus
teneret' ne in idola deflueret: ⁊ imolabāt
ibi sacrificia: boues et oues et columbas.
Nostis: quia legistis. Non ergo magnum
pctm̄ si hoc vēdebāt ī tēplo: qd emebatur
vt offerret' ī tēplo. Et tn̄ eiecit inde illos.
Quid si ebriosos īueniret: q̄d faceret do-
min⁹: si vendentes ea que licita sunt ⁊ cō
tra iusticiā nō sūt? Que em̄ honeste emū
tur: non illicite venduntur. Expulit tam̄:
et nō est passus domū orationis fieri do-
mū negociatiōis. Si negociatiōis dom⁹ nō
debet fieri dom⁹ dei: potationis debet fie-
ri? Nos aūt quādo ista dicim⁹ stridūt dē
tib⁹ suis aduersus nos: ⁊ cōsolat' nos psal
ps. xxxvi. mus quē audistis. Striderunt ī me denti
bus suis. Nouimus et nos audire vn̄ cu-
remur. Et si ingeminant' flagella xp̄o/ q̄a
flagellat' sermo ipius/ cōgregata sunt inq̄t
in me flagella ⁊ nescierūt. Flagellatus est
flagellis iudeoꝝ: flagellat' blasphemijs fal
soꝝ xp̄ianoꝝ. Multiplicāt flagella dn̄o
deo suo et nesciūt. Faciam⁹ nos quantū ps. [cut]
ipse adiuuat. Ego aūt cū mihi molesti es-
sent induebā me cilicio: ⁊ humiliabā ī ie
iunio aīam meā. Dicimus tn̄ frēs: non em̄
et ipe pepcit illis qui flagelland⁹ erat ab
eis. Prior illos flagellauit: signū quoddā
nobis ondit quod fecit flagellū de resticu
lis: ⁊ inde indisciplinatos negociatōnem
de dei tēplo faciētes flagellauit. Etenim
vnusquisq; in pctis suis restē sibi texit: ꝓ
pheta dicit. Ve his qui trahūt pctā sua si Esa.
cut restē longā. Et q̄s facit restē longam?
Qui peccato addūt peccatū? Quomodo
addunt' pctā peccatis? Cum peccata que
facta sūt cooperiunt' alijs peccatis. Furtū
fecit ne ineniat' quia fecit/ querit mathe-
maticū. Sufficeret furtū fecisse. Quare vis
adiungere peccatū pctō? Ecce duo pctā:
Cū ad mathematicū ꝓhiberis accedere:
blasphemas episcopū? Ecce tria pctā. Cū
audis mitte illū foras d' ecclesia/ dicis du
co me ad partē donati? Ecce addis q̄rtū.
Crescit restis. Time restē: Bonū est tibi
vt hic inde cū flagellaris corrigaris ne in
fine dicat': Ligate illi pedes et manus et
ꝓijcite eū in tenebras exteriores. Crini- Mat.
culis enī peccatorum suorum vnusquisq;
constringitur. Illud dn̄s dicit: illud alia
scriptura dicit. Sed vtrūq; domin⁹ dicit.
De peccatis suis ligantur homines: ⁊ mit
tuntur in tenebras exteriores. Qui sunt
tamen qui vendebant boues? ¶ Ut in fi- C
gura queramus mysteriū facti: q̄ sunt qui
oues vendūt et colūbas? Ipsi sunt q̄ sua
querūt in ecclia: nō que ih̄u xp̄i. Venale
habēt totū: q꞉ nolūt redimi. Emi nolunt:
et vendere volūt. Bonū est em̄ eis vt re
dimantur sanguine christi: vt pueniāt ad
pacē christi. Quid em̄ ꝓdest acquirere in
hoc seculo quodlibet tempale et transito
riū: siue sit pecunia: siue sit voluptas ven
tris et gutturis: siue sit honor in laude hu
mana? Nonne omnia fumus et ventus?
Nonne omnia transeunt ⁊ currunt? Et ve
his que heserint trāseūtibus: quia simul
transeūt. Nonne omia vt fluuius preceps

currens in mare? Et ve ei q ceciderit: qr i mare trahetur: ergo tenere debem⁹ omēs
.viij. affectus a talibus ɔcupiscētijs. Frēs mei q talia querunt: vendūt. Nam τ simon ille ideo volebat emere spm̄sanctū: qr vendere volebat spm̄sanctū. Et putabat apostolos mercatores tales esse: q̄les dn̄s de templo flagello eiecit. Talis eni ipse erat et qd vēderet emere volebat. De illi erat q colū bas vendunt: etenim in colūba apparuit spūssanct⁹. Qui ergo vendūt colūbas fratres? Qui dicūt / nos dam⁹ spiritū sanctū? Quare enī hoc dicūt: τ q p̄cio vēdunt? Preciū honoris sui accipiūt. Accipiunt p̄ciū cathedras tpales: vt videant ipsi vendere colūlas. Caueant a flagello de resticulis. Colūba non ē venalis: gratis datur: qr gr̄a vocat. Ideo fratres mei quō eos videtis q vendunt ꝑpolarios: Quisqꝫ qd vēdit laudat: q̄t ꝑposita fecerunt. Alterū ꝑpositū habet carthagine p̄mianus: alterū habet maximian⁹: alteruꝫ habet in maritania rogat⁹: alteꝝ hn̄t ī numidia illi τ illi: q̄s iam nec noīare sufficimus. Circūit ergo aliq̄s emere columbaꝫ Vnusq̄sqꝫ ad ꝑpositū suū laudat qd vendit. Auertat illius cor ab oī vendēte: veniat vbi gratis accipit. Nec sic erubescant frēs: qr p ipsas dissensiōes suas amaras et maliciosas cū sibi tribuūt qd non sunt: cū extollunt putantes se aliq̄d esse cuꝫ nihil sint: tot ptes de se fecerūt. Sed q̄d in eis impletū est qd nolūt corrigi: nisi q̄ audistis in psalmo? Diuisi sunt nec compuncti sunt. Qui ergo boues vendūt? Boues intelligunt: q nob scripturas sctās dispēsauerūt. Boues erāt apl̄i: boues erāt ꝑphete. Vn̄ dicit apl̄s. Boui triturāti os nō infrenabis. Nunq̄d de bobus ptinet ad dn̄ꝫ An ꝑpter nos dicit? Propt nos enī d'cit: qr debet in spe q arat arare: τ triturās in spe pticipādi: Ergo illi boues reliquerūt nobis memoriā scripturarū. Nō eni d suo dispēsauerūt: qr gloriā dn̄i q̄sierūt. Quid
.xiiij. enī audistis in ipso psalmo? Et dicāt semper magnificet dn̄s: q volūt pacē serui ei⁹ Seru⁹ dei / populus dei / ecclesia dei: Qui volūt pacē ecclesie ipsi⁹: magnificēt dn̄ꝫ n̄ seruū: τ dicāt sp magnificet dn̄s. Qui dicāt: q volūt pacē fui ei⁹: Ipsi⁹ populi ipsius serui. Vox ē illa euidēs quā in lamētatiōib⁹ audistis in psalmo. Et mouebamini cum audiretis qr inde estis. quod cātabat ab vno: de oīb⁹ cordib⁹ resonabat: Felices: q se ī illis vocib⁹ tanq̄ in speculo cognoscebāt. Qui ergo volūt pacē serui eius populi ei⁹: pacē vni⁹ illi⁹ quā dicit vnicā τ q̄ vult erui a leone τ d m au canis vnicā meā: q dicūt semp magnificet dn̄s: ergo illi boues dn̄m magnificauerūt nō se Videte bouē magnificantē dn̄ꝫ suū: quia agnouit bos possessorē suū. Attēdite bouem timentē ne deserat possessor bouis et in boue p̄sumat: quō expauescit eos q volunt ī illo ponere spem: Nunq̄d paulus ꝑ vobis crucifix⁹ ē: aut in noīe pauli baptizati estis? Qd dedi / nō ego dedi: gratis accepistis: colūba de celo descēdit. Ego inq̄t plantaui apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Neqꝫ q plātat est aliq̄d neqꝫ q rigat: sed q incrementū dat de⁹. Et dicant semp magnificet dn̄s: q volūt pacem serui eius. Isti aūt de scripturis ipsis fallunt populos vt accipiāt ab ipsis honores et laudes: τ nō ɔuertant hoīes ad veritatem. Quia d ipsis scripturis fallūt populos a q̄bus q̄runt honores: vendūt boues et oues: id ē: ipsas plebes. Et cui vendūt nisi diabolo? Nanqꝫ frēs mei si christi vnica ecclesia est τ vna est: q̄cq̄d inde preciditur / q̄s tollit nisi leo rugiēs τ circuiēs q̄rens quē deuoret? Ve his q preciduntur Nam illa integra ꝑmanebit: nouit eni dn̄s q sunt eius. Tamen q̄tū in ipsis est vendunt boues τ oues vendūt τ colūbas: obseruant flagellū pctōꝝ suoꝝ. Certe qn̄ aliquid tale patiunt ꝑpter istas iniq̄tates suas: agnoscāt quia dn̄s fecit flagellū de resticulis: τ adhuc āmonet eos vt mutent se et non sint negociatores. Nam si se n̄ mutauerint: audient in fine. Ligate illi man⁹ et pedes: τ ꝓijcite in tenebras exteriores Tunc dictum est: Zelus domus tue comedit me. Recordati sunt † discipli † q̄a zelus domus dei eiecit illos de tēplo domini. Fratres: vnusquisqꝫ christianus in membris christi zelo domus dei comedatur. Quis comeditur zelo domus dei? Cui omnia que forte ibi videt puersa: satagit emendari: cupit corrigi: nō q̄escit. Si emēdare nō potest: tolerat: gemit non excutitur d area: granū sustinet paleam: vt intret in horreū. Et cū palea fuerit sepata. tu ante horreum si granū es: noli

D
† Alia lr̄a hꝫ d eius
† Alia lr̄a hꝫ quia scriptū est: zelus domus tue comedit me

excuti de area: ne prius ab auibus colligaris: quam in horreum congregeris. Aues enim celi aerie potestates expectant aliquid rapere de area: et non rapiunt nisi quod inde fuerit excussum: ergo zelus domus tue comedit te. Unumquemque christianum zelus domus dei comedat: in qua domo dei membrum est. Non enim magis est domus tua: quam domus vbi habes salutem sempiternam. Domum tuam intras propter requiem temporalem: domum dei intras propter requiem sempiternam. Si ergo in domo tua ne quid peruersum fiat satagis: in domo dei vbi salus proposita est et requies sine fine debes pati quantum in te est/ si quid forte peruersum videris? Verbi gratia Uides fratrem currere ad theatrum: prohibe: mone: contristare si zelus domus dei comedit te. Uides alios currere et inebriari velle/ et hoc velle in locis sanctis quod nusquam decet: prohibe quos potes/ tene quos potes: terre quos potes. Quibus potes blandire: noli tamen quiescere. Amicus est: ammoneatur leniter. Uxor est: seuerissime refrenetur. Ancilla est: etiam verberibus compescatur. Fac quicquid potes pro persona quam portas et perficis/ zelus domus tue comedit me. Si autem fueris frigidus marcidus ad te solum expectans et quasi tibi sufficiens et dicens in corde tuo: quid mihi est curare aliena peccata / sufficit mihi anima mea/ ipsam integram seruem deo: Eya non tibi venit in mentem seruus ille qui abscondit talentum et noluit erogare? Nunquid causatus est quia perdidit: et non quia sine lucro seruauit? Sic ergo audite fratres mei: vt non quiescatis. Ego vobis consilium daturus sum. Det ille qui intus est: quia et si per me dederit/ ille dat. Nostis quid agatis vnusquisque in domo sua cum inquilino / cum cliente suo: cum maiore cum minore. Quo modo dat deus aditum/ quo aperit ianuam verbo suo. Nolite quiescere lucrari christo quia lucrati estis a christo. ¶ † Dixerunt illi iudei. Quod signum ostendis nobis quia hec facis? † Et dominus. Soluite templum hoc: et † tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu † dicis † tribus diebus † excitabo illud? Caro erant: carnalia sapiebant: Ille loquebatur spiritualiter. Quis autem possit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multum quaerimus. Per euangelistam nobis aperuit: de quo templo diceret: Soluite templum hoc: et tribus diebus excitabo illud. Quadraginta sex annis edificatum est templum: et triduo suscitabit illud? † Dicebat autem ait euangelista: de templo corporis sui. Et manifestum est occisum dominum: post triduum resurrexisse. Hoc modo omnibus nobis notum est. Et si iudeis clausum est quia foris stant nobis tamen apertum est/ quia nouimus in quem credimus. Ipsius templi resolutionem et reedificationem: anniuersaria solemnitate celebraturi sumus. Ad quam vos exhortamur vt preparetis vos si qui estis cathecumini: vt accipiatis gratiam. Iam nunc tempus est: iam nunc parturiatur quod tunc nascatur: ergo illud nouimus: sed forte hoc exigitur a nobis/ vtrum habeat aliquod sacramentum quadraginta sex annis edificatum templum. Sunt quidem multa: que hinc dici possunt. Sed quod breuiter dici potest et facile intelligi: hoc interim dicamus fratres. Diximus enim iam nisi fallor hester no die adam vnum hominem fuisse: et ipsum esse totum genus humanum. Nam ita diximus si meministis quasi fractus est et sparsus colligitur/ et quasi conflatus in vnam societatem atque concordiam spiritualem. Et gemit vnus pauper modo ipse adam sed in christo renouatus: quia sine peccato venit adam vt peccatum adam solueret in carne sua: et vt reintegraret sibi ad imaginem dei adam. Ergo de adam caro christi: Ergo de adam templum quod destruxerunt iudei: et suscitauit dominus triduo. Resuscitauit enim carnem suam. Uidete: quia deus erat equalis patri. Fratres mei: dicit apostolus Qui eum excitauit a mortuis. De quo dicit? de patre. Factus inquit obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod et deus illum excitauit a mortuis: et dedit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitatus et exaltatus est dominus. Resuscitauit a mortuis quis? pater. Cui dicit in psalmis: excita me et reddam illis. Ergo pater cum resuscitauit non se ipse? Quid autem fecit pater sine verbo? Quid autem facit pater sine vnico filio suo Nam audi quia et ipse deus erat. Soluite templum hoc: et tribus diebus excitabo il

† Al. littera non deest quod iudei et dixerunt ei
† Al. Ita respondit iesus et dixit eis.
† Al. lit. habet in
† Al. lit. non habet dicis sed habet in
† Al. li. excitabis.
† Al. Ille au[tem]
Phili[ppenses]

lud. Nunquid dixit soluite templum qd triduo pater meus resuscitet? Sed quō cū pater suscitat ꝛ filius suscitat: sic cum filius suscitat ꝛ pater suscitat: quia filius dixit ego ꝛ pater vnū sumus. Quid ergo sibi vult numerus q̄dragenarius senarius Interim ipse adam quia per totum orbez terraꝝ est/audistis iam hesterno die in q̄ttuor litteris grecis q̄ttuor verboꝝ grecoꝝ. Si enī ista verba q̄ttuor scribas subinuicē id est. noīa quattuor partium mundi oriētis occidentis aquilonis ꝛ meridiani qd ē totus orbis: vnde dicit dn̄s ā q̄ttuor ventis collecturū electos suos cuz venerit ad iudicium. Si ergo facias ista q̄ttuor noīa greca. ἀνατολή. qd est oriēs. Δύσις qd est occidēs: ἄρκτος quod est septētrio: μεσημβρία qd est meridies: Anatole dysis: arcton. mesembria: capita verborū adam habent. Quō ergo ibi inueniemus q̄dragenariū senariū numerū? quia caro christi de adam erat. Ad litteras numeros computant greci: qd ꝛ nos facimus. A litterā ipsi lingua sua ponūt α alpha: ꝛ vocatur α alpha vnū. Ubi autē in numeris scribunt β beta qd ē b ipsoꝝ: vocatur ī numeris duo. Ubi scribunt γ gāma: vocaꝫ in numeris ipoꝝ tria. Ubi scribiꝫ Δ delta: vocatur in numeris ipsoꝝ q̄ttuor: ꝛ sic per oēs litteras numeros habent. M. qd nos dicimus ꝛ illi dicūt μ mi. xl. significat. Dicūt enim μ τεσσαράκοντα. Jam videte: iste littere quem numerū habeant: ꝛ ibi inuenietis q̄dragintasex annis edificatū templū. Habz enī adam: α: alpha qd est vnū: Habet Δ delta qd sūt q̄ttuor: habes q̄nq̄ Habet iteruz α alpha qd ē vnū: habes sex Habz μ mi: qd ē. xl. habes q̄dragītasex. Hec fratres mei etiam ab anterioribꝰ maioribꝰ nr̄is dicta sunt: ꝛ inuētus est iste numerus in litteris. xlvj. Et quia dn̄s noster iesus christus de adam corpus accepit: nō de adam peccatum traxit: templum corporeum inde sumpsit: non iniq̄tatem que de templo pellēda est. Ipsam autem carnem quam traxit d adam/ maria enim de adam ꝛ dn̄i caro de maria: iudei crucifixerunt: ꝛ ille resuscitaturꝰ erat ipsam carnez triduo quā illi in cruce erant occisuri. Illi soluerunt templū q̄dragintasex annis edificatū: ꝛ ille triduo resuscitauit illud. Benedicimꝰ dn̄m deū nostrum qui ad leticiam spiritualem ꝯgregauit nos. Simꝰ ī humilitate cordis semper: ꝛ gaudium nostrum penes ipsum sit: Nō de ꝓsperitate aliqua huius seculi inflemur: sed nouerimus felicitatem nostram non esse nisi cum ista transierint. Modo gaudiū nr̄m fr̄es mei in spe sit: nemo gaudeat quasi in re ꝑsenti: ne inhereat in via. Totum gaudiuz de spe futura sit: totum desideriū vite eterne sit. Oīa suspiria in christo anhelent. Ille vnus pulcherrimus qui ꝛ fedos dilexit vt pulchros faceret/ d̄sidereꝫ. Ad illū vnū curratur illi ingemiscaꝫ ꝛ dicant semꝑ magnificeꝫ dn̄s qui volunt pacem serui eius

¶ Explicit tractatus decimus: Incipit tractatus vndecimus. Ab eo qd scriptum est. Cum autem esset ī hierusalem iesus in pasca in die festo multi crediderūt in nomīe eius vsq̄ ad id qd ait: Amen amē dico tibi nisi quis renatꝰ fuerit ex aqua et spiritusancto non potest introire in regnum dei.

Pretermissus est in hoc tract. x. tex. ab eo loco: Cuz ergo resurrexisset: vsq̄ ad illud et sermonez quez dixit iesus.

OPortune nobis dn̄s procurauit hodierna die lectiōis huius ordinem. Nam quia ex ordine euangelium sc̄m iohannē ꝯsiderare atq̄ tractare suscepimus: credo ꝙ aduertit charitas vestra. Oportune ergo occurrit vt hodie audiretis ex euangelio: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto /non videbit regnū dei. Tempꝰ ergo est vt vos exhortemur/ quia adhuc estis cathecumini: qui sic credidistis in christuz vt adhuc vestra peccata portetis. Nullus autez regnum celorum videbit oneratus peccatis quia nisi dimissa fuerint non regnabit cū christo. Dimitti autem non possunt/ nisi ei qui renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto. Sed omnia verba queadmodū se habeant aduertamus: vt hic īueniant qui pigri sunt/ q̄ta solicitudīe festinādū sibi sit ad onus deponendū: quia si ferrent aliq̄ sarcinam grauem aut lapidis aut ligni aut alicuius etiam lucri/ si frumentū portarēt si vinū si pecuniam: currerent vt deponerent onera: portant sarcinam peccatoꝝ et pigri sunt currere: Currēdū est vt depo-

natur. Hec premit sarcina ⁊ mergit. Ecce
† Al. lit. habet autem. audistis q̄ꝛ cū † esset † dñs iesus xp̄s
hierosolymis in pasca in die festo:
† Al. lit: ñ hȝ dñs ihs xp̄s. multi crediderunt in nomine eius
videntes signa eius que faciebat
Multi crediderūt in noīe eius. Et qd̄ se-
† Alia littera hȝ iesus quitur? Ipse autem † christus nō cre
debat semetipsum eis. Quid sibi er-
go vult? Illi credebant in noīe eius: ⁊ ip-
se iesus non credebat semetipsum eis. An
forte non credebant ei ⁊ fingebant se cre
didisse: ⁊ ꝓpterea iesus non credebat se-
metipsum eis? Sed non diceret euāgeli-
sta: multi crediderūt in noīe eius: nisi ve-
rum illis testimoniū diceret. Magna ergo
res ⁊ mira res. Credunt homines in chri-
stum/ ⁊ christus non se credit hominibus:
presertim quia filius dei est. vtiq̄ volens
passus est: ⁊ si nollet/ nunq̄ pateref. Qui
si nollet: nec nascereꝛ. Si autem hoc soluȝ
vellet vt nascereꝛ tantum ⁊ ñ moreretur:
et quicq̄d vellet faceret quia omnipotēs
patris filius omnipotēs ē. Ex ipsis rebus
ꝓbemus: quia cuȝ voluissent eum tenere
discessit ab eis. Loquitur euāgeliū. Et cū
voluissent eum de vertice montis precipi
tare: discessit ab eis illesus. Et qñ veneꝛt
ad eum cōp̄hendendū iam venditum a
iuda proditore: cum ille putaret in pote-
state se habere tradere magistrū suum et
dñm suū: ⁊ ibi ostendit dñs voluntate se
pati non necessitate. Nam cum eum com-
prehendere iudei voluissent: dixit illis.
Johã. xviij. Quem queritis? At illi dixerunt: Jesum
nazarenū. Et ille. Ego sum. Hac voce au
dita redierunt retro ⁊ ceciderūt. In eo q̄
eos respondens deiecit/ ostēdit potestatē
vt in eo q̄ ab eis cōp̄hensus est ostende
ret voluntatē. Ergo qđ passus est/ mīe fu
it. Traditus enī est ꝓpter delicta nostra:
et resurrexit ꝓpter iustificationē nostram
Audi verba ipsius. Potestateȝ habeo po
nendi animam meam: ⁊ potestatē habeo
iterum sumendi eā. Nemo tollet a me ani
mam meam/ sed ego pono illam a meip̄o
et iterum sumo eam. Cuȝ ergo haberet tā
tam potestateȝ cum eam dictis p̄dicaret:
factis ostenderet: quid sibi vult qđ non se
credebat eis iesus quasi aliquid nolēti no
cituris: aut aliquid nolenti facturis: p̄ser-
tim quia iam crediderant in noīe eius: et
de ipsis dicit euangelista: crediderūt ī no

mine eius: đ quibus dicit: ipse autem ie-
sus ñ credebat seipsuȝ eis. Quare? † Qđ † Alia ra hab
ipse nosset omnes: ⁊ quia opus ei
non erat vt quis testimoniū perhi
beret de homine. Ipse eniȝ sciebat
quid esset in homine. Plus nouerat
artifex quid esset in opere suo: quā ipsum
opus quid esset in semetipso. Creator ho
minis nouerat quid esset in homine: qđ ip
se creatus homo nō nouerat. Nonne hoc
probamus de petro quia non nouerat qđ
in ipso esset: quando dixit/ tecum ero vsq̄
ad mortem? Audi quia dñs nouerat: qđ
esset in homine. Tu mecū vsq̄ ad morteȝ
Amen amen dico tibi: prius q̄ gallus can
tet: ter me negabis. Homo ergo nesciebat
quid esset in se: sed creator hominis noue
rat quid esset in homine: crediderant ī no
mine eius multi: ⁊ ipse iesus non credebat
eis. Quid dicimus fratres? Forte ꝯsequē
tia indicabunt nobis. Quid sibi vult my-
steriū verborum istorum? quia credide-
rant in eum homines/ manifestū est/ verū
est: nemo dubitat: euāgeliū loquiꝛ: verax
euangelista testatur. Item quia ipse iesus
non credebat semetipsum illis. Et h̄ ma-
nifestum est. ⁊ nullus christianus dubitat
quia ⁊ hoc euangeliū loquiꝛ. et idem ve
rax euangelista testatur. Quare ergo cre-
diderunt illi in noīe eius: ⁊ iesus non cre-
debat semetipsuȝ illis? Seq̄ntia videam⁹
Erat † homo ex phariseis Capitu B
nicodemus nomine prin-
ceps iudeorū. Hic venit † Alia ra hȝ au
ad eum nocte: ⁊ dixit ei.
Rabbi: Iam hoc nostis: quia rabbi ma-
gister dicitur. Scimus quia a deo ve
nisti magister. Nemo enim potest
hec signa facere q̄ tu facis: nisi fue-
rit deus cum eo. Ergo iste nicodemus
ex his erat qui crediderant in noīe ei⁹: vi
dentes signa ⁊ ꝓdigia eius que faciebat.
Superius enī hoc dixit. Cum autem esset
hierosolymis in pasca in die festo: multi
crediderunt in noīe eius. Quare credide
runt in noīe eius? Sequitur ⁊ dicit: viden
tes signa eius que faciebat. Et de nicode
mo quid dicit? Erat princeps iudeorum
nicodemus nomine. Venit ad eum nocte
et ait illi. Rabbi scimus q̄ꝛ a deo venisti
magister. Et iste ergo crediderat in nomi
ne eius. Et ipse vnde crediderat? Nemo

potest hec signa facere que tu facis. nisi fuerit deus cum eo. Si ergo nicodemus de illis multis erat qui crediderãt in noĩe ei⁹: iam in isto nicodemo attendam⁹: quare iesus non se credebat eis? Respõdit iesus et dixit ei. **Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnũ dei.** Ipsis ergo se credit iesus: qui nati fuerit denuo. Ecce illi crediderãt in eum: et iesus non se credebat eis. Tales sunt omnes cathecumini: ipsi iam credunt ĩ noĩe christi: sed iesus non se credit eis. Intendat et intelligat charitas vestra. Si dixerimus cathecumino/credis in christo: Respondet credo et signat se. Jam crucem christi portat ĩ fronte: et non erubescit in cruce dñi sui. Ecce credidit in noĩe eius. Interrogam⁹ eũ. Manducas carnem filij hoĩs et bibis sanguinẽ filij hominis? nescit quid dicimus: quia iesus non se credidit ei. Cuz ergo ex eo numero nicodemus esset: venit ad dñz sed nocte venit: et hoc forte ad rem pertinet. Ad dñm venit et nocte venit: ad lucez venit et in tenebris venit. Renati autez ex aqua et spiritusancto quid audiũt ab apostolo? Fuistis aliqñ tenebre: nũc autẽ lux in dño: sicut filij lucis ambulate. Et iteruz Nos autem qui diei sumus sobrij simus. Qui ergo renati sunt: noctis fuerũt/et diei sunt: Tenebre fuerũt/et lumen sunt. Jam credit se illis iesus: et non nocte veniũt ad iesum sicut nicodemus: non in tenebris q̃runt diem. Tales enĩ iam etiam ꝯfitemur accessit ad illos iesus: facit in illis salutez quia ipse dixit: Nisi q̃s manducauerit carnem meã et biberit sanguinẽ meum: nõ habebit in se vitam. Et ꝙ signũ crucis habẽt in fronte cathecumini: iam de domo magna sunt: sed fiant ex seruis filij. Nõ enim nihil sunt: qui iam ad domũ magnam pertinent. Quando autem manna manducauit populus israel? Cũ transisset mare rubrum. Mare autem rubrum quid significet: audi apostolũ. Nolo autem vos ignorare fratres: quia omnes patres nostri sub nube fuerunt et omnes mare trãsierũt. Et quid per mare trãsierũt? quasi quereres: secutus ait. Et omnes in moyse baptizati sunt: in nube et in mari. Si ergo figura maris tantũ valuit: species baptismi q̃tũ valebit? Si qđ gestum est in figura/traiectũ populum ad manna perduxit: Quid exhibebit christus in veritate baptismi sui traiecto per eum populo suo? Per baptismũ suũ traiecit credentes occisis omnib⁹ peccatis tanq̃ hostibus ꝯsequentibus: sicut ĩ illo mari omnes egyptij pierunt. Quo traiecit fratres mei? Quo traiecit p baptismũ iesus: cuius figuram tunc gerebat moyses qui p mare traijciebat? Quo traijciebat? ad manna. Qđ est manna? Ego sum inq̃t panis viuus: qui de celo descendi. Manna accipiunt fideles: iam traiecti per mare rubruz. Quare et p mare rubruz? Jam mare: quare rubrum? Significabat mare illđ rubrum baptismũ christi. Unde rubet baptism⁹ christi? nisi christi sanguine consecratus: Quo ergo perducit credentes et baptizatos? Ad manna. Ecce dico manna Notũ est quid acceperint iudei/popul⁹ ille israel: notum est quid illis pluisset de⁹ de celo: et nesciunt cathecumini quid accipiunt christiani Erubescãt ergo quia nesciunt. Transeant per mare rubrum: manducent manna: vt quõ crediderũt in noĩe iesu/sic seipsis credat iesus. Ideo intẽdite fratres mei: quid rñdeat iste qui nocte venit ad iesum. Quis ad iesum venerit: tamẽ quia nocte venit/adhuc de tenebris carnis sue loquit: non intelligit qđ audiuit a dño: nõ intelligit quõ audiuit a luce que illuminat omnẽ hominẽ venientez in hunc mundũ. Jam ei dñs dixit. Nisi quis renatus fuerit denuo: non videbit regnuz dei. **Dicit ad eũ nicodem⁹. Quomodo potest homo † nasci cũ sit senex.** † Alia littera hz renasci. C Spiritus ei loquitur: et ille carnem sapit. Carnem suam sapit: quia carnem christi nondum sapit. Cum enĩ dixisset dñs iesus/nisi quis manducauerit carnem meaz et biberit sanguinẽ meum non habebit in se vitam: scandalizati sunt quidaz qui cũ sequebant et dixerunt apud semetipsos. Durus est hic sermo: et quis potest eũ audire? Joh. vi. Putabant enim hoc dicere iesum qđ eum possent concisum sicut agnũ coq̃re et manducare: abhorrentes a verbis eius recesserunt: et amplius eum non sunt secuti. Sic euangelista loquitur: et dñs ipse remansit cum duodecim. Et illi ad eum Dñe: ecce illi dimiserunt te. Et ille. Nunquid et vos vultis abire? Ostendere volens quia ipse illis erat necessarius: nõ il-

[Left margin:] orinth. x

li erant christo necessarij. Ne quis terreat christum quando dicitur vt sit christian⁹: quasi beatior erit christus: si tu fueris christianus. Bonum est tibi vt sis christianus Nam si non fueris: malum christo nõ erit Audi vocem psalmi. Dixi dño deus meus es tu: quomodo bonorum meorum non eges. Ideo deus meus es tu: qm̃ bonorum meorum ñ eges. Si fueris sine deo/minor eris: si fueris cum deo: maior deus non erit. Nõ ex te ille maior: sed tu sine illo minor. Cresce ergo in illo: noli te subtrahere vt quasi ille deficiat. Reficieris si accesseris: deficies si recesseris. Integer manet te accedente: integer te cadente. Cum ergo dixisset discipulis: nunqd ꝛ vos vultis abire: respondit petrus: petra illa voce oium. Domine ad quem ibimus? Uerba vite eterne habes. Bene sapuit ĩ ore ipsius caro dñi. Dñs autem exposuit eis ꝛ dixit. Spiritus est qui viuificat: caro autem non pdest quicq̃. Cum dixisset/nisi quis mãducauerit carnem meam ꝛ biberit sanguinem meum non habebit in se vitam: ne carnaliter intelligerẽt: spiritus est inquit qui viuificat: caro autem nihil pdest. Uerba autem que locutus sum vobis: spiritus ꝛ vita sunt. Hunc spiritũ ꝛ hanc vitã non sapiebat iste nicodemus: qui nocte venerat ad iesum. Ait ei iesus. Nisi quis renatus fuerit denuo. non videbit regnum dei. Et ille carnem suam sapiens/in cuius ore nõdum sapiebat caro christi: quomodo inqt potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest † ĩ vtero matris sue iterum introire ꝛ † nasci? Non nouerat iste nisi vnam natiuitatẽ ex adam ꝛ eua: ex deo ꝛ ecclesia nondum nouerat. Non nouerat nisi eos parentes qui genuerant ad mortem: nondum nouerat eos parentes q̃ genuerant ad vitam. Non nouerat nisi eos parentes qui genuerant successuros: nondum nouerat eos qui semper viuẽtes generant pmansuros. Cum ergo sint due natiuitates: ille vnam intelligebat. Una est de terra: alia de celo. Una est de carne: alia est de spiritu. Una de mortalitate: alia de eternitate. Una est de masculo et femina: alia de deo ꝛ ecclesia. Sz ipse due singule sunt: nec illa potest repeti nec illa Recte intellexit nicodem⁹ sed natiuitatẽ carnis. Sic ꝛ tu intellige natiuitatẽ spiritus: quomodo intellexit nicodem⁹ natiuitatem carnis. Quid nicodem⁹ intellexit? Nunquid potest homo denuo in ventrem matris sue intrare ꝛ nasci? Jam nat⁹ sum de adam: non me potest iterũ generare adam. Sic quicũq; tibi dixerit vt spiritualiter iterum nascaris: responde q̃ dixit nicodem⁹. Nunquid potest homo in ventrem matris sue intrare ꝛ nasci? Jam nat⁹ sum de adam: non me potest iterũ generare adam. Jam natus sum de christo: non me potest iterum generare christus. Quomodo vterus non potest repeti: sic nec baptismũ. Qui nascit de ecclesia catholica: tanq̃ de sara nascit de libera nascit. Qui nascit de heresi/tanq̃ d ancilla nascit: sed ex semine abraam. Aduertat charitas vestra ad magnũ sacramentũ. Testat de⁹ et dicit. Ego sum deus abraam ꝛ deus ysaac ꝛ deus iacob. Non erãt alij pñarche: ñ erat ante istos sctũs noe qui solus in toto genere humano cum tota domo sua meruit de diluuio liberari: in quo ꝛ filijs eius figurata est ecclesia? Ligno portante euadunt diluuiũ. Deinde postea magni quos nouimus quos sancta scriptura cõmẽdat: moyses fidelis ĩ tota domo eius: ꝛ illi tres noĩantur quasi eum soli pmeruerint. Ego sum deus abraam ꝛ deus ysaac ꝛ deus iacob. Hoc mihi nomen est ĩ eternũ. Sacramentũ grande. Potens est dñs: ꝛ ora nostra apire ꝛ corda vr̃a vt dicere possimus sicut reuelare dignat⁹ est: ꝛ cape possitis/ sicut expedit vobis. Tres ergo isti pñarche: abraã ysaac ꝛ iacob. Jam nostis filij iacob q2 duodecim fuerũt: ꝛ inde popul⁹ israel q2 ipse iacob israel: ꝛ pp̃ls israel tribus duodecim: ptinẽtes ad duodecim filios israel Abraam ysaac ꝛ iacob: tres pr̃es et pp̃ls. Tres pr̃es tanq̃ in pncipio populi: Tres patres a qb⁹ figurabat pp̃ls. ꝛ pp̃ls ipse prior pñs pp̃ls. In pp̃lo eni iudeorum figuratus ẽ pp̃ls christianorum Ibi figura: hic veritas: Ibi membra: hic corpus: Dicente aplo. Hec autem in figura ptingebãt illis Uox ẽ apostoli. Scripta sunt inquit ppt nos: in quos finis seculorum obuẽit. Recurrat nũc anim⁹ vester ad abraã ysaac ꝛ iacob. In istis tribus inuenim⁹ parere liberas/parere ꝛ ancillas. Inuenim⁹ ibi ꝛ partus liberarũ: inuenim⁹ ibi ꝛ partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat: Ejce

† Al. lit. ĩ vẽtrẽ mr̃is sue iterato
† Al. l. r nasci
Gen.
Gal.
D
Exo.
xxxij.
Recur

ancillam inquit ꝛ filium eius: non eñi he
res erit filius ancille cũ filio libere. Apo
stolus hoc cõmemorat: ꝛ in illis duob⁹ fi-
lijs abrae dicit apostol⁹ fuisse figurã duo
rum testamentoꝝ: veteris ꝛ noui. Ad ve-
tus testamentũ pertinẽt dilectores tem-
poralium: dilectores seculi. Ad nouũ te-
stamentũ dilectores v. te eterne. Ideo il-
la hierusalẽ i t̃ra / vmbra erat celestis hie
rusalem matris oĩum nostrũ: que est in ce
lo. Et hec apostoli verba sunt. Et de ista
ciuitate vnde pegrinamur: multa nostis
multa iam audistis. Inuenim⁹ autẽ rem
miram i istis partubus. id est. in istis feti-
bus: in istis generatiõibus liberarũ ꝛ an-
cillarum q̃ttuor scilicet genera hoĩum: in
quibus scilicet q̃ttuor generib⁹ / complet̃
figura totius populi futuri christiani: vt ñ
sit mirum qd in illis tribus dictũ est. Ego
sum deus abraam ꝛ deus ysaac ꝛ deus ia
cob. In omnib⁹ eñi christianis fratres in-
tendite: aut per malos nascunt̃ boni: aut p
bonos nascunt̃ mali: aut per bonos boni:
aut per malos mali. Amplius istis q̃ttuor
generib⁹ non potestis inuenire. Que iteꝝ
repetam: aduertite retinete ꝛ excucite cor
da vestra: nolite pigri esse. Capite ne ca-
piamini. Quomodo q̃ttuor genera sunt
oĩum christianoꝝ? Aut p bonos nascunt̃
boni. aut p malos nascunt̃ mali: aut p bo-
nos mali: aut p malos boni. Puto qꝛ pla-
nũ est. Per bonos boni: si ꝛ q̃ baptizãt bo
ni sũt: ꝛ qui baptizant̃ / recte credunt. ꝛ in
membris christi recte numerant̃. Per ma-
los mali: si ꝛ qui baptizant mali sunt: ꝛ q̃
baptizant̃ duplici corde accedunt ad deũ
et non tenent eos mores quos audiũt i ec
clesia vt ibi non sint palee sed frumentum
Quã eñi multi sint nouit charitas vestra
Per malos boni. aliq̃ñ baptizat adult̃: ꝛ
q̃ baptizat̃ iustificat̃. Per bonos mali: ali
quando qui baptizãt sancti sunt: qui ba-
ptizantur: tenere vias dñi nolunt. Puto ꝙ
fratres notum esse in ecclesia ꝛ quotidia-
nis exemplis ea que dicimus: sed in prio-
ribus nostris patrib⁹ ea ꝯsiderem⁹: qꝛ ha
buerunt ꝛ illi ista q̃ttuor genera. Per bo-
nos bõi: ananias paulũ baptizauit. Quid
per malos mali. Dicit apostolus quosdã
p̃dicatores euangelij: quos dicit non ca-
ste annũciare solere euangeliũ: quos to-
lerat in societate christiana ꝛ dicit. Quid
Ph. j.

enim dum oĩno siue p occasionẽ siue p ve-
ritatem christus annũciet̃ ꝛ i hoc gaudeo
Nunqd maliuolus erat: ꝛ de alieno malo
gaudebat? Sed quia ꝛ p malos verum p̃-
dicabat̃: ꝛ p maloꝝ ora christ⁹ p̃dicabat̃: si
quos isti sui similes baptizabãt / mali ma-
los baptizabãt. Si quos isti baptizabant
tales quales admonet dñs cũ dicit: que
dicunt facite: que autẽ faciunt facere noli
te: mali bonos baptizabãt: Boni malos
baptizãt: quomõ a philippo sancto simon
magus baptizatus est. Nota sunt ergo
ista q̃ttuor genera fratres mei: Ecce iteꝝ
ea repeto tenete illa / nũerate illa: adũtite
illa: cauete q̃ mala sũt: tenete q̃ bona sũt:
Per bonos boni nascunt̃ / cum p sctõs san
cti baptizãt̃: Per malos mali: cũ ꝛ q̃ ba-
ptizant ꝛ qui baptizant̃ iniq̃ ꝛ impie vi-
uunt. Per malos boni: cum mali sunt qui
baptizant ꝛ boni qui baptizant̃. Per bo-
nos mali / cũ boni sunt qui baptizãt / ꝛ ma
li qui baptizant̃. Quõ inuenim⁹ ista in tri-
bus istis noĩbus: ego sum deus abraaꝫ de
us ysaac ꝛ deus iacob? Ancillas accipia-
mus in malis: liberas accipiam⁹ in bonis.
Pariunt libere bonos: sara pepit ysaac.
Pariunt ancille malos: agar pepit hysma
el. Habem⁹ in vno abraam ꝛ illud genus
cum per bonos boni: ꝛ hoc genus cum per
malos mali. Per bonos mali vbi figurati
sũt? Libera erat rebecca vxor ysaac: legi
time peperit geminos. Unus erat bonus:
alter malus. Habes aperte scripturã dicẽ
tem dei voce. Iacob dilexi: esau autem
odio habui. Istos duos genuit rebecca ia
cob ꝛ esau. Unus inde eligitur: alius im-
pbatur. Unus succedit in hereditatẽ: al-
ter exheredat̃. Nõ facit populũ suũ deus
de esau: sed facit de iacob. Semen vnuꝫ:
diuersi qui concepti sunt. Uterus vnus:
diuersi qui nati sunt. Nunquid non libe-
ra pepit iacob: que libera peperit esau?
Luctabant̃ in vtero matris sue: ꝛ dictum Geñ. xxv.
est rebecce cum ibi luctarent̃. Duo popu-
li sunt in vtero tuo: Duo hoĩes: duo po-
puli: Bon⁹ populus: malus populus: Sꝫ
tamẽ in vno ventre luctabant̃. Q̃ti mali
sunt in ecclesia: ꝛ vnus vterus portat do-
nec in fine discernet̃: ꝛ boni aduersus ma-
los clamãt: ꝛ mali aduersus bonos recla-
mant: ꝛ in vni⁹ viscerib⁹ vtriq̃ luctantur.
Nunqd semp simul erũt? In fine exit̃ ad

lucem: declaratur natiuitas: que hic in sacramento figuratur. Et tunc apparebit: iacob dilexi esau autem odio habui. Iã ergo inuenim⁹ fratres & de bonis bonos: de libera ysaac: & de malis malos: de ancilla hysmael De bonis malos: esau d rebecca. Et d malis bonos vbi inuenim⁹? Restat iacob/ vt in tribus patriarchis/ q̃ttuor generum istorum pfectio ↄcludat. Habuit vxores iacob: habuit & ancillas. Pariunt libere pariũt & ancille: & fiunt duodecim filij israel. Si numeres omnes de quib⁹ nati sunt: non omnes de liberis/ non omnes de ancillis: sed tamen omnes ex vno semine. Quid ergo fratres mei? nunq̃d qui nati sunt d ancillis/ non simul possederũt terram pmissionis cum fratrib⁹ suis? Inuenimus ibi bonos filios iacob natos de ancillis: & bonos filios iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum: quando in patre cognouerũt semen suũ: & ↄsequenter regnũ cum fratribus tenuerũt. Quomodo ergo in filijs iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis quo minus tenerẽt regnũ: & terram repmissionis cuȝ fratrib⁹ ex equo accipent: non illis obfuerunt natales ancillarum sȝ preualuit se nẽ paternũ: Sic quicũq; per malos baptizant: tanq̃ de ancillis vident nati: sed tamen quia ex semine verbi dei qd figuratur in iacob/ non ↄtristent: simul hereditatẽ cum fratrib⁹ possidebũt. Securus ergo sit qui de semine bono nascit: tãtum non imitetur ancillam. Si de ancilla nascitur: ancillaȝ malam supbientẽ ñ imitetur. Unde enim filij iacob d ancillis nati possederunt terraȝ pmissionis cũ fratribus: hysmael autem de ancilla natus expulsus est de hereditate? Unde nisi quia ille superbus erat: illi humiles. Erexit ceruicem & voluit seducere fratrẽ suũ: ludẽs cum illo. ¶ Magnũ ibi sacramentũ. Ludebant simul hysmael & ysaac: vidit illos sara ludentes: & ait abrae. Ejce ancillam et filium eius: non enĩ heres erit filius ancille cum filio meo ysaac. Et cum ↄtristatus esset abraam: ↄfirmauit ei a dño angelus dictum vxoris eius. Jam hic manifestum est sacramentũ: quia nescio qd futurum parturiebat illa res gesta. Ludentes vidit & dicit: Ejce ancillam & filium eius. Quid est hoc fratres? Quid enim mali fecerat hysmael puero ysaac: quia ludebat cum illo? Sed illa lusio/ illusio erat. Illa lusio deceptionem significabat: Nam magnum sacramentũ: attendat charitas vestra. Persecutionẽ illam vocat apostolus ipsam lusionem: ipsum lusum psecutioneȝ vocat. Ait enim. Sed sicut tunc ille q̃ ẽm carnem natus erat psequebat eum q̃ ẽm spiritum ita & nunc. id est. qui ẽm carnem nati sunt: psequunt eos qui ẽm spiritũ nati sunt. Qui sunt ẽm carneȝ nati? Dilectores mundi: amatores seculi. Qui sunt ẽm spiritũ nati? Amatores regni celorum: dilectores christi: desiderãtes vitam eternam: gratis colentes deum. Ludunt & dic apostolus psecutionẽ. Nam postea q̃ dixit hec verba apostolus: & sicut tunc ille q̃ ẽm carnem natus erat psequebat eum q̃ ẽm spiritum ita & nũc: secutus est & ostendit de qua psecutione diceret: Sed quid dicit scriptura? Ejce ancillam & filiuȝ ei⁹ non enim heres erit filius ancille cum filio meo ysaac. Queramus vbi hoc dicat scriptura vt videamus vtrum aliqua psecutio pcesserit hysmaelis in ysaac: & inuenimus hoc dictum esse a sara quando vidit pueros ludentes simul. Quã lusionem dicit scriptura vidisse saram: hanc psecutionem dicit apostolus. Plus ergo vos psequunt: qui vos in ludendo seducũt. Ueni veni: baptizare hic. hic habes veruȝ baptismũ: Noli ludere: vnus est verus. Ille lusus est: seduceris. & ista psecutio grauis tibi erit. Melius tibi erat: si hysmaelem lucrareris ad regnũ. Sed non vult: q hysmael quia ludere vult. Tene tu hereditatẽ patris & audi. Ejce ancillam & filium eius: ñ enim heres erit filius ancille cuȝ filio meo ysaac. Isti etiam audent dicere quia psecutionem solent pati a catholicis regibus aut a catholicis principib⁹: q̃ in psecutione tolerant afflictionem corporis. Si tamen aliquando passi sunt aut quomodo passi sunt/ ipsi sciant: aut conueniãt cõsciẽtias suas. Tamen afflictionem corporis passi sunt: Persecutio quam faciunt grauior est. Caue quãdo vult ludere hysmael cum ysaac: quando tibi blandit q̃ndo offert alterum baptismũ: responde habeo iam baptismũ. Si enim verus est iste baptismus: quisq̃s vult alteruȝ dare/ illudere vult. Caue anime persecutorem:

Geñ: xxi.
Gal. iiij.

Nam si a principib⁹ catholicis aliqd passa est pars donati aliquando/ſm corpus passa est: non ſm illusionē spiritus. Audite ⁊ videte in ipsis veteribus factis: oīa futurarū rerum signa ⁊ indicia: Inueīt sara afflixisse agar ancillam: Sara libera est Postea quā supbire cepit ancilla: questa est abrae sara ⁊ dixit: Eijce ancillam: erexit aduersum me ceruicem suam: Et quasi ab abraam fieret: de abraam questa est mulier: Abraam vero qui non in ancilla libidine vtendi tenebaṫ sed officio generādi quō sara dederat vndē ꝓlem susciperet: ait ei: Ecce ancilla tua: vtere ea sicut vis: Et afflixit eam grauiter sara ⁊ fugit a facie eius: Ecce libera afflixit ancillam: ⁊ nō illam vocat ꝑsecutionē apl's: Ludit seru⁹ cuȝ dn̄o: ⁊ ꝑsecutionē vocat: Afflictio ista non vocatur ꝑsecutio: ⁊ lusio illa vocatur ꝑsecutio. ¶ Quid vobis videṫ frēs? nōne intelligitis quid significatū sit? Sic ergo qn̄ vult deus concitare potestates aduersus hereticos/ aduersus scismaticos/ aduersus exsufflatores christi/aduersus blasphematores baptismatis: non mireṫ: quia deus ↄcitet vt a sara verbereṫ agar: Cognoscat se agar: ponat ceruicem: qꝛ cū humiliata discederet a dn̄a sua: occurrit ei āgelus ⁊ dixit ei: Quid ē agar ancilla sare? Cum questa esset de dn̄a sua: qd audiuit ab angelo? Reuertere ad dn̄am tuam. Ad hoc ergo affligitur: vt reuertatur: atqꝫ vtinam reuertaṫ: qꝛ ꝓles eius sicut filij iacob cum frībus hereditatē tenebit. Mirātur autem: qꝛ cōmouenṫ potestates christiane aduersus detestādos dispensatores ecclesie: Non ergo mouerenṫ: ⁊ quō redderēt rationē de imperio suo deo? Intendat charitas vestra qd dicam. qꝛ pertinet hoc ad reges seculi christianos/vt tꝑibus suis pacatā velint matrē suam ecclesiam: vnde spūaliter nati sunt. Legim⁹ danieṫ visiones ⁊ gesta ꝓphetica. Tres pueri in igne laudauerūt deum: miratus est nabuchodonosor rex laudantes deum pueros et circa eos ignem innocentē: Et cum ammiratus esset: qd ait nabuchodonosor rex non vel iudeus vel circūcisus ille q̄ statuam suam erexerat: ⁊ ad eam adorandam omnes coegerat/tamen laudib⁹ triū puerorum cōmotus: vbi vidit maiestatē dei ꝑsentis ī igne qd ait? Et ego ꝓponā decretum oībus tribubus ⁊ linguis in omni terra. Quale decretum? Quicunqꝫ dixerint blasphemiā in deum / sydrac mysac ⁊ abdenago/in interitu erunt: ⁊ domus eorum in perditionē. Ecce quomodo seuit alienigena ne blasphemeṫ deus israel/qꝛ potuit tres pueros d̄ igne liberare. ⁊ nolunt vt seuiant reges christiani quia christ⁹ exsufflatur: a quo non tres pueri sed orb terrarum cum ipsis regibus a gehennarū igne liberanṫ. Nā tres illi pueri fratres mei liberati sunt ab igne temporali: nunqd nō ipse deus machabeoꝝ: qui ⁊ trium puerorum? Illos ab igne liberauit: illi in tormētis igneis corpore defecerūt: sed in legitimis mandatis animo ꝑmanserunt. Illi aꝑte liberati sunt: illi occulte coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarum q̄ȝ de fornace potestatis humane: Si ergo nabuchodonosor laudauit ⁊ predicauit ⁊ gloriam dedit deo quia liberauit de igne tres pueros. ⁊ tantam gloriaȝ dedit vt decretuȝ mitteret ꝑ regnū suū/quicūqꝫ dixerint blasphemiā in deum sydrac mysac et abdenago in interitu erunt ⁊ domus eorū in perditionē: quomodo isti reges nō moueanṫ qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma: sed seipsos liberatos de gehenna: quando vident christuȝ a quo liberati sunt exsufflari in christianis: quando audiunt dici christiano/dic te non esse christianū. Talia facere volūt: ⁊ salteȝ talia pati nolunt. Nam videte q̄lia faciunt: et q̄lia pati patiunṫ. Occidunt animas/affligunṫ in corpore. Sempiternas mortes faciunt: ⁊ tēꝑales se perpeti ↄquerunṫ. Et tamen que patiunṫ: ꝓferunt nobis nescio quos in ꝑsecutiōe suos martyres. Ecce marcellus de petra p̄cipitatus est: ⁊ ecce donatus bagaiensis in puteum missus ē Quando potestates rhomane talia supplicia decreuerūt: vt p̄cipitarenṫ homines? Quid autē respondent nostri? Quid sit gestum nescio. Tamē qd tradunt nostri? quia ipsi se precipitauerunt: ⁊ potestates infamauerunt. Recordemur consuetudinem potestatum rhomanoꝝ: ⁊ videamus cui credendum sit. Dicunt nostri illos se precipitasse. Si non sunt ipsi discipuli ipsorum qui se modo de saxis nullo persequente precipitant: non credamus. Quid mirum: si fecerunt illi quod solent?

[Left margin notes: ...xvj. / G / q. iiij. / ...ndo / ...elis. iij]

Nam potestates rhomane nunq̄ talibus supplicijs vse sunt:non enī non potuerunt occidere aperte sed illi qui se mortuos co li voluerūt:famosiorē mortem non inuenerunt: Postremo quicqd illud ē/ nō noui: Et si passa es o pars donati corpalē afflictōnē ab ecclesia catholica:a sara passa est agar:redi ad dn̄am tuam. Locus quidem necessarius aliqn̄ diutius nos tenuit vt textum totum euāgelice lectiōis exponere mīme valerem⁹:sufficiat interim charitati vestre fratres:ne hec que dicta sunt dicēdo alia excludant̄ de cordib⁹ vestris Hec tenete talia dicite:flām̄antes illuc ꝓcedite:accēdite frigidos. Explicit tractatus vndecim⁹: Incipit tractat⁹ duodecim⁹. Ab eo ꝙ scriptum est. qd̄ natum est de carne caro ē:et qd̄ natum est ex spiritu spiritus ē vsq̄ ad id quod ait: Qui autē facit veritatem venit ad lucem vt manifestentur eius opa q̄a ī dō sunt facta

Nō replicat Aug⁹. ī hoc trac.xj.vltima verba textus in rubca notata videlicet: Am̄ amen dico tibi: nisi qs renatus fuerit ex aq̄ ꝛ spū sctō:nō pt introire in regnū dei. Sz in tracta.sequnti. circa finem eadem vba repetit.

Ex eo ꝙ hesterno die intentā fecimus charitatē vestrā :intelligimus vos alacrius ꝛ numerosi⁹ ꝓuenisse:Sed interim lectioni euāgelice ex ordine sermonē debitū reddam⁹ si placet. De inde audiet charitas vestra de pace ecclesie vel quid egerimus:vel qd adhuc agēdum speremus. Nunc autem tota intentio cordis ad euangeliū ponat̄: nemo enī aliunde cogitet. Si enī qui tot⁹ adest vix capit:qui se ꝑ cogitatiōes diuersas diuidit/nonne ꝛ qd̄ cepat fundit? Meminit autem charitas vestra dn̄ico preterito q̄tum dn̄s adiuuare dignatus est disseruisse de spiritali regeneratiōe:quā lectionē vobis iterum legi fecimus:vt que tunc nō dicta sunt/in christi noīe adiuuantib⁹ orationibus vestris impleamus. Regeneratio spiritualis vna ē:sicut generatio carnal' vna est. Et ꝙ nicodemus dn̄o ait verum dixit: quia non potest homo cum sit senex redire rursum ī vterum matris sue ꝛ nasci. Il le quidem dixit/quia homo cuȝ sit senex hoc non potest:quasi ꝛ si infans esset posset. Dn̄o enim non potest siue recens ab vtero siue annosa iam etate redire rursuȝ in materna viscera ꝛ nasci : Sed sicut ad natiuitatē carnalem valent muliebria viscera ad semel pariendū:sic ad natiuitatē spiritualem valent viscera ecclesie :vt semel quisq̄ baptizetur. Propterea ne quis forte dicat/sed iste ī heresi natus est ꝛ iste in scismate natus est: amputata sunt omnia si meministis que vobis disputata sūt de tribus patribus nostris quoꝝ deus dici voluit:non quia soli erant/ sed quia in his sol' impleta ē integritas significādi populi futuri. Inuenimus tamen natum de ancilla ꝛ exheredatū:natum de libera heredem. Rursum inuenimus natum ō libera exheredatum:natum de ancilla heredem. Natus de ancilla exheredat⁹ hysmael:natus de libera heres ysaac. Natus de libera exheredatus esau: nati de ancillis heredes filij iacob. In illis itaq̄ tribus patribus:omnis futuri populi figura perfecta est. Nec īmerito deus inquit: Ego sum deus abraam ꝛ deus ysaac ꝛ deus iacob. Hoc mihi nomen inquit in eternum. Magis meminerim⁹:quid ꝓmissum sit ipsi abrae:hoc enim ꝓmissum est ysaac: hoc ꝓmissum est ꝛ iacob. Quid inuenimus/in semine tuo benedicent̄ omnes gētes. Credidit tunc vnus qd̄ nondum videbat. vident homines ꝛ excecantur. Completum est in gentibus qd̄ ꝓmissum est vni. ꝛ separantur a cōmunione gentiū : qui ꝛ qd̄ impletum est videre nolunt. Sed quid illis ꝓdest quia videre nolunt? Videāt velint nolint:aperta veritas ꝛ clausos oculos ferit. Responsuȝ est nicodemo q̄ ex eis erat qui crediderāt in iesum:ꝛ ipse iesus nō se credebat eis. Quibusdam enī non se credebat:cum iam ī illum credidissent. Sic habes scriptum. Multi crediderūt in nomine eius. vidētes signa que faciebat. Ipse autem iesus non credebat semetipsum illis. Non enim opus habebat :vt quisq̄ testimoniū perhiberet de homine. Ecce iam illi credebāt in iesum :ꝛ ipse iesus nō se credebat eis. Quare? qꝛ nōdū erant renati ex aq̄ ꝛ spiritusctō. Unde hortati sumus ꝛ hortamur frēs nr̄os cathecuminos Si enī interroges eos : iam crediderūt in iesum. Sed quia nōdū carnem eius ꝛ sanguinē accipiūt:nōdū se illis credidit iesus Quid faciant? vt se illis credat iesus? Renascantur ex aqua ꝛ spūsancto: ꝓferat ecclesia quod parturit. Cōcepti sunt/edant̄

Gen. x
Gal. iiij

Joh. ij

in lucem: habent vbera quibus nutriantur. Non timeant ne nati suffocentur: ab vberibus maternis nõ recedãt. Nullus pt hõ redire in matris viscera et iterum renasci: sed de ancilla nescio qs natus ẽ. Nunqd tũc qz nati sunt de ancillis/redierũt in vterum libarum vt denuo nascerentur? Semẽ abraam in ismahel: et vt possit facere abraam filiuz de ancilla: vxor auctor fuit: natus est ex semine viri. et nõ vtero. sz solo placito vxoris. Nũqd qz de ancilla ideo exheredatur? Si propterea exheredatus qz de aucilla natus est. Nulli ancillarũ filij admitterentur ad hereditatẽ. Filij iacob admissi sunt ad hereditatem. Hysmael aũt nõ qz ex ancilla natus exheredatus sed qz supbus mrĩ supbus in filiũ mrĩs: mrĩ eni eius magis sara quam agar. Illius vterus accõmodatus: illius volũtas accessit Nõ faceret abraã qd sara nollet: magis ergo ille filius sare. Sed qz supbus in frẽz et supbus ludẽdo. ludẽdo qz deludẽdo: Quid ait sara: Ejice ancillã et filiũ eius: nõ eni heres erit filius ancille/cum filio meo ysaac. Nõ ergo illũ viscera ãcille eiecerũt foras sed ceruix seruilis. et si liber supbus sit seruus ẽ: Et qd peius ẽ male dñe ipsius sup bie. Itaqz frẽs mei: rñdete hoĩ nõ posse rursus nasci hoiez. Quicquid iterum fit/illusio est: quicquid iterũ fit/lusus est. Hysmael ludit foras mittitur. Aiaduertit eos sara ludentes: ait scriptura: et dixit abrae. Ejice ancillã et filiũ eius. Displicuit sare lusus puerorum: aliqd nouũ vidit pueros ludere. Nõne optãt hoc q filios hñt: videre ludẽtes filios suos? Vidit illa et improbauit. Nescio qd vidit in lusu. Illusionẽ vidit i illo lusu: aĩaduertit serui supbiã: displicuit illi: eiecit foras. Nati ergo de ancillis ad hereditatẽ admittuntur iacob. et natus de libera mittitur foras esau. Nemo eni psumat qz de bonis nascitur: nemo psumat qz p sanctos baptizatur. Qui p scõs baptizatur: adhuc caueat ne nõ sit iacob sed esau. Hoc ergo fratres dixerim. melius ẽ ab hoĩbus sua querẽtibus et mũdũ diligẽtibus qz significatio est ãcille baptizari: et spũalit hereditatẽ qrere christi vt sit tanqz filius iacob de ancilla: quã baptizari per sctõs et supbire vt sit esau foras mittẽdus: Quis natus ex libera. Hec frẽs tenete. Nõ vos palpamus: nulla spes vrã in nobis sit. Nec vobis blãdimur nec nobis: vnusqsqz suã sarcinã portz

Nostrum est dicere ne male iudicemur: vestrum est audire et corde audire ne exigatur qd damus: Immo quãdo exigit/ lucrũ inueniat non detrimentũ. † Dicit dominus nicodemo et expõit ei. Amẽ amẽ dico tibi: nisi qs renatus fuerit ex aqua et spũsancto: non potest † introire in regnũ dei. Tu inqt carnalem generationẽ intelligis cum dicis. Nunqd potest homo redire in viscera matris sue? Ex aqua et spũsctõ oportet vt nascatur propter regnũ dei. Si propter hereditatẽ pris hoĩs tpalem nascitur/ nascatur ex visceribus matris carnalis: si propter hereditatẽ pris dei sempiternã/nascatur ex visceribus ecclesie. Generat pvxorẽ filiũ pater moriturus successurum. generat deus de ecclesia filios nõ successuros sed secũ mãsuros. Et sequitur. Qd natum est † de carne caro est: et qd natum ẽ † de spũ spũs ẽ. Spũalit ergo nascimur et in spũ nascimur. Verbo et sacramẽto adest spũs vt nascamur. Spũs inuisibilit adest vñ nascaris: qz et tu inuisibilit nasceris. Sequitur eni et dicit. Nõ miteris qa dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat et vocẽ eius audis: sed nescis vñ veniat aut quo vadat. Nemo videt spm et quõ audimus vocẽ spũs? Sonat psalmus: vox ẽ spũs. Sonat euãgeliũ: vox est spũs. Sonat sermo diuinus: vox est spũs. Vocẽ eius audis/ et nescis vñ veniat et q vadat: Sz si nascaris et tu de spũ: hoc eris vt ille. Qui nõ est adhuc natus de spũ: non sciat de te vñ venias et q eas: hoc eni secutus ait. Sic ẽ oĩs: q natus ẽ ex spiritu. Respõdit nicodemus et dixit ei. Quõ possunt hec fieri. Et reuera carnalit nõ intelligebat. In illo fiebat: qd dixerat dñs. Vocẽ spũs audiebat: et nesciebat vñ venerat et q ibat. Rñdit iesus et dixit † Tu es mgr̃ in israel: et hec ignoras? O frẽs qd putamus dñm: huic magistro iudeorum qsi insultare voluisse? Nouerat dñs quid agebat: volebat illum nasci ex spiritu. Nemo ex spũ nascitur nisi humilis fuerit: quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu: quia prope est dominus obtritis corde. Ille magisterio inflatus erat et alicuius momenti esse videbatur: quia doctor erat iudeorum. Deponit

† Al. litterã rñdit iesus

† Alia littera introire.

† Al. l. hz ex

† Al. l. hz ex

† Al. littera habet ei.

ei supbiam vt possit nasci de spū: insultat tanq̄ indocto. Nō quia supior vult videri dn̄s: Quid magnū ds ad hoiem: veritas ad mendaciū? Maior christ⁹ q̄ nicodem⁹ dici debet: dici potest: cogitandus est. Si diceret maior christ⁹ q̄ āgeli: ridēdū erat. Incōparabilit̄ ei maior oī creatura: p quē facta ē oīs creatura: Sȝ exagitat supbiaȝ hoīs. Tu es mgr̄ in israel: ꝛ hec ignoras? Tanq̄ dicēs. Ecce nihil nosti pnceps sup bus nascere ex spū. Si enī natus fueris ex spū/vias dei tenebis: vt christi hūilitateȝ seqris. Sic enī altus est sup oēs angelos: qꝛ cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se eq̄lem deo sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs: in similitudinē hominū fact⁹ ꝛ habitu inuent⁹ vt homo: humiliauit semetipsum factus obediēs vsq̄ ad mortē: Et ne mortis gen⁹ tibi aliq̄d placeat: mortē autē crucis. Pendebat ꝛ insultabat̄ ei: De cruce dscēdere poterat sed differebat: vt de sepulchro resurgeret. Pertulit supbos suos dn̄s: medic⁹ egrotos. Si hoc ille: q̄d illi quos oportet nasci ex spū? Si hoc ille verus mgr̄ in celo: non hoīum tm̄ sed ꝛ angeloꝝ? Si enim docti sunt angeli: verbo dei docti sunt. Si verbo dei docti sunt: querite vnde? ꝛ īuenietis. In pncipio erat verbuȝ: ꝛ verbum erat apud deū: ꝛ deus erat verbū. Tollit̄ hoi ceruix sed aspera ꝛ dura: vt sit lenis ceruix ad portandū iugū christi. De q̄ dicitur: iugū meū leue est: ꝛ sarcina mea leuis est. Et sequit̄. Si terrena dixi vobis ꝛ nō creditis: quō si dixero vobis celestia credetis? Que terrena dixit fratres? nisi quis natus fuerit denuo: terrenū est? Spūs vbi vult spirat/ꝛ voceȝ eius audis ꝛ nescis vnde veniat aut q̄ vadat: terrenū est? Si de isto vento diceret sicut nōnulli intellexerūt: cū quereret̄ ab eis: quid terrenū dixerit dn̄s dum ait. Si terrena dixi vobis ꝛ nō creditis: quō si celestia dixero credetis? Cum ergo quereretur a quibusdā: q̄d terrenū dixerit dominus? angustias passi dixerūt. Quod ait Spiritus vbi vult spirat: ꝛ vocem eius audis ꝛ nescis vnde veniat aut quo eat: De isto vento dixit. Quid enī noīauit terrenū? Loquebat̄ de generatiōe spūali: secutus ait. Sic est omis qui natus est ex spiritu. Deinde fratres quis nostꝝ non videat/verbi gratia: austrum euntem a meridie ad aquilonē: aut alium ventum venientem ab oriente ad occidentem? Quomodo ergo nescimus vnde veniat ꝛ quo eat Quid ergo dixit terrenū q̄ nō credebāt hoīes? An illud q̄ de templo suscitando dixerat? Corpus enī suū de terra acceperat: ꝛ ipsam terram de terreno corpe suscep̄tam parabat suscitare. Non ei creditū est terraȝ suscitaturo. Si terrestria inquit dixi vobis ꝛ non creditis: quō si celestia dixero credetis? Hoc est si non creditis qꝛ templum possuȝ resuscitare deiectū a vobis: quō credetis qꝛ per spm̄ possint hoies regenerari? Et sequitur. Et nemo ascēdit in celum/nisi qui descendit d̄ celo: filius hoīs qui est in celo. Ecce hic erat: ꝛ ī celo erat. Hic erat carne/ꝛ in celo erat diuinitate: imo vbiq̄ diuinitate Nat⁹ de matre non recedens a pr̄e. Due natiuitates christi intelligunt̄: vna diuina altera hūana: Vna per quā efficeremur: altera per quam reficeremur. Ambe mirabiles: illa sine matre/ista sine patre. Sȝ qꝛ de adam corpus accepat quia maria de adam: ipsuȝ quoq̄ corpus suscitatur⁹ erat Terrenū quiddā dixerat: soluite templū hoc/ꝛ in tribus dieb⁹ suscitabo illud. Celeste autem quiddam dixit: nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu nō videbit regnū dei. Eya itaqȝ fratres deus voluit eē filius hoīs: hoīes nolunt esse filij dei. Ipse descendit ꝑpter nos: nos ascendamus ꝑpter ipsum. Solus enī descendit ꝛ descēdit qui hoc ait. Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo. Non ergo ascēsuri sunt in celū: quos facit filios dei? Ascensuri sunt plane: Hec nobis ꝓmissio est erunt equales angelis dei. Quomodo ergo nemo ascendit nisi qui descēdit Quia vnus descendit: vn⁹ ascendit. Quid de ceteris q̄d intelligēdū/nisi qꝛ membra eius erunt vt vnus ascendat? Propterea sequit̄. Nemo ascendit in celum: nisi q̄ de celo descendit: filius hominis qui est ī celo. Miraris quia hic erat ꝛ in celo? Tales fecit discipulos suos. Paulum audi apostolum dicentem. Nostra enī ꝯuersatio in celis est. Si homo paulus apostolus ambulabat carne in terra ꝛ ꝯuersabat̄ in celo. Deus celi ꝛ terre non poterat esse ꝛ in celo ꝛ in terra? Si ergo nemo nisi ille de-

Mat. xxvij.

Aug⁹. ℞ pterit illū textū Amē amē dico tibi: quia q̄ścim⁹ loq̄mur: ꝛ q̄ vidimus testamur: ꝛ testio niū nostrum nō accipitis

C

scendit & ascendit: que spes ē ceteris? Ea spes est ceteris/ quia ille ꝓpterea descendit vt in illo & cum illo vnū essent: qui per illum ascensuri essent. Non dicit & seminibus quasi in multis: sed tanq̄ in vno & semini tuo qui est christus. Et fidelibus ait: Uos autem christi. Si autem christi. ergo semen abrae estis. Qd̄ dixit vnū: hoc dixit omnes nos esse. Ideo in psalmis aliquando plures cantant: vt ostendatur quia de pluribus fit vnus: aliquādo vnus cantat/ vt ostendaꝛ quid fiat de pluribus. Propterea vnꝰ sanabatur in illa piscina: & q̄squis alius descendebat: non sanabaꝛ. Ergo iste vnus cōmendat vnitatem ecclesie. De illis qui oderunt vnitatem ecclesie: & partes sibi faciunt in hoībus: audiant illū qui volebat eos facere vnū ī vno. Ad vnum audiant illum dicentē. Nolite vos facere multos. Ego plantaui apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. Sed neq̄ qui plantat aliquid neq̄ qui rigat: sꝫ qui incrementū dat deus. Illi dicebant. Ego suꝫ pauli/ ego apollo/ ego cephe & ille. Diuisus ē xp̄s? Inuno estote: vnū estote: vnꝰ estote. Nemo ascendit ī celū: nisi q̄ de celo descendit. Ecce volumus esse tui: dicebant paulo. Nolo sitis pauli: sed eius estote cuius est vobiscū paulus. Descēdit enī et mortuus est: & ipsa morte liberauit nos a morte. Morte occisus: mortem occidit. Et nostis fratres: quia mors ista per diaboli inuidiā intrauit ī mundū. Deus mortem non fecit: scriptura loquiꝛ. Nec letaꝛ inquit in perditione viuoꝝ. Creauit enim vt essent oīa. Sed q̄d ibi ait: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarū. Ad mortem a diabolo ꝓpinatam: non veniꝛꝫ homo vi adactus. Non enim cogendi potentiam diabolus habebat: sed persuadē di versutiam: Si non ꝯsentires: nihil inuenerat diabolus: ꝯsensio tua te o homo ꝑduxit ad mortem. A mortali mortales nati: ex mortalibus mortales facti: Ab adaꝫ omnes homines mortales. Jesus autem filius dei: verbuꝫ dei per qd̄ facta sunt omnia: vnicus equalis patri mortalis factus est: quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. Si ergo mortē suscepit & mortem suspendit in cruce: de ipsa morte liberantur mortales. ¶ Quod in figura factū est apud antiquos: cōmemorauit illud dominus. Et sicut inquit moyses exaltauit serpentē † in heremo ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in † eum non pereat/ sed habeat vitam eternam. Magnū sacramentū: & qui legerunt nouerunt. Deinde audiant vel qui non legerūt: vel qui forte lectum vel auditu꜕ obliti sunt: Prosternebatur ī heremo populus israel morsibus serpentum: fiebat magna strages mlꝫ torū mortuoꝝ: plaga enim dei erat corripientis & flagellantis vt erudiret. Demonstratum est ibi magnū sacramentū rei future. Ipse dn̄s testatur in hac lectione: vt nemo possit aliud interp̄tari q̄ q̄ ipsa veritas de se indicat. Dictum est eniꝫ ad moysen a dn̄o vt faceret eneum serpentē & exaltaret in ligno ī heremo & admoneret populum israel: vt si quis morsus esset a serpente: illum serpentem exaltatū attenderet: & factum est. Mordebanꝛ hoīes: intuebantur sanabanꝛ. Quid sunt serpētes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors dn̄i in cruce. Quia enim a serpente mors: per serpentis effigiem figurata est mors. Morsus serpentum letalis: morsus dn̄i vitalis Attenditur serpens: vt nihil valeat serpēs Quid est hoc? Attenditur mors: vt nihil valeat mors: Sed cuius mors? Mors vite/ si dici potest mors vite: imo qꝛ dici potest: mirabiliꝛ dicitur. Sꝫ nū quid nō erit dicendū qd̄ fuit faciendū? Ego dubitē dicere: qd̄ dn̄s pro me dignatus est facere? Nonne vita christus? Et tamen mortuꝰ ē christus. Sed in morte christi/ mors mortua est: quia vita mortua occidit morteꝫ: ꝑlenitudo vite deglutiuit mortē. Assumpta est mors in christi corpore. Sic & nos dicemus in resurrectione: quando iam triumphātes cantabimꝰ. Ubi ē mors contētio tua? vbi est mors aculeus tuus? Interim modo fratres vt a peccato sanemur: christum crucifixuꝫ intueamur: quia sicut moyses inquit exaltauit serpentem in heremo: ita exaltari oportet filium hominis vt omnis qui credit in eum non ꝑeat sed habeat vitam eternaꝫ. Quomō qui intuebantur illum serpentem: non ꝑibant morsibus serpentium: sic qui intuenꝛ fide morteꝫ christi: sanantur a morsibus peccatoꝝ

† Alia littera in deserto
† Alia littera in ipso

Sed illi sanabantur a morte ad vitā temporalem: hic autem ait vt habeant vitam: Hoc enim interest inter figuratam imaginem: ⁊ rem ipsam. Figura prestabat vitā temporalem: res ipsa cuius illa figura erat prestat vitam eternam. Non enim misit deus filium suū vt iudicet mundum: sed vt saluetur mūdus per ipsum. Ergo q̄tum in medico est: sanare venit egrotum. Ipse se interimit: qui precepta medici seruare non vult. Venit salua tor ad mundū. Quare saluator dictus est mūdi/ nisi vt saluet mundū: vt non iudicet mundum? Saluari non vis ab ipso: ex te ipso iudicaberis. Uide q̄d ait. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit: quid dicturū speras: nisi iudicatur? Additurus erat. Jam inquit iudicatus est. Nōdū apparuit iudicium: sed iam factū est iudiciū. Nouit enim dn̄s qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coronam: qui p̄maneant ad flāmam. Nouit in area sua triticum suū/ nouit ⁊ paleam: nouit ⁊ segetem: nouit ⁊ zizaniam: iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est? Quia non credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudiciū: quia lux venit in mundū: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Erant enim mala eorum opera. Quoꝝ opera bona inuenit dn̄s? Nulloꝝ. Omnia enī opera mala inuenit. Quomodo ergo quidā fecerunt veritatem. ⁊ venerūt ad lucē? Et hoc enī sequitur. ¶ Qui autē facit veritatem venit ad lucem: vt manifestentur opera eius quia in deo sūt facta. Quomodo quidam bonū fecerūt: vt venirent ad lucem. id est. christum? Et quomodo quidam dilexerunt tenebras? Si enim omnes pctōres inuenit: ⁊ omnes a peccato sanat. Et serpens ille a quo figurata est mors dei eos sanat qui morsi fuerant: ⁊ p̄pter morsum serpentis erectus ē serpens. id est. mors dn̄i p̄pter mortales homines quos inuenit iniustos. Quomodo intelligit̄ hoc est iudiciū/ quia lux venit in mundū: ⁊ dilexerūt homines magis tenebras q̄ lucem: erant enī mala opera eorum. Quid est hoc? Quoꝝ enim erāt bona opera? Nōne venisti vt iustifices impios? Sed dilexerunt inquit tenebras magis q̄ lucem. Ibi posuit vim. Multi enim dilexerūt peccata sua: multi confessi sunt peccata sua: Quia qui ꝯfitet̄ peccata sua et accusat peccata sua: iam cum deo facit. Accusat deus peccata tua: ⁊ si tu accuses ꝯiungeris deo. Quasi due res sunt/ homo et peccator. Qd̄ audis homo/ deus fecit: quod audis peccator/ ipse homo fecit. Dele qd̄ fecisti: vt deus saluet qd̄ fecit. Oportet vt oderis in te opus tuū: ⁊ ames in te opus dei. Cum autem cepit displicere qd̄ fecisti: inde incipiunt bona opa tua: q2 accusas mala opera tua: Initiū operū bonorum: confessio est operū maloꝝ. Facis veritatem: ⁊ venis ad lucem. Quid est facis veritatē? Non te palpas/ non tibi blandiris/ n̄ tibi adularis: non dicas iustus sum/ cum sis iniquus: ⁊ incipis facere veritatē. Uenis autem ad lucem vt manifestentur opera tua quia in deo sunt facta: quia ⁊ h̄ ipsum qd̄ tibi displicuit peccatū tuū: non tibi displiceret nisi deus tibi luceret: ⁊ eius veritas tibi ostenderet. Sed qui etiā amonitus diligit peccata sua/ odit admonē tem lucem ⁊ fugit eā: vt non appareāt opera eius mala que diligit. Qui autem facit veritatē/ accusat i se mala sua: nō sibi parcit: non sibi ignoscit vt deus ignoscat: q2 qd̄ vult vt deus ignoscat ipse agnoscit et venit ad lucē. Cui gratias agit: qd̄ illi q̄d in se odisset ostēderit. Dicit deo. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Et qua fronte dicit nisi iterum dicat/ quia facinus meum ego agnosco. ⁊ peccatū meū corā me est semper? Sit ante te: qd̄ non vis esse ante deum. Si autem post te feceris peccatum tuum/ retorquet illud tibi deus ante oculos tuos: ⁊ tunc retorquet qn̄ iam penitentie fructus nullus erit. Currite: ne te nebre vos comp̄hēdant. Fratres mei euigilate ad salutem vestram: euigilate dum tempus est: nullus retardet̄ a templo dei: nullus retardetur ab ope dn̄i: nullus auocetur ab oratione cōtinua: nullus a solita deuotione fraudet̄. Euigilate cum dies ē lucet dies. Christus est dies: paratus ē ignoscere reis sed agnoscentibus: punire autem defendentes se ⁊ iustos se iactantes: et putantes se esse aliquid cum nihil sint. Jn dilectione autem eius ⁊ in mia eius q̄ ambulat: etiam liberatus ab illis letalibus

Premittit̄ hic textus. Si enī deus dilexit mundū vsq; sed habeat vitā eternam.

† Alia lr̄a h3 in mundum.

ij. Timot. ij.

Nō cōmemorat̄ hic textus iste. Dis enī q̄ male agit odit lucem. et n̄ venit ad lucem: vt nō arguant̄ opera eius.

V

ps. L.

et grandib⁹ peccatis qualia sunt facinora hominū: homicidia: furta: adulteria: preter illa que minuta videntur esse: peccata lingue aut cogitationū aut imoderationis in reb⁹ concessis: facit veritatē confessionis et venit ad lucem in opib⁹ bonis. Quō minuta plura peccata si negligantur: occidūt? Minute sunt gutte que flumina implent: minute sunt arene: Si multa arena imponatur: premit atque opprimit. Hoc facit sentina neglecta: qd facit fluctus irruens. Paulatim per sentinam intrat: sed diu intrādo et non exhauriēdo: mergit nauim. Quid est autem exhaurire: nisi bonis opibus agere vt non obruant peccata: gemēdo: ieiunādo: tribuēdo: ignoscēdo. Iter autem hui⁹ seculi molestum est plenū temptatiōib⁹: in reb⁹ prosperis ne extollat: in reb⁹ aduersis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem hui⁹ seculi/ ad consolationē tuam dedit: non ad corruptionē. Rursus qui te flagellat in isto seculo: ad emendationē nō ad damnationē facit. Ferto patrem erudientē: ne sentias iudicem punientē. Hec quotidie dicimus vobis: et sepe dicēda sunt: quia bona et salutaria sunt.

Explicit tractatus duodecimus Incipit tractatus tredecimus. Ab eo quod scriptum est. Post hec venit iesus et discipuli eius in iudeā terram et illic demorabatur cum eis. vsque ad id. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi est qui stat et audit eum: et gaudio gaudet propter vocem sponsi.

A

Ordo lectiōis euāgelice secundum Johannē/ sicut potestis meminisse quam curam geritis profectus vestri ita sequitur: vt hec que modo lecta est: hodie nob tractanda proponatur. Ab ipso principio vsque in hodiernā lectionē que supradicta sunt meministis iam esse tractata. Et si forte inde multa estis obliti: certe vel officiū nostrum manet in vestra memoria: que hinc audieritis de baptismo iohānis. Et si non tenetis oīa: audisse vos tamen credo qd teneatis que dicta sunt: etiam quare spūssanctus in columbe specie apparuerit: et quō illa nodosissima questio soluta sit: quia nescio quid qd nō nouerat didicit iohānes in dño per columbam: cum iam eum nosset quando venienti vt baptizaretur ait: ego a te debeo baptizari et tu venis ad me: Dñs ei dñs respōdit: sine modo: vt impleatur oīs iusticia. Nūc ergo ad eundē iohannē/ cogit nos ordo lectionis reuerti. Ipse est ille qui prophetatus est per esaiam. Vox clamantis in deserto/ parate viam dño: rectas facite semitas eius. Tale testimoniū reddidit dño suo. et quia ille dignatus est: amico suo: Dñsque ipsius et amicus ipsius phibuit testimoniū iohanni. Dixit enim de iohāne. In natis mulierū nemo surrexit maior iohanne baptista. Sed quia illi se pposuit: in hoc quod plus iohāne deus erat: qui autem minor est inquit in regno celorum maior est illo. Minor natiuitate: maior potestate: maior diuinitate/ maiestate/ claritate/ tanquam in principio erat verbum: et verbum erat apud deū et deus erat verbum. Sic autem phibuerat in superiorib⁹ lectionib⁹ iohānes dño testimoniū vt filiū dei quidē diceret: deum nō diceret nec tamen negaret. Tacuerat deum: nō negauerat deum: sed non omnino tacuit deum. Fortassis enim inuenim⁹ hoc in hodierna lectione: dixerat filium dei: Sed dicti sunt et hoīes filij dei. Dixerat tāte excellentie illum fuisse/ vt non esset ipse dignus corrigiam calciamenti eius soluere. Iam magnitudo ista multū dat intelligi: cui⁹ nō erat dign⁹ corrigiam calciamenti soluere ille quo nemo surrexerat maior in natis mulierū. Plus erat oīb⁹ hoībus et angelis. Nam angelū inuenim⁹ phibuisse ne homo illi ad pedes caderet. Cum enim quedā in apocalypsi angelus ostēderet iohanni qui scripsit hoc euāgeliū: perterrit⁹ magnitudine visiōis iohānes cecidit ad pedes angeli. Et ille. Surge ne feceris hoc: deum adora. Nam et ego conseru⁹ tuus sum et fratrum tuorum. Cadere ergo sibi ad pedes hominē angelus phibuit. Nōne manifestum est quia super omēs angelos est: cui talis homo quo maior nemo surrexit in natis mulierū/ dicit indignū se esse soluere corrigiam calciamenti: Tamen aliquid euidentius dicat iohannes: quia deus est dñs noster iesus christus. Inueniam⁹ hoc in presenti lectione: quia et forte de illo cantauimus/ regnauit deus super omnē terrā: Contra qd surdi sunt: qui putant eum in a frica sola regnare. Non enim nō dictum est

Matth. xj.

Apocal. xix

de christo: cum dictum est: regnauit super omnẽ terram. Quis est eni alius rex noster: nisi dñs noster iesus christus? Ipse ẽ rex noster. Et quid audistis in ipso psalmo receti versu modo cantato? Psallite deo nostro psallite: psallite regi nr̃o psallite: Quem dixit deum: ipsuz dixit regẽ nostrum/ psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro: psallite intelligent. Ne in vna parte velis intelligere cui psallis: quomodo rex oĩs terre deus. Et quõ est oĩs terre rex: qui visus est in vna parte terrarum/ i hierosolyma/ in iudea ambulans inter hoĩes: nat⁹/ sugens/ crescens/ mãducans/ bibẽs/ vigilans/ dormiẽs/ fatigat⁹ ad puteum sedens: cõphensus flagellatus sputis illitus: spinis coronat⁹: ligno suspẽsus: lancea pcussus mortu⁹ sepultus? Quomodo ergo rex oĩs terre? Qd videbat in loco: caro erat: oculis carneis caro apparebat: in carne mortali maiestas ĩmortal occultabat. Et quib⁹ oculis maiestas ĩmortalis penetrata compage carnis poterat intueri? Est alius oculus: est interior oculus. Nõne enim nullos oculos habebat et tobias: qñ cecus oculis corporeis filio dabat pcepta vite. Ille patris manũ tenebat vt pedib⁹ ambularet: ille filio ꝯsilium dabat vt viaz iusticie teneret. Et hac oculos video/ ꝛ hac oculos intelligo: Et meliores oculi dantis vite ꝯsilium: ꝙ oculi tenentis manũ. Tales oculos querebat ꝛ iesus quando ait philippo. Tanto tempore vobiscũ suz ꝛ nõ cognouistis me? Tales oculos querebat cum ait. Philippe: qui videt me videt ꝛ patrẽ meum. Isti oculi in intelligentia sunt: isti oculi in mẽte sunt. Adeo cum dixisset psalmus/ quõ rex omĩs terre deus: subiecit statim/ psallite intelligent. Qd eni dico/ psallite deo nostro psallite: deum dico regem nr̃m. Sed regem nr̃m inter hoĩes vidistis: tanꝙ hoĩem vidistis: passum crucifixũ mortuũ. Latebat aliqd in illa carne: qd oculis carneis videre non potuistis. Quid illic latebat? psallite intelligent. Nolite oculis querere: qd mente ꝯspicit. Psallite lingua: quia inter vos caro. Sed quia verbum caro factum est ꝛ habitauit in nobis: Reddite sonũ carni: reddite dño mentis obtuituz: Psallite intelligent: ꝛ videtis quia verbum caro factum est: ꝛ habitauit in nobis. Dicat ꝛ iohannes testimoniũ. Post hec venit iesus ꝛ discipuli eius † in iudeã terram: ꝛ illic † demorabat cum eis et baptizabat. Baptizatus baptizat. Nõ in eo baptismo baptizat: quo baptizat⁹ est Dat baptismũ dñs baptizat⁹ a seruo: ostẽdens humilitatis viam ꝛ pducens ad baptismũ dñi: hoc ẽ: baptismũ suũ/ prebẽdo humilitatis exemplũ: quia ipse non respuit baptismũ serui. Et in baptismate serui via pparabat dño: ꝛ baptizatus dñs viaz se fecit venientib⁹. Ipsum audiam⁹. Ego sum via ꝛ veritas ꝛ vita. Si veritatẽ queris: viam tene. Nam ipse est via que ẽ veritas. Ipsa est quo is: ipsa est qua is: non per aliud is ad illud: nõ p aliud venis ad christum. Per christũ ad christum venis. Quomodo p christũ ad christũ? Per christum hoĩem: ad christum deum: Per verbum caro factuz: ad verbum qd in principio erat deus apud deum. Ab eo qd mãducauit homo: ad illud qd quotidie manducant angeli. Sic enim scriptum est. Panem angelorum manducauit homo: panẽ celi dedit eis. Panem angelorum manducauit homo. Quis est panis angelorum? In principio erat verbum: ꝛ verbũ erat apud deum: ꝛ deus erat verbum. Quomodo panẽ angelorum manducauit homo? Et verbũ caro factum est: ꝛ habitauit in nobis. Sed quia diximus manducare angelos fratres ne putetis morsib⁹ fieri. Nam si hoc intellexeritis: quasi dilaniat deus quem manducant angeli. Quis dilaniauit iusticiaz? Sed rursum mihi aliquis dicit. Et quis ẽ qui manducat iusticiam? Unde ergo beati qui esuriunt ꝛ sitiũt iusticiã: qm ipsi saturabunt? Cibus quem manducas p carnem vt reficiaris tu/ ille deficit: vt reparet te/ consumit. Manduca iusticiaz: ꝛ tu reficeris: ꝛ illa integra pseuerat. quomõ videndo istam lucez corporeã reficiunt oculi nostri: ꝛ res est corporea que videt oculis corporeis. Multi enim cum fuerint diutius in tenebris: infirmat acies ipsoruz quasi ieiunio lucis fraudati oculi cibo suo Luce quippe pascunt. defatigant ieiunio et debilitant: ita vt ipsam lucem qua reficiunt videre non possint. Et si diuti⁹ afuerit: extinguũt ꝛ tanꝙ morit in eis ipsa acies lucis. Quid ergo? Quia tot oculi quotidie ista luce pascũt: minor ñ fit. et illi re

Marginalia: ps. xlvi. — Tobie. iiij. — B — † Alia li[bri ha]bet terr[am iu]deam — † Alia l[ibri ha]ra hz m[ora]batur — Joh. xi[iij] — ps. lxx[vii]

ficiuntur: sed ipsa integra permanet. Si h̄
potuit deus de luce corporea corporeis
oculis exhibere: non exhibet mundis cor-
dibus lucem illam infatigabilē / integrā /
pseuerantē: nulla parte deficientē? Quā
lucem? In principio erat verbum: et ver-
bum erat apud deum. Videamus si lux ē
xxv. Quō apud te est fons vite: et ī lumine tuo
videbimus lumen? In terra aliud est fons
aliud lumen. Sitiens queris fontem: et vt
peruenias ad fontem / queris lucem. Et si
dies non est: accendis lucernā: vt ad fon
tem peruenias. Fons ille: ipse est lux. Si-
tientibus fons est: ceco lux est. Aperiant
oculi vt videant lucem: aperiant fauces
cordis vt bibāt fontem. Qđ bibis / hoc vi-
des hoc audis: totum tibi fit deus: q2 hoꝝ
que diligis / totū tibi est. Si visibilia at-
tendas: nec panis est deus: nec aqua ē de⁹
nec lux ista est deus. nec vestis est de⁹: nec
domus est deus. Omnia enim hec visibi-
lia sunt et singula sunt. Qđ est panis non h̄
est aqua. et qđ est vestis non hoc ē domus
et qđ sunt ista non hoc est deus. Visibilia
enim sunt: deus tibi totū est. Si esurieris
panis tibi est. si sitis aqua tibi est: si in te-
nebris es lumen tibi est: quia incorruptibi
lis manet: si nudus es / imortalitatis vestis
tibi ē: cum incorruptibile hoc induerit in-
corruptionē: et mortale hoc induerit imor
talitatē. Omnia possunt dici de deo: et ni-
hil digne dicitur de deo. Nihil latius hac
inopia. Queris congruū nomen: nō inue-
nis. Queris quoquō dicere: oīa inuenis.
Quid simile agnus et leo? de christo vtrūq̄
dictum est. Ecce agnus dei. Quō leo? Vi
cit leo đ tribu iuda. Audiamus iohannē.
Baptizabat iesus. Diximus quia baptiza
bat iesus. Quō iesus? quō dn̄s: quō dei fi
lius: quomodo verbum: sed verbum caro
factum est. Erat autem et iohannes
ia litte- baptizās in † enon iuxta salim. Lo-
;ennon. cus quidā enon intelligitur q2 lacus erat
ia litte- quia aque multe erāt † ibi: Et venie
abz illic bant et baptizabant. Nondū enim
.lit. fue- missus † erat in carcerem iohānes.
ohānes. Si memineritis: ecce iterum dico quod
dixi. Quare baptizabat iohannes? Quia
oportebat vt domin⁹ baptizaretur. Qua
re oportebat vt dominus baptizaretur?
Quia multi ↄtempturi erāt baptismū: eo
q2 iam maiori gratia prediti viderent: q̄
viderent alios fideles. Verbi gratia: ↄiu
gatus iam continenter viuens cathecumi
nus: ↄtemneret coniugatū et diceret se me
liorem: cum ille sit fidelis. Ille cathecumi
nus potest dicere in corde suo. Quid mi-
hi opus est baptismū accipere vt hoc ha-
beam qđ et iste quo iam melior sum? Ne ḡ
ceruix ista precipitaret quosdam de meri
tis suis plurimū elatos: baptizari voluit
dn̄s a seruo: tanq̄ alloquens filios capita
les. Quid vos extollitis? quid erigitis? q2
habetis ille prudentiam / ille doctrinam / il
le castitatē / ille fortitudinē patiētie. Nū-
quid tantum habere potestis q̄tum ego q̄
dedi? Et tamen ego baptizatus sum a ser-
uo: vos dedignamini a dn̄o. Hoc est vt im Matth. iij.
pleatur omnis iusticia. Sed dicit aliquis.
Sufficiebat ergo vt baptizaret dominum
iohannes. Quid opus erat vt alij baptiza
rentur a iohanne? Et hoc diximus: quia si
solus dn̄s baptizaretur a iohanne: non de
esset ista cogitatio hominib⁹: qđ meliorē
habebat baptismū iohannes q̄ dn̄s: Dice
rent enim. Usq̄ adeo magnū erat baptis
mū quod habuit iohannes: vt solus chri-
stus illo fuerit dignus baptizari. Ergo vt
ostenderetur melius baptismū qđ datur⁹
erat dn̄s: et illud tanq̄ serui ītelligeretur: il-
lud tanq̄ dn̄i: baptizatus est dn̄s vt prebe
ret humilitatis exemplum. Non solus au
tem baptizatus est ab eo: ne baptismū io-
hannis melius baptismo dn̄i videretur. Ad
hoc autem viam prebuit dn̄s noster iesus
christus sicut audistis fratres: ne quis ar-
rogans qđ habeat abundantiā alicui⁹ gra
tie: dedignaretur baptizari baptismo dn̄i.
Q̄tūcunq̄ enim cathecuminus ꝓficiat:
adhuc sarcinam iniquitatis portat. Non
illi dimittitur: nisi cū venerit ad baptismū.
Quomodo non caruit populus israel po-
pulo egyptioꝝ nisi cum venisset ad mare
rubrum: Sic pressura peccatoꝝ nemo caret
nisi cum ad fontem baptismi venerit. Fa-
cta est † ergo questio ex discipulis † Alia litte-
iohannis cum iudeis de purifica- ra habet aūt
tione. Baptizabat iohs: baptizabat chri
stus: Moti sunt discipuli iohannis: ↄcur-
rebatur ad christum: veniebatur a iohanne
Qui enim veniebant ad iohannem: mitte
bat illos ad christum baptizari: non mitte
bantur ad iohannem qui a christo bapti-
zabantur. Turbati sunt discipuli iohānis
et ceperunt questionem tractare cum iu-

deis: quomodo solet fieri: si intelligas dixisse iudeos maiorem esse christum: et ad eius baptismũ debere concurri. Illi nondũ intelligentes: defendebant baptismũ iohannis. Uentum est ad ipsum iohannẽ vt solueret questionem. Intelligat charitas vestra. Et hic vtilitas ipsa humilitatis agnoscitur et ostenditur: vtrũ in ipsa questione cũ errarent homines: gloriari apd se voluit iohãnes. Fortasse enim dixisset: verum dicitis/recte ꝯtenditis: baptismũ meum est melius. Naz vt noueritis quod baptismũ meum est melius: ipsum christũ ego baptizaui. Poterat hoc dicere iohannes baptizato christo. Ꝗtũ se si vellet extendere: habebat vbi se extenderet. Sed melius nouerat apud quem se humiliaret. Quem se nouerat nascendo antecedere: illi se voluit ꝯfitendo cedere. Salutẽ suã intelligebat in christo eẽ. Iam dixerat superius: nos omnes de plenitudine eius accepimus. Et hoc ꝯfiteri deum est. Quomodo enĩ omnes homines de plenitudĩe eius accipiunt: nisi ille sit deus? Nam et si ille homo et non deus: de plenitudine dei accepit ipse: non deus. Si autem omnes homines de plenitudine eius accipiunt: ille est fons: et illi bibẽtes. Qui bibũt: et sitire pñt et bibere. Fons nunq̃ sitit: fons se ipso non eget. Fonte egent homines ardentes visceribus: aridis faucibꝰ currunt ad fontem vt reficiantur. Fons fluit vt reficiat: ita et dñs iesus. Uideamus quid respõderit iohãnes. Uenerunt ad iohãnem: et dixerũt ei. Rabbi qui erat tecum transiordanem cui tu testimoniũ perhibuisti: ecce hic baptizat: et omnes † currunt ad illũ. Hoc est. Quid dicis? non sunt ꝓhibendi vt ad te potius veniant? Respondit iohannes et dixit. Nõ potest homo q̃cq̃ accipere: nisi ei datum fuerit de celo. De quo putatis hoc dixisse iohannẽ? De seipso. Quasi hõ accepi ait de celo.

¶ Intendat charitas vestra. Non potest homo quicq̃ accipere: nisi fuerit ei datuz de celo. Ipsi vos mihi testimoniuz perhibetis: qđ dixerim † ego non sum christus. Tanq̃ dicẽs. Quid vos fallitis? Uos ipsi mihi qui modo ꝓposuistis hanc questionẽ: qui mihi dixistis: rabbi qui erat tecum transiordanez: cui tu testimoniũ perhibuisti: Nostis ergo quale testimoniũ illi perhibui: Modo dicturus sum non esse illum: quẽ dixi esse? Ecce q̃ aliquid accepi de celo vt aliquid essem: inanem me vultis esse vt loquar cõtra veritatem. Non potest homo accipere q̃cq̃ nisi fuerit illi datum de celo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis quod dixerim. ego non sum christus. Non es tu christus? Sed q̃d si maior illo. qr tu illũ baptizasti † Missus sum ego: preco sum: ille iudex est. Et audi testimoniũ multo vehementius: multo expressius. Uidete quid nobiscum agitur: videte quid amare debeamus. Uidete quia aliquem hominez amare pro christo: adulteriũ est. Quare hẽ dico? Attendamus vocem iohannis. Poterat in illo errari: poterat in ipso putari qui non erat. Respuit a se falsum honorẽ vt teneat solidam veritatem. Uidete q̃d dicat christum: quid se. Qui habet spõsam sponsus est. Casti estote: sponsuz amate. Quid autez tu es qui nobis dicis: qui habet sponsam sponsus est? Amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet ꝓpter vocem spõsi. Aderit dñs ꝓ motu cordis mei: multo enĩ gemitu plenũ est dicere qđ doleo. Sz obsecro vos per ipsum christum: vt qđ dicere non potero: vos cogitetis. Noui enĩ dolorem meum: exprimi satis digne non posse. Multos enim adulteros video/q̃ sponsam tanto precio emptam/amataz/fedam vt pulchra fieret: illo emptore: illo liberatore: illo decoratore: possidere volunt: et id agunt verbis suis vt ꝓ sponso amentur. De illo dictũ est: hic est q̃ baptizat. Quis huc exit et dicit: ego baptizo? Quis huc exit et dicit: ego qđ dedero/hoc est sanctũ. Quis huc ꝓcedit qui dicit? Bonũ est tibi vt nascaris ex me. Amicum sponsi audiamus: nõ adulteros spõsi. Audiamꝰ zelantem: sed non sibi. Fratres regredimini corde ad vestras domos: carnalia loquor terrena loquor humanũ dico ꝓpter infirmitatem carnis vestre. Multi habetis ꝯiuges: multi habere vultis: multi et si nõ vultis habuistis: multi qui oĩno ꝯiuges habere nõ vultis: De ꝯiugibꝰ patrum vestrorum nati estis. Nulluz cor est qđ nõ iste tangat

Margin notes:

Ioh. j.

† Alia littera habz. Et

† Alia littera habet veniũt ad eũ

¶

† Alia littera non sum ego christus

Textus habet: Sed missus autem ill[...]

affectus: nullus in rebus humanis tam de uius a genere humano est: qui qd dico nõ sentiat. Ponite aliquem pfectum pegre: cõmendasse amico suo sponsam suã. Uide queso te charus meus es: ne forte me absente p me aliquis amet. Qualis ergo ille qui custodiens sponsam vel vxorem amici sui. dat quidem operã vt nullus alius ametur. Sz si se amari p amico voluerit: τ vti voluerit cõmendata sibi: quã detestandus humano generi vniuerso appareret. Uideat illam aliqnto petulanti⁹ per fenestram attendere aut iocari cum aliq: phibet tanq̃ zelans. Uideo zelantez sed videaz cui: vtrum amico absenti: an sibi p̃senti. Putate hoc dñm nostruz iesum christum fecisse. Cõmendauit amico suo sponsam suam: peregre pfectus est accipere regnum sicut ipse dicit in euangelio: τ tamẽ presens est maiestate. Fallatur amicus q̃ transmare pfect⁹ est: τ si fallitur: ve illi q̃ fallit. Quid cum fallere deum conatur intuentem omniũ corda τ omniũ secreta rimãtem? existit aliquis hereticus τ dicit. Ego do/ego sanctifico/ego iustifico: nolo eas ad illam sectam. Bene quidem zelat sed vide cui. Non eas ad idola: bene zelat. Non ad sortilegos: bñ zelat. Uideamus cui zelat. Ego qd do sanctum est: qr ego do. Ego quem baptizo baptizatus ẽ. Quem non baptizo: nõ est baptizat⁹. Audi amicum sponsi: disce zelare amico tuo. Audi vocem illius. Hic est qui baptizat. Quare tibi vis arrogare qd tuũ non est? Usq3 adeo absens est qui hic reliquit spõsam suam? Nescis quia ille qui a mortuis resurrexit: ad dexteram patris sedet. Si ptemserunt euz iudei in ligno pendentẽ: tu ptemnis in celo sedentez. Nouerit charitas vestra magnum dolorem me pati de hac re. Sed vt dixi: dimitto cetera cogitationibus vestris. Non eniz dico si loquar tota die: si plangam tota die non sufficio. Non dico: si habeã sicut dicit ppheta: fontem lachrymarum: sed si puertar in lachrymas τ lachryme fiam. in linguas τ lingue fiam: parum est. Redeamus: videam⁹ qd dicit iste. Qui habet sponsam sponsus est. Non est mea sponsa. Et non gaudes ĩ nuptijs? Immo gaudeo ait. Amicus autem sponsi qui stat τ audit eum: gaudio gaudet propter vocem sponsi. Nõ inquit gaudeo propter vocem meam: sed propt vocem sponsi. Gaudeo ego ĩ audiendo: Ille in dicendo. Ego enim sum illuminandus: ille lumen. Ego sum auris: ille verbum. Ego amicus sponsi: qui stat τ audit eum. Quare stat? Quia non cadit. Quare non cadit? Quia humilis est: Uide stantem ĩ solido. Non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere. Bene te humilias: merito non cadis. Merito stas: merito audis eum: τ gaudio gaudes propter vocez spõsi. Sic apostolus amicus sponsi zelat: τ ipse non sibi sed sponso. Audi vocem zelantis. Zelo dei vos zelo dixit / nõ meo. Nõ mihi sed zelo dei. Uide quomõ: quem zelas? Uel cui zelas? Desponsaui enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. Quid ergo times? Quare zelas? Timeo inquit ne sicut serpens seduxit euam astutia sua: sic τ vestri sensus corrumpantur a castitate que est in christo. Omnis ecclesia virgo appellata est. Diuisa eẽ membra ecclesie: diuersis donis pollere videtis atq3 gaudere. Alij coniugati/alie coniugate: alij viduati vxoribus vltra non q̃runt: Alie viduate maritis vltra non querunt. Alij integritatẽ ab ineunte etate cõseruant: Alie virginitatem suam deo deuouerunt. Diuersa sunt munera: sed omnes isti vna virgo est. Ubi est ista virginitas? Non enim ĩ corpore. In corpore paucarum feminarũ est. Et si dici virginitas ĩ viris potest: paucorum virorum sanctitas integritas etiam corporis est in ecclesia: τ honorabilius membrum est. Alia autem bra non in corpore: sed omnia ĩ mente seruant virginitatem. Que est virginitas mẽtis? Integra fides: solida spes: sincera charitas. Hanc virginitatem timebat ille: qui zelabat spõsaz a serpẽte corrumpi. Sicut enim membrum corporis violatur in quodam loco: sic seductio lingue violat virginitatem cordis. In mente non corrumpatur: que non vult sine causa tenere corporis virginitatem. Quid ergo dicaz fratres mei? Et heretici habent virgines: τ multe sunt virgines hereticorum. Uideamus si sponsuz amãt: aut virginitas ista custodiat. Cui custodiat? Christo inqt. Uideamus si xp̃o: τ ñ donato. Uideam⁹ cui seruat ista ij. Cor. xi.

virginitas. Cito probare potestis. Ecce ostēdo sponsum: quia ipse se ostēdit. Per hibet illi testioniū iohānes. Hic ē q̄ baptizat. O tu ꝟgo si spōso huic fuas ꝟginitatē tuā: qre curris ad eū q̄ dic: ego baptizo: cū amic⁹ spōsi tui dicat: hic est qui baptizat. Deinde sponsus tuus totum orbem tenet: quare tu in parte corrumperis? Quis est sponsus? Quomodo rex omnis
ps. xlvj. terre deus. Ipse sponsus tuus totum tenet: quia totū emit. Vide q̄ti emerit: vt intelligas quid emerit. Qd preciū dedit? Sāguinē fudit. Vbi fudit sanguinē suū? In passione. Nonne sponso suo cātas aut cantare te fingis: qñ emptus est totus orb
ps. xxj. Foderunt manus meas ꝛ pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea. Ipsi ꝟo ꝯsiderauerūt ꝛ conspexerūt me: diuiserūt vestimenta mea: ꝛ super vestem meam miserūt sortem. Sponsa es: agnosce vestem sponsi tui. Super quam vestem missa ē sors? Interroga euangeliū. Vide cui desponsata sis. vide a quo arras accipias: interroga euangeliū. Vide quid tibi dicat ī passio=
Joh. xix. ne dñi: Erat ibi tunica: Videam⁹ qualis. Desup texta. Desup texta quid significat nisi charitatē? Desup texta tunica/quid significat nisi vnitatē? Hanc tunicam attende: quā nec ꝑsecutores christi diuiserunt Ait enī: Dixerunt inter se. Non diuidam⁹ eam: sed sortem sup eā mittam⁹. Ecce vnde audistis psalmū. Vestē ꝑsecutores nō ꝯsciderūt: christiani ecclesiā diuidūt. Sz quid dicam fratres? Aperte videam⁹ q̄d egerit. Ibi enim emit: ibi precium dedit. Pro q̄to dedit? Si pro africa dedit? nō simus donatiste: ꝛ non appellemur donatiste sed christiani: quia christus solam africam emit. Q̄q̄ ꝛ hic non soli donatiste. Sed non tacuit ī cōmercio suo quid emerit. Fecit tabulas/deo grās: non nos fefellit: Opus est vt audiat illa sponsa ꝛ intelligat ibi cui voueritvirginitatē. Ibi ī psalmo vbi dictum est foderūt manus meas ꝛ pedes meos: dinumerauerūt oīa ossa mea Vbi passio dñi apertissime declarat. Qui psalmus oī anno legitur nouissima hebdomada intento vniuerso populo: iminente passione christi. ꝛ apud nos ꝛ apud illos psalmus iste legitur. Intendite frēs: quid ibi emit. Recitentur tabule cōmerciales: quid ibi emit audite? Cōmemorabunt et conuertent ad dñm vniuersi fines terre. Et adorabunt in conspectu eius vniuerse familie gentium: quoñ ipsius est regnum ꝛ ipse dñabitur gentium. Ecce quid emit. Ecce qm̄ deus rex omnis terre est sponsus tuus. Quid ergo apud vos vis deduci talē diuitem? Agnosce/ totum emit: ꝛ tu dicis partem hic habes. O placere spōso. O si corrupta non loq̄reris: ꝛ corrupta quod peius ē corde q̄ corpore. Amas hominē pro christo: amas dicentem Ego baptizo. Amicum sponsi non audis dicentem: Hic est qui baptizat. Non audis dicentē: Qui habet sponsam sponsus est. Ego non habeo sponsam dixit. Sed quid sum? Amicus. Amicus autem sponsi qui stat ꝛ audit eum: gaudio gaudet ꝑpter vocē sponsi. Euident ergo fratres mei nihil prodest istis seruare virginitate: habere ꝯtinētiam: elemosynā dare. Omnia illa que laudantur in ecclesia nihil illis prosunt: quia conscindūt vnitatē. id est. tunicam illam charitatis. Quid faciunt? Diserti sunt multi inf illos: magne lingue flumina linguarum: nunquid angelice loquunt? Audiāt amicum sponsi: zelantem sponso non sibi. Si linguis hominū loquar ꝛ angelorū charitatem autem non hēam: factus sum velut eramentū sonans at cymbalū tinniens j. Cor. Sed quid dicunt? Habemus baptismum. Habes: sed non tuum. Aliud est habere aliud dñari. Baptismū habes: quia accepisti vt baptizatus sis. Accepisti tanq̄ illuminatus: si tamen a te non obtenebrat⁹ Et quando das: minister das non possessor. preco clamas non iudex. Per preconē loquitur iudex: ꝛ in actis tamen non scribitur/preco dixit/sed iudex dixit. Proinde vide si tuū est qd̄ das potestate. Si autem accepisti. confitere cum amico sponsi: Non potest homo accipere quicq̄: nisi datum fuerit ei de celo: Confitere cū amico sponsi: qui habet sponsam sponsus ē. Amicus autem sponsi stat ꝛ audit eum. Sed o si stares ꝛ audires eum: ꝛ nō caderes vt audires te. Audiēdo enim eum stares ꝛ audires. Nam loqueris: ꝛ tibi caput inflas. Ego inquit ecclesia si sponsa sum/si arras accepi/si precio sanguinis illius redempta sum: audio vocem sponsi. Et vocem amici sponsi tūc audio: si spōso meo det glīaz non sibi. Dicat amic⁹. Qui hz spōsaz spō=

sus est. Amicus autez sponsi qui stat et audit eum: gaudio gaudet propter vocē sponsi. Ecce habes sacramēta: et ego concedo. Habes formam: sed sarmentū es de vite pcisum: Tu formam ostendis: ego radicē quero. De forma fructus non exit: nisi vbi est radix. Ubi autem est radix? In charitate. Et audi formā sacramentorum. Paulus loquitur. Si sciam inquit oīa sacramēta et habeam omnē prophetiam et omnē fidē: et q̄tam fidez: ita vt montes transferam: charitatem autē non habeam: nihil sum. Nemo ergo vobis fabulas vēdat. Et pōtius fecit miraculū. et donatus orauit: et respondit ei deus de celo. Primo aut falluntur aut fallunt. Postremo fac illum mōtes trāsferre: charitatē aūt inqt nō habeam nihil sum. Videamus vtrum habuerit charitatē. Crederē: si nō diuisisset vnitatem. Nam et contra istos vt sic loqr mirabiliarios: cautum me fecit deus meus dicens: In nouissimis tempibus exurgēt pseudo prophete facientes signa et pdigia: vt inducant si fieri potest etiam electos: Ecce pdixi vobis. Ergo cautos nos fecit sponsus: quia et miraculis decipi non debemus: Aliqñ enī et desertor terret puincialē: sed vtrum in castris sit et aliquid illi psit character ille in quo signatus est: hoc attendit: qui terreri et seduci non vult: Teneamus ergo vnitatē fratres mei. Preter vnitatem: et qui facit miracula nihil ē. In vnitate erant populus israel et non faciebant miracula: preter vnitatē erant magi pharaonis et faciebant similia moysi: Populus israel vt dixi non faciebāt miracula: Qui erant salui apud deum: qui faciebāt/an q̄ non faciebāt? Petrus aplus resuscitauit mortuū: simon magus fecit multa. Erant ibi multi christiani qui non poterant facere: nec qd faciebat petrus nec qd faciebat simon. Sed vnde gaudebāt: quia noīa eorum erant scripta in celo. Nam et redeuntibus discipulis: dñs noster iesus christus propter fidem gentium hoc ait. Dixerunt enī gloriantes ipsi discipuli. Ecce dñe in noīe tuo etiam demonia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt: detulerūt honorem noīs christi. Et tamē quid ait eis? Nolite in hoc gloriari/quia demonia vobis subiecta sunt: Sed gaudete quia noīa vestra scripta sunt in celo. Petrus demonia exclusit. Nescio que anicula vidua/nescio quis homo qualiscūq laicus habens charitatē: tenēs integritatē fidei: non facit hoc. Petrus in corpe oculus est. Ille in corpe digitus est: in eo tamen corpe est: in quo et petrus. Et si minus valet digitus q̄ oculus: non est tamen pcisus a corpore Melius est esse digitum et esse in corpe: q̄ esse oculum et euelli de corpore. Proinde fratres mei nemo vos fallat/nemo vos seducat: amate pacē christi: qui pro vob crucifixus est cum deus esset. Paulus dicit: Neq qui plantat est aliquid neq qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Et qsq̄ nostrū dicit quia aliqd ē. Si dixerimus qz aliquid sumus et non illi gloriam dederimus: adulteri sumus: nos amari volumus non sponsum. Vos christū diligite et nos in illo: in quo et vos a nobis diligimi. Inuicem se diligant mēbra: sed oīa sub capite viuant. Dolore quidem fratres mei multa coactus sum dicere et pauca dixi. Lectionem tamē finire non potui. Aderit dñs vt oportune finiatur. Nolui enī amplius onerare corda vrā: que volo vacare gemitibus et orationibus pro his qui adhuc surdi sunt et non intelligunt. ¶ Explicit tractatus tredecimus. Incipit tractatus decimusquartus: Ab eo q scriptū est Hoc ergo gaudiū meum impletuz est illum oportet crescere me autez minui: vsq ad id qd ait Qui credit in filium habet vitam eternaz: qui autem incredulus est filio non videbit vitā sed ira dei manet sup eū

Lectio ista de sancto euāgelio: excellentiā diuinitatis dñi nri iesu christi et humilitatē hoīs qui meruit dici amicus sponsi nos docet: vt distinguamus quid intersit inter hoīem hoīez: et hoīem deū. Quia homo deus dñs noster iesus christus: deus añ oīa secula: et hō in nostro seculo Deus d pre: hō d virgine: vnus tñ atq idē dñs et saluator iesus christus filius dei deus et hō. Johānes vo excellentis gratie missus ante ipsum illuminatus ab illo q lumē ē. De iohe enī dictū ē. Nō erat ille lumē: sed vt testioniū phiberet d luie. potest qdez dici lumē: et bñ dr et ipse lumen

sed illuminatuz non illuminãs. Aliud ẽ ei lumen qd illuminat: et aliud lumẽ qd illuminat. Nam et oculi nři lumina dicunt. Et tamen in tenebris patent et nõ vident. Lumen autẽ illuminãs a seipso lumen est: et sibi lumen est: non indiget alio lumine vt lucere possit: sed ipso indigent cetera vt luceant. Confessus est ergo iohãnes sicut audistis: quia cum discipulos multos faceret iesus: et pferret ad eum veluti vt instigaretur: qsi inuido eni narrauerũt. ecce ille facit plures discipulos q̃ tu: Ille confessus est qd esset. et inde meruit ad ipsuz ptinere qꝛ nõ est ausus se dicere qd est ille. Hoc ergo dixit iohãnes: nõ potest homo accipere quicq̃ nisi datum illi fuerit d celo. Ergo christus dat: hõ accipit. Ipsi vos mihi testimoniũ phibetis qd dixerim ego non sum christ⁹: sed quia missus sum ante illum. Qui habet spõsam sponsus est Amicus autem sponsi q̃ stat et audit eum: gaudio gaudet ppter vocem sponsi. Non sibi gaudiũ fecit de se. Qui enĩ vult gaudere de se tristis erit: qui autẽ de deo vult gaudere/ semp gaudebit: quia deus sempiternus est. Vis habere gaudiũ sempiternum. Adhere illi qui sempitern⁹ est. Talem se dixit iohãnes: ppter vocem sponsi gaudet amicus sponsi ait non ppter vocẽ suam sed stat et audit eum. Si ergo cadit: non audit eum. De illo enĩ quodam q̃ cecidit dictuz est: et in veritate nõ stetit. diabolo dictum est. ergo stare debet amicus sponsi et audire. Quid est stare: Permanere in gratia eius quã accepit: et audit vocẽ ad quã gaudet. Sic erat iohãnes: nouerat vnde gaudebat. Nõ sibi arrogabat: qd ipse non erat. Sciebat illuminatũ se/ nõ illuminatorẽ. Erat autem lumen verũ ait euãgelista: qd illuminat omnẽ hoĩem venientem ĩ hunc mundũ. Si ergo omnẽ: et ipsuz iohannem: quia et ipse de hoĩbus. Etenim

Matth. xi. q̃uis nemo exurrexit maior in natis mulierum: vnus tamen et ipse ex his qui nati sunt ex mulierib⁹: nunq̃d comparandus est ei q̃ qꝛ voluit natus est: Et ideo nouo partu: quia nouus nat⁹. Ambe enĩ generatiões dñi inusitate sunt. et diuina et humana. Diuina non habet matrem. humana non habet patrem. Ergo vnus de ceteris iohãnes sed tamen maioris gratie ita vt in natis mulierum nemo exurrexit maior illo. Tantam testificationẽ tribuit domino nostro iesu christo: vt illuz dicat spõsum: se amicuz sponsi: non dignũ tamẽ soluere corrigiam calciamẽti ipsius. Hinc audiuit iam multa charitas vestra: qd sequitur videamus. Aliq̃tum enim spissum est ad intelligendũ: Sed quomodo dicit ipse iohãnes quia non potest homo accipere quicq̃/ nisi datum illi fuerit de celo: q̃cq̃d nõ intellexerim⁹ rogem⁹ eũ q̃ dat d celo quia homines sumus: et non possum⁹ accipere quicq̃ nisi ille dederit qui homo ñ est. Hoc ergo sequit. Et dicit iohannes.

Hoc ergo gaudium meum impletum est. Qd est gaudium ipsius: vt gaudeat ad vocem sponsi. Impletum est ĩ me habeo gratiam meam: plus non mihi assumo: ne et qd accepi amittam. Qd est gaudium: Gaudio gaudet ppter vocem sponsi Intelligat ergo homo non se gaudere debere de sapientia sua: sed de sapiã quam accepit a deo. Nihil plus querat: et ñ amittat qd inuenit. Multi eĩ iõ facti sunt insipientes: quia dixerunt se esse sapiẽtes. Arguit illos apl's: et dicit de ipsis. Qꝛ qd notum est dei ait: manifestum est illis. Deus enim illis manifestauit. De quibus ingratis impijs audite quid dicat. Deus enĩ ill' mãifestauit. Inuisibilia enĩ eius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta pspiciunt: sempiťna quoq̃ virt⁹ eius ac diuinitas: vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles: qꝛ cognoscẽtes deũ/ nõ dixit qꝛ nõ cogñuerũt: sꝫ qꝛ cogñscẽtes deũ nõ sicut deũ glorificauerũt aut grãs egerunt: sed euanuerũt in cogitatiõib⁹ suis et obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Dicẽtes enĩ se esse sapiẽtes stulti facti sunt. Si eĩ deũ cognouerant: simul cognouerãt qꝛ nõ eos fecerat sapiẽtes nisi deus. Nõ ergo sibi tribuerent: qd a se nõ habebãt: sed ei a quo acceperant. Non aũt agẽdo grãs insipiẽtes facti sunt. Ergo deus qd dederat gratis. tulit ingratis. Noluit esse h iohãnes: grat⁹ eẽ voluit. Cõfessus ẽ accepisse se: et gaudere se dixit ppt vocẽ spõsi: et ait. Hoc ergo gaudium meum impletũ est. Illũ oportet crescere: me autem minui. Quid est hoc: Illum oportet exaltari: me autem hũiliari. Quõ crescit iesus: Quõ crescit deus. Perfect⁹ nõ crescit. De⁹ autem nec crescit nec minuit. Si eĩ crescit pfect⁹

Rho
B

non est: Si minuitur/ deus non est. Jesus autem deus quo crescit? Si ad etatem: quia dignatus est esse homo et fuit puer. Et cum sit verbum dei/ infans in presepe iacuit: et cum ipse matrem suam condiderit: lac infantie de matre suxit. Quia creuit ergo iesus etate carnis: ideo forte dictum est: Illum autem oportet crescere: me autem minui. Sed quare? Et hoc iohannes. Johannes et iesus quod ad carnem pertinet/ coeui erant. Sex menses inter se habebant et pariter creuerant: et si diutius ante mortem dominus noster iesus christus vellet hic esse et ipsum iohannem hic secum esse: quo pariter creuerant ita pariter senescere poterant. Quare autem illum oportet crescere/ me autem minui? Primo quia iam et dominus triginta annorum erat. Nunquid iuuenis si iam triginta annorum sit adhuc crescit? Iam ab ipsa etate vergere incipiunt homines et declinare ad grauiorem etatem et inde ad senectutem. Sed et si pueri essent ambo: non diceret: illum oportet crescere me autem minui: sed diceret: simul nos oportet crescere. Nunc autem triginta annorum ille: triginta et ille. Sex menses qui intererant: nullam distinguunt etatem: Magis illud inuenit lectio quam aspectio. Quid ergo est: illum oportet crescere: me autem minui? Magnum hoc sacramentum: intelligat charitas vestra. Antequam veniret dominus iesus: homines gloriabantur de se. Venit ille homo vt minueretur hominis gloria: et augeretur gloria dei. Etenim venit ille sine peccato: et inuenit omnes cum peccato. Si sic venit ille vt dimitteret peccata: deus largiatur: homo confiteatur. Etenim confessio hominis: humilitas hominis: miseratio dei: altitudo dei. Si ergo venit ille dimittere homini peccata sua: agnoscat homo humilitatem suam: et deus faciet misericordiam suam. Illum oportet crescere me autem minui: hoc est: illum oportet dare: me autem accipere. Illum glorificari: me autem confiteri. Intelligat homo gradum suum et confiteatur deo: et audiat apostolum dicentem homini superbienti: et elato et extollere se volenti. Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Intelligat ergo homo quia accepit quod volebat suum dicere quod non esset eius/ et minuatur. Bonum est enim illi vt deus in illo glorificetur/ ipse in se minuatur: vt in deo augeatur.

Hec testimonia et hanc veritatem etiam passionibus suis significauerunt christus et iohannes. Nam iohannes capite minuitur/ christus in cruce exaltatus est: vt et ibi appareret quid est: illum oportet crescere me autem minui: Hoc est: illum oportet exaltari/ me autem humiliari. Deinde natus est christus cum iam inciperent crescere dies: natus est iohannes quando ceperunt minui dies. Attestata est ipsa creatura et ipse passiones: verbis iohannis dicentis. Illum oportet crescere me autem minui. Crescat ergo in nobis gloria dei et minuatur gloria nostra: vt in deo crescat et nostra. Hoc enim dicit apostolus: hoc dicit scriptura sancta: Qui gloriatur in domino glorietur. Jn te vis gloriari: crescere vis. Sed malo tuo male crescis: Qui ergo male crescit: iuste minuitur. Crescat ergo deus qui semper perfectus est crescat in te. Quanto enim magis intelligis deum: et quanto magis capis: videtur in te crescere deus. In se autem non crescit sed semper perfectus est. Intelligebas enim heri modicum: intelligis hodie amplius: intelliges cras multo amplius. Lumen ipsum dei crescit in te: ita velut deus crescit qui semper perfectus manet. Quemadmodum si curarentur alicuius oculi ex pristina cecitate et incipiat videre paululum lucis: et alia die plus videret: et tertia die amplius: videretur illi lux crescere: lux tamen perfecta est siue ipse videat siue non videat. Sic est interior homo. Proficit quidem in deo: et deus in illo videtur crescere: Ipse autem minuitur vt a gloria sua decidat et in gloriam dei surgat. Et distincte iam et manifeste apparet quod audiuimus. Qui desursum venit super omnes est. Uide quid dicat de christo: quid de se

Qui est de terra/ terra est: et de terra loquitur. Qui de sursum venit supra omnes est: christus est: Qui autem est de terra/ terra est et de terra loquitur: iohannes est. Et hoc est totum: iohannes de terra est: et de terra loquitur. Totum testimonium quod perhibet de christo: de terra loquitur. Non voces dei audiuntur a iohanne: vbi testimonium perhibet christo. Quomodo ergo de terra loquitur? Sed de homine dicebat/ quantum ad ipsum hominem pertinet: de terra est et de terra loquitur. Si enim aliqua loquitur diuina: illuminatus est a deo. Nam si non esset illuminatus/ terra terram loqueretur. Ergo seorsum est gratia dei: seorsum est natura hominis. Modo naturam hominis interroga. Nascitur: crescit. vsitata ista homo dicit. Quid

mus cur h euãgelista dicere voluerit. Et inueniam⁹ supioꝛa verba eius ita narran- tis: quõ post biduũ ꝓfectus ẽ de samaria in galileã. Propt̃ h ergo dixisti o euãgeli sta testimoniũ phibuisse iesum: qđ ꝓphe- ta in patria sua honoꝛẽ non haberet: quia post biduũ reliquit samariam ⁊ ꝓperauit venire in galileã: Immo vo q̃si videoꝛ mi hi ꝯgruenti⁹ intelligere qꝛ si honoꝛẽ in pa tria sua christ⁹ nõ haberet: nõ ad eam reli- cta samaria festinaret. Sed nisi falloꝛ: im- mo qꝛ verũ est ⁊ non falloꝛ. melius enĩ q̃ ego vidit euãgelista/q̃d diceret. meli⁹ me veritatẽ videbat q̃ eam de pectoꝛe dñi bi bebat. Ipse est enĩ iohãnes euangelista q̃ inter oẽs discipulos sup pect⁹ dñi discum bebat: ⁊ quẽ dñs charitatẽ debẽs oib⁹ tñ p̄ ceteris diligebat: ergo ille falleret̃ ⁊ ego recta sentirẽ. Immo si pie sapio/ obedien ter audiam qđ dixit: vt merear sentire qđ sensit. Accipite itaq̃ charissimi q̃d h sen- tiã sine p̄iudicio: si vos meli⁹ aliq̃d sense- ritis. Magistrũ enĩ vnũ oẽs habem⁹: ⁊ in vna schola ꝯdiscipuli sum⁹. Hoc ego sen- tio: ⁊ videte si nõ aut verũ est/ aut ꝓpin- quat veritati qđ sentio. In samaria bidu- um fecit: ⁊ crediderũt in eum samaritani. Tot dies in galilea fecit: ⁊ nõ in eũ credi derũt galilei. Retexite vel recolite mẽo- ria: hesterni diei ⁊ lectionẽ ⁊ sermonẽ. Ue nit in samaria vbi p̄mo eũ mulier illa p̄di- cauerat cũ qua ad puteũ iacob locut⁹ est magna mysteria: eo viso samaritani ⁊ au- dito crediderũt in eũ ꝓpter verbũ mulie ris: ⁊ firmi⁹ crediderũt ꝑpt̃ verbũ eius: et plures crediderũt sicut scriptũ est ibi fa- cto biduo. Quo numero dierũ mystice cõ mendat⁹ ẽ duoꝝ numer⁹ p̄ceptoꝝ: in q̃b⁹ duob⁹ p̄ceptis tota lex pẽdet ⁊ ꝓphete si cut hesterno die cõmẽdasse meministis. † Pergit ĩ galileã ⁊ venit in ciuitatẽ cha- na galilee: vbi de aq̃ vinũ fecit. Ibi aũt q̃n aquã in vinũ ꝯuertit/sicut scribit iohã nes ipse/crediderũt in eũ discipuli eius: ⁊ vtiq̃ plena erat dom⁹ turbis ꝯuiuantiuȝ. Factũ est tã magnũ miraculũ: ⁊ nõ in euȝ crediderũt nisi discipuli eius. Hanc ciui- tatem galilee mõ repetiuit. † Ecce q̃dã regulus cuius filius infirmabatur venit ad eum: et rogare cepit vt de scenderet ad illam ciuitatem vel domuȝ et sanaret filium eius. Incipiebat

† Aug⁹. p̄te- rit h textum istũ: Cũ ĝve nissȝ vsq̃ vbi fecit aquã vi nũ. Sniaȝ tñ illius ponit. B

† Aug⁹. ab h loco vsq̃ ad finẽ h⁹. c. nõ obsuat inte- grã formam vboꝝ textus Sȝ q̃dã p̄t'it q̃dã variat.

enim inquit mori. Qui rogabat nõ credebat. Quid a me expectas audire? Dñm interroga: quid de illo senserit. Rogatus enim talia rñdit: nisi signa τ prodigia videritis non creditis. Arguit hominem in fide tepidum/aut frigidũ/aut omnino nullius fidei: sed temptare cupientẽ de sanitate filij sui qualis esset christus: τ quis esset: q̃tum posset. Uerba enĩ rogãtis audiuimus: cor diffidentis non vidim⁹. Sed ille pnũciauit qui τ verba audiuit et cor inspexit. Deniq̃ ipse euãgelista testio nio narrationis sue ostendit quia nõdum crediderat/qui venire ad domũ suam dominũ cupiebat: ad sanandũ filiũ eius. Nã postea q̃ ei nunciatum est sanum esse filium eius/τ inuenit ea hora sanatum/ qua hora dñs dixerat vade filius tuus viuit: τ credidit inq̃t ipse τ domus eius tota. Si ergo ppterea credidit ipse τ domus eius tota: quia nunciatũ est ei quia filius eius sanus esset: τ comparauit horam nunciãtiũ hore p̃nunciantis: quando rogabat nondum credebat. Samaritani nullum signum expectauerant: verbo eius tm̃modo crediderãt. Ciues autem eius meruerũt audire: nisi signa τ pdigia videritis non creditis. Et ibi tamen facto tanto miraculo: non credidit nisi ipse τ dom⁹ eius. Ad solum sermonẽ crediderũt plures samaritani: ad illud miraculum sola illa domus credidit vbi factũ est. Quid igitur fratres: quid nob̃ cõmendat dñs? Tũc galilea iudee patria erat dñi/quia ibi nutritus est. Nunc vo quia portendit aliq̃d res illa/non enĩ sine causa dicta sunt pdigia/ nisi quia aliq̃d portẽdũt. Prodigiũ enim appellatũ est q̃si porro diciũ qδ porro dicat/porro significet τ aliq̃d futurum eẽ portẽdat. Q2 ergo aliq̃d illa oĩa portendebãt: aliq̃d illa oĩa p̃dicebant: Faciamus nos modo patriã dñi nr̃i iesu christi sm carnẽ. Non enĩ patriã habuit in terra: nisi sm carnem quã accepit ĩ terra. Faciamus ergo patriã dño pp̃lm iudeoꝝ. Ecce in patria sua honorẽ non habz. Modo attende iudeoꝝ turbas: attẽde iam gentem illã dispsam toto orbe terrarũ τ euulsam radicib⁹ suis: attẽde ramos fractos/ꝯcis-
Rhoma .xj. sos/dispsos/aridos: Quib⁹ fractis inseri meruit oleaster. Uide turbam iudeorum: q̃d dicit modo. Quẽ colitis quẽ adoratis frater nr̃ erat. Et nos rñdeam⁹: pphetã in patria sua honorẽ nõ habz. Deniq̃ illi ambulantẽ dñm iesum in terra/faciẽtẽ miracula /cecos illuminantẽ/surdis aures apeintẽ/mutoꝝ ora soluẽtẽ/palyticoꝝ mẽbra restringentẽ/supra mare ambulantez/ventis τ fluctib⁹ impantẽ/mortuos suscitantẽ/tanta signa viderũt facientẽ: τ vix inde pauci crediderũt. Populo dei loquor. Tam multi credidim⁹: que signa vidim⁹? Illud ergo qδ factũ est tũc: h̃ qδ nũc agit portẽdebat. Iudei fuerũt vel sunt similes galileis: nõ similes illis samaritanis. Euãgeliũ audiuim⁹: euãgeliũ credidim⁹: euãgelio ꝯsensim⁹: p euãgeliũ in christũ credidimus: nulla signa vidim⁹: nulla exigim⁹. Quis enĩ vn⁹ de duodecim electis τ sanctis tñ israelita fuit δ gente .s. dñi thomas ille q̃ ĩ loca vulneꝝ digitos mittere cupiebat: sic eum arguit dñs quõ istũ regulum. Huic dixit/nisi signa τ pdigia videritis nõ creditis. Illi aũt dixit q2 vidisti credidisti. Et ad galileos venerat post samaritanos q̃ sermoni ei⁹ crediderãt: apud quos nulla miracula fecerat: quos firmos in fide securus cito dimiserat: q2 diuinitatis p̃sentia nõ dimiserat. Ergo qñ dicebat dñs thome: veni mitte manũ tuã τ noli esse incredulus sed fidelis/τ cũ ille exclamaret tactis vulnerũ locis τ diceret: dñs meus τ de⁹ me⁹: increpat τ dr̃ ei. Q2 vidisti me credidisti. Quare? Nisi q2 ppheta in patria sua honorẽ nõ hz. Q2 vo apud alienigenas ppheta iste honorẽ hz q̃d seq̃t? Beati q̃ nõ viderũt τ crediderũt. Predicti sumus nos: τ qδ dñs ante laudauit: τ in nob̃ implere dignat⁹ est. Uiderũt q̃ crucifixerunt: palpauerũt τ sic pauci crediderunt. Nos nõ vidim⁹ nõ ꝯtrectauim⁹: audiuimus credim⁹: fiat ĩ nob̃/pficiat in nob̃ btitudo quã pmisit. et hic/ q2 patrie ipsi⁹ p̃lati sum⁹: τ ĩ futuro seclo/q2 p ramis fra- Rhom
ctis inserti sum⁹. Nos enĩ ramos se fractur⁹ eẽ mr̃abat τ hũc oleastꝝ insertum qñ cõmot⁹ centuriõis fide q̃ ei dixit: non Mat.v
sũ dign⁹ vt sub tectũ meũ intres sz tm̃ dic vbo τ sanabit puer me⁹. nam τ ego homo suum sub potestate constitut⁹ habẽs sub me milites τ dico huic vade τ vadit/τ alio veni τ venit: τ seruo meo fac hoc τ facit: Conuersus ad eos qui sequebant dixit:

Amen dico vobis: non inueni tantã fidẽ in israel. Quare non inuenit tantam fidem in israel? Quia ꝓpheta in patria sua honorem non habet. Nunquid non ⁊ illi centurioni poterat dicere dñs qḋ dixit huic regulo: vade puer tuus viuit? Uidete distinctionẽ. Regulus iste dñm ad domũ suam descendere cupiebat: ille centurio indignum se eẽ dicebat. Illi dicebatur / ego venio ⁊ curabo eum: huic dictum est / vade filius tuus viuit. Illi presentiam suam ꝓmittebat: hunc verbo sanabat. Iste taĩ presentiam suam extorquebat: ille se presentia eius indignũ eẽ dicebat. Huic successum est elationi: illi consensum est humilitati. tanq̃ huic diceret. Uade filiꝰ tuus viuit: noli mihi tediũ facere: nisi signa et prodigia videritis non creditis. Presentiam meam vis in domo tua: possum et verbo iubere. Noli tu de signis credere: centurio alienigena credidit me ꝟbo posse facere: ⁊ añq̃ facerẽ credidit: vos nisi signa ⁊ prodigia videritis ñ creditis. Ergo si ita ẽ: frãgant̃ supbi rami: humilis inserat̃ oleaster. Maneat tamen radix / illis precisis: istis receptis. Ubi manet radix? In patriarchis. Etenim patria christi populus israel: quia ex eis venit ꝭm carnem. Sed huius arboris radix abraã ysaac ⁊ iacob patriarche sancti. Et vbi sunt isti? In requie apud deum in honore magno: vt in abrae sinu / iustus ille pauper post corporis exitum leuaretur: ⁊ ĩ abrae sinu de longinquo a superbo diuite videretur. Ergo radix manet: radix laudatur: sed rami superbi / ⁊ precidi ⁊ arescere meruerunt. Oleaster autem humilis illorum precisione inuenit locum. Audi ergo queãdmodũ precidantur rami naturales: queãdmodũ inseratur oleaster ex ipso centurione: quem ꝓpter comparationẽ huiꝰ reguli cõmemorandum putaui. Amen inquit dico vobis non inueni tantam fidem in israel. Propterea dico vobis: quia multi ab oriente ⁊ occidente venient. Q̃ latã terram occupauerat oleaster. Amara silua / mundus hic fuit. Sed ꝓpter humilitatem / non sum dignus vt intres sub tectũ meum. Multi ab oriente ⁊ occidente venient. Et puto quia venient: quid de illis fiet? Si enim veniẽt iam precisi sunt de silua: vbi inserendi sũt ne arescant? Et recumbẽt inquit cũ abraam ⁊ ysaac ⁊ iacob. In quo diuiuio: ne forte non inuites ad semper viuendũ sed ad multum bibendum: recumbent cum abraam ⁊ ysac ⁊ iacob: Ubi? In regno inquit celorum. Et quid erit de illis: qui venerũt de stirpe abrae? Quid fit de ramis: quibꝰ arbor plena erat? Quid nisi quia precidẽtur: vt isti inserantur. Doce quia preciden tur. Audi. Filij autem inquit regni ibunt in tenebras exteriores. Habeat ergo apḋ nos honorem ꝓpheta: quia non habuit in patria sua. Non habuit honorẽ in patria in qua cõditꝰ est: habeat honorẽ in patria quã condidit. In illa enim conditus ẽ cõditor omniũ: conditus in illa est ꝭm formã serui. Nam ipsam ciuitatem in qua conditus ẽ / ipsam sion / ipsam iudeoꝝ gentẽ / ipsam hierusalẽ: ipse condidit cũ esset apḋ patrem verbum dei. Omnia enim per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil. De illo ergo homine de quo ⁊ hodie audiuimus: vnus mediator dei ⁊ hominũ homo christus iesus: etiam psalmus prelocutus est dicens. Mater sion dicet hõ. Quidã homo mediator dei ⁊ hominũ: homo mater sion dicet. Quare mater sion dicit? Quia inde accepit carnem. Inde ꝟgo maria de cuius vtero forma serui suscepta est in qua dignatus est apparere humillimus. Mater sion dicet homo. Et homo iste qui dicit mater sion: factus est in ea: homo factus est in ea. Nam deus erat ante eam et homo factus est in ea. Qui homo factꝰ est in ea: ipse fundauit eam altissimus nõ humillimus. Homo factus in ea humillimus: quia verbum caro factum est / ⁊ habitauit in nobis. Ipse fundauit eam altissimus: quia in principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbũ. Omnia per ipsum facta sunt. Quia ꝟo cõdidit istam patriam: hic habeat honorem. Repulit eum patria in qua natus est: suscipiat eum patria quã regenerauit. Ps. lxxxvj.

¶ Explicit tractatus sedecimꝰ. Incipit tractatus decimusseptimus. Ab eo q̃ scriptũ est: Post hec erat dies festus iudeorum et ascendit iesus in hierusalem. vsq̃ ad id qḋ ait: Querebant eum iudei interficere quia non solũ soluebat sabbatum: Sed et patrem suũ dice-

bat deum equalem se faciens deo.

Capitulū .v



Irum nō eē debet a deo factuȝ miraculū Mirum enim esset si homo fecisset. Magis gaudere ꝙ mirari debemus/quia dominus noster ꝛ saluator iesus christus homo factus est: ꝙ ꝙ diuina inter hoīes deus fecit. Plus est ei ad salutem nostrā qđ factus est ꝑpter homines: ꝙ qđ fecit inter hoīes: ꝛ plus est qđ vicia sanauit animarū nostraꝝ: ꝙ qđ sanauit languores corpoꝝ mortuoꝝ. Sed qꝛ ipsa anima nec eū nouerat a quo sananda erat: ꝛ oculos habebat in carne vnde facta corpalia videret: nondum habebat sanos in corde vnde deum latentem cognosceret. fecit qđ videri poterat: vt sanaretur vnde videri non poterat. Ingressus ē locum vbi iacebat magna multitudo languentiū/cecorū/claudoꝝ/aridoꝝ. Et cū esset medicus ꝛ animarū ꝛ corpoꝝ: ꝛ q̄ venisset sanare omnes animas creditoꝝ: de illis languentib⁹ vnū elegit quem sanarȝ vt vnitatem significaret. Si mediocri corde ꝛ quasi humano captu ꝛ ingenio ꝯsideremus facientem: ꝛ qđ ad potestatē pertinet/non magnū perfecit: ꝛ qđ ad benignignitateȝ/parum fecit. Tot iacebāt ꝛ vnus curatus est: cum posset vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligēdū est: nisi qꝛ potestas illa ꝛ bonitas illa magis agebat quid anime in factis eius pro salute sempiterna intelligerent: ꝙ ꝙ ꝓ temporali salute corpora mererent. Corpoꝝ eni salus que vera expectatur a dño: erit in fine in resurrectione mortuoꝝ: Tūc qđ viuet nō morietur: tunc qđ sanabit non egrotabit: tunc qđ saciabit non esuriet neqꝫ sitiet. tūc qđ renouabit non veterescet. Nunc vo in illis factis dñi ꝛ saluatoris nostri iesu christi ꝛ cecoruȝ aperti oculi /morte clausi sūt et paralyticoꝝ mēbra ꝯstricta/ morte dissoluta sunt: ꝛ quicqd sanatum est temporaliter in membris mortalibus/in fine deficit. Anima vo que credidit: ad vitam eternam transitum fecit. Anime vo crediture cuius peccata dimittere venerat: ad cuius languores sanandos se humiliauerat: De hoc languido sanando sanato: magnuȝ signum dedit: Cuius rei ꝛ cuius signi ꝓfundum sacramentū: ꝙtuȝ dñs donare digne tur: attendentib⁹ vobis ꝛ orando adiuuātibus infirmitatē nostram: loquar vt potero. Quicquid autem non possum/supplebit in nobis ipse: quo adiuuante facio qđ possum. De hac piscina q̄ qnqꝫ porticib⁹ cingebatur in quibus iacebat magna multitudo languentiū/ assidue nos tractasse memini: ꝛ rem dicturus suȝ quā mecū plures recognoscant poti⁹ ꝙ cognoscant. Uerum nihil est ab re etiam nota repetere: vt et qui non nouerant instruant/ꝛ qui nouerant confirmentur. Proinde tanꝙ nota breuiter ꝑstringenda sunt: nō ociose inculcanda. Piscina illa ꝛ aqua illa: populum mihi videtur significasse iudeoꝝ. Significare enim populos nomine aquarum aperte nobis indicat apocalypsis iohānis vbi ei cum ostenderent aque multe: ꝛ interrogassȝ quid essent: responsuȝ accepit populos esse. Aqua ergo illa. id est. populus ille: qnqꝫ libris moysi tanꝙ qnqꝫ porticib⁹ claudebatur. Sed illi libri ꝓtendebāt languidos nec sanabant. Lex enim peccatores ꝯuincebat non absoluebat. Ideo littera sine gratia reos faciebat: quos confitentes gratia liberabat. Nam hoc dic apostolus. Si enim data esset lex que posset viuificare: oīo ex lege essȝ iusticia. Quare ergo data est lex? sequitur ꝛ dicit. Sed conclusit de⁹ omnia sub peccato: vt promissio ex fide iesu christi daretur credentibus. Quid euidentius? Nonne verba hec exposuerūt nobis ꝛ qnqȝ porticus ꝛ languentium multitudinē? Quinqꝫ porticus lex est. Quare qnqꝫ porticus non sanabāt languentes? Quia si data eēt lex que posset viuificare: oīo ex lege esset iusticia. Quare ergo continebat quos non sanabat? Quia conclusit oīa sub peccato: vt ꝓmissio ex fide iesu christi daretur credentibus. Quid ergo fiebat vt ī aqua illa turbata sanarentur: qui in porticibus sanari non poterant? Subito eniȝ videbat aqua turbata: ꝛ a quo turbabatur non videbatur. Credas angelica virtute solere fieri: non tamen sine significante aliquo sacramento. Post aquam turbataȝ mittebat se vn⁹ qui poterat: ꝛ sanabatur solus. Post illuȝ qsqs se mitterȝ: frustra facerȝ. Quid sibi ꝫ h vult: nisi qꝛ veit vn⁹ christus ad ꝑplm iudeoꝝ: ꝛ faciēdo magna: docēdo vtilia: turbauit pctōres: turbauit aquam ꝑñtia sua Gal. iii

et excitauit ad passionē suam. Sed latens turbauit. Si enim cognouissent: nunq̄ dominū glorie crucifixissent. Descendere ḡ in aquam turbatam: hoc est humilit credere in dn̄i passionē: ibi sanabat vnus/ significans vnitatē. Postea quisquis veniret/ nō sanabat: quia quisq̄s preter vnita
B tem fuerit/ sanari non poterit. ¶ Videamus ergo q̄d voluit significare in illo vno quem etiam ipse seruans vnitatis mysterium: sicut ꝓlocutus sū: de tot languentibus vnū sanare dignatus est. Inuenit in annis eius numerū quendā languoris: triginta et octo annos habebat in infirmitate. Hic numerus quomodo magis ad languorē ptineat q̄ ad sanitatem: paulo diligentius exponendū est. Intentos vos volo q̄m aderit deus vt congrue loquar: ⁊ sufficient audiatis. Quadragenarius numerus sacratus nobis in quadā pfectione cōmendat. Notum esse arbitror charitati vestre: Testant sepissime diuine scripture: ieiuniū hoc numero ꝯsecratum est: bene nostis. Nam ⁊ moyses q̄draginta diebus ieiunauit. ⁊ helias totidem: et ipse dn̄s noster ⁊ saluator iesus christ⁹: hunc ieiunij numerū impleuit. Per moysen significat lex: per heliam significat ꝓphetia: per dn̄m significat euangeliū. Iō in illo monte tres apparuerūt: vbi se discipulis ostendit in claritate vultus ⁊ vestis sue. Apparuit enim medius inter moysen et heliam: tanq̄ euangeliū testimoniū haberet a lege ⁊ ꝓphetis. Siue ergo in lege siue in ꝓphetia: siue in euangelio: q̄dragenarius numerus in ieiunio cōmendat. Ie
se .dis. iuniū autem magnū ⁊ generale est: absti
iunium. nere ab iniq̄tatibus ⁊ voluptatib⁹ seculi. Quid est perfectum ieiuniū? Vt abnegātes impietatē ⁊ secularia desideria: tempate ⁊ iuste ⁊ pie viuam⁹ in hoc seculo. Huic ieiunio quā mercedē addit apl̄s? Sequit et dicit. Expectantes illam beatam spem et manifestationē glorie beati dei: ⁊ saluatoris nostri iesu christi. In illa spe/ cū fuerit de spe facta res: accepturi sumus mercedem denariū. Ipsa enim merces redditur opariis in vinea laborantib⁹: s̄m euangeliū q̄d vos credo reminisci. Neq̄ enim omnia cōmemorāda sunt tanq̄ rudibus ⁊ inpitis. Denari⁹ q̄ accepit nomē a nūero decem redditur: ⁊ ꝯiunctus q̄dragenario fit q̄nquagenarius. Unde cum labore celebramus q̄dragesimam ante pasca. Nam huic tanq̄ salutari labori boni operis: qui pertinet ad q̄dragenariū numerū: addit quietis ⁊ felicitatis denarius: vt q̄nquagenarius fiat. Significauit hoc ⁊ ipse dominus iesus multo apertius quando post resurrectionē: quadraginta diebus cōuersatus est in terra cum discipulis suis: quadragesimo autem die cum ascendisset ī celum: peractis decem diebus misit mercedem sp̄ūsancti. Significata sunt ista: ⁊ q̄busdam significatiōibus res ipse preuente sunt. Significatiōibus pascimur: vt ad res ipsas durantes ꝑuenire ꝑossim⁹. Operarij enim sumus: ⁊ adhuc in vinea laboramus. Finito die/ finito opere: merces restituetur: Sed quis operari⁹ perdurat ad percipiendā mercedem: nisi qui pascit ad laborem? Non enim ⁊ tu opario tuo mercedem solam daturus es. Non enim afferes illi: vnde vires reparet. In labore pascis: vtiq̄ cui mercedem daturus es. Proinde ⁊ nos dn̄s in istis significatiōib⁹ laborantes pascit. Nam si ista intelligendorū sacramētorū leticia subtrahat a nobis: deficimus in labore: ⁊ non erit qui perueniet ad mercedem. Quomodo ergo q̄dragenario numero perficitur op⁹? Fortasse iō quia lex in decē preceptis data est. ⁊ per totum mundum p̄dicanda erat lex: qui totus mundus q̄ttuor partibus cōmendatur oriēte ⁊ occidēte: meridie ⁊ aquilone. vnde denarius per quattuor multiplicat⁹ ad q̄dragenariū peruenit. vel quia per euangeliū q̄d quattuor libros habet/ impletur lex. quia in euangelio dictum est: nō veni soluere legem sed adimplere: Siue ergo illa: siue ista causa: siue alia aliqua probabilior que nos latet/ doctiores non latet: certum est tamen q̄dragenario numero significari quandam perfectionē in opibus bonis: que maxime opera bona exercentur in abstinentia quadam ab illicitis cupiditatib⁹ seculi: hoc est: generali ieiu-
nio. Audi ⁊ apl̄m dicentē: plenitudo legis Rhom.xiij.
charitas. Charitas vn̄? Per gr̄am dei: per Rhomaā.v.
sp̄m sanctū. Non enī habem⁹ illā ex nobis q̄si faciētes illam nob. Donū dei ē ⁊ magnū donū: quō charitas dei inquit diffusa ē in cordib⁹ n̄ris p sp̄m s̄ctm̄ q̄ dat⁹ ē nob. ¶ Charitas ḡ iplet legē: ⁊ verissime dictū ē:

plenitudo legis charitas. Queram⁹ hanc charitatem: quemadmodũ cõmendatur a dño. Memento quid ꝓposuerim: numeꝝ
C trigintaocto annoꝝ in illo lãguido. ¶ Volo exponere quare numerus trigesimus ⁊ octauus: languoris sit potius ꝙ sanitatis. Ergo vt dicebam charitas implet legem: Ad plenitudinẽ in omnibus operibus: ptinet q̃dragenarius numerus. In charitate autem duo precepta nobis cõmendant. Intuemini obsecro ⁊ figite memorie qđ dico ne sitis ꝑemptores verbi: ne fiat anima vestra via vbi grana iactata non germinẽt: ⁊ venient inquit volatilia celi ⁊ colligent ea. Percipite ⁊ recondite cordibus vestris. Charitatis ꝑcepta duo sunt a dño cõmendata. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo/ ⁊ ex tota anima tua/ ⁊ ex tota mente tua: Et diliges ꝓximũ tuũ sic te
Math. xxij. ipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Merito ⁊ illa vidua omnes facultates suas: duo minuta: misit ĩ dona dei. Merito ⁊ ꝓ illo languido a latronibus sauciato: stabularius duos nũmos accepit vnde sanetur. Merito apud samaritanos biduũ fecit dñs: vt eos charitate firmaret. Binario ergo isto numero cum aliquid boni significat: maxĩe biptita charitas cõmendat. Si ergo q̃dragenari⁹ numerus habet perfectionẽ legis: ⁊ lex non impletur nisi gemino precepto charitatis Quid miraris quia languebat qui q̃draginta duo minus habebat? Uideamus ꝓinde iam quo sacramẽto iste languidus curetur a dño. Uenit enim ipse dñs charitatis doctor charitate plen⁹: breuians sicut de illo predictum est verbũ super terrã: ostendit in duobus ꝑceptis charitatis pẽdere legem ⁊ ꝓphetas. Inde ergo pependit moyses q̃dragenario suo: inde helias cum suo. hunc numerũ attulit dñs in testimonio suo. Curatur iste languidus a ꝑsente dño: sed prius quid ei dicit? Uis sanus fieri? Respondit ille hominẽ se non habere a quo in piscinam mittatur. Uere necessarius erat illi homo ad sanitatẽ Sed homo ille qui ⁊ deus est. Unus enĩ deus: vnus mediator dei ⁊ hominũ: homo christus iesus. Uenit ergo homo qui erat necessari⁹: quare sanitas differret? Surge inquit tolle grabatum tuũ et ambula. Tria dixit: Surge: tolle grabatũ tuum ⁊ ambula: Sꝫ surge non operis imperium fuit: sed operatio sanitatis. Sano autem duo impauit: tolle grabatũ tuũ: ⁊ ambula. Rogo vos cur non sufficeret/ambula? Aut certe cur non sufficeret/surge? Neqꝫ enim cum ille sanus surrexisset: in loco remãsisset. Nonne ad hoc surrexissꝫ vt abisset? Mouet ergo me etiam qđ duo ꝑcepit: qui illum iacentẽ duobus minus inuenit. Tanꝙ enĩ duo quedã iubendo: qđ minus erat impleuit. Quõ ergo inueniamus in his duobus dñi iussis: duo illa precepta significata esse charitatis? Tolle inquit grabatum tuũ ⁊ ambula. Que sunt illa duo precepta/fratres recolite mecum. Notissima enim esse debent: nec modo tãtum venire in mentẽ cum cõmemorantur a nobis: sed deleri nunꝙ debent de cordibus vestris. Semper oĩno cogitate: diligẽdum deum ⁊ ꝓximũ. Deũ ex toto corde: ex tota anima: ⁊ ex tota mente: ⁊ ꝓximũ tanꝙ teipsum. Hec semper cogitãda: hec meditanda: hec retinẽda: hec agenda: hec implenda sunt. Dei dilectio prior ẽ ordine precipiẽdi: ꝓximi autem dilectio prior est ordine faciendi. Neqꝫ enim qui tibi ꝑciperet dilectionẽ istam in duobus preceptis: prius tibi cõmẽdarꝫ ꝓximũ ⁊ postea deum: sed prius deum postea ꝓximũ. Tu aũt qꝛ deũ nondũ vides: diligẽdo ꝓximũ ꝓmereris quem videas. Diligendo purgas oculũ ad videndũ deũ: euident iohãne dicente. Si fratrẽ quẽ vides nõ diligis j. Jo
deum quẽ nõ vides quõ potes diligere? Ecce dicit tibi dilige deũ. Si dicas mihi: ostende mihi quẽ diligã: qđ rñdebo nisi ꝙ ait ipse iohãnes? Deuꝫ nemo vidit vnꝙ. Et ne te alienũ oĩno a deo vidẽdo esse arbitreris: Deus inquit charitas est: ⁊ q̃ manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo Dilige ergo ꝓximũ ⁊ intuere in te: vñ diligis ꝓximũ: ibi videbis vt poteris deũ. Incipe ergo diligere ꝓximũ: frange esurien- Esa. l
ti panem tuũ: ⁊ egenos sine tecto induc in domũ tuam. Si videris nudum vesti: ⁊ domesticos seminis tui ne despexeris: Faciens aũt ista quid ꝯsequeris? Tũc erumpet quasi matutina lux tua: Lux tua deus tuus est. Tibi matutina: quia post noctẽ seculi tibi veniet. Nam ille nec oritur nec occidit: quia semper manet. Erit tibi matutin⁹ redeũti: q̃ tibi occasuꝫ fecerat peũti

Ergo tolle grabatũ tuũ/mihi videt̃ dixiſ ſe: dilige proximũ tuũ: Sed clauſum eſt ad huc ꝛ expoſitione indiget q̃ntũ arbitror: quare in tollẽdo grabato/dilectio proximi cõmendet̃: niſi forte hoc nos offendit/q̃a ꝑ grabatũ rem quandã ſtolidã et inſenſatã proximus cõmendat̃ Nõ iraſcat̃ proxim⁹: ſi cõmendat̃ nobis ꝑ rem que ſine aĩa et ſenſu eſt. Ipſe dñs ꝛ ſaluator noſter ieſus xp̃s lapis angularis dictus eſt: vt duos cõderet in ſe. Dictus eſt ꝛ petra: vnde aqua ꝓfluxit. Petra aũt erat xp̃s. Quid ḡ mirũ ſi petra xp̃s: lignũ proximus: Nõ tñ qualecunq3 lignũ/quõ nec illa non qualiſcunq3 petra. ſed vnde aqua ꝓfluxit ſicientibus. Nec qualiſcunq3 lapis ſed angularis: qui ĩ ſe copulauit duos parietes e diuerſo venientes. Sic nec qualecunq3 lignum proximũ acceperis: ſed grabatũ portãs. Quid ḡ in grabato obſecro te: Quid niſi q̃a ille lãguid⁹ grabato portabat̃: Sanatus aũt/grabatũ portat: Quid dictũ ẽ ab ap̃lo: Inuicẽ onera vr̃a portate: et ſic adimplebitis legem chriſti. Lex ergo xp̃i caritas eſt. Nec caritas implet̃: niſi inuicẽ onera noſtra portemus. Sufferentes inquit inuicem in dilectione: ſtudẽtes ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis. Cũ eẽs lãguidus/portabat te proximus tuus. Sanus factus es: porta proximum tuum. Inuicem onera vr̃a portate: ꝛ ſic adimplebitis legẽ chriſti. Sic imples o homo qđ tibi deerat. Tolle ergo grabatũ tuũ: ſed cũ tuleris noli remanere: ambula. Noli ſtare/diligendo proximũ ꝛ curã agendo de proximo tuo/iter agiſ. Quo iter agiſ: ad dominũ deũ tuũ: Et ad eũ quẽ diligere debemus/ex toto corde/ex tota aĩa/ex tota mente: Ad deũ eñ nondũ ꝑuenim⁹ ſ3 proximũ nobiſcũ habemus. Porta ergo eũ cũ quo ambulas: vt ad deum ꝑuenias cũ quo manere deſideras. Tolle grabatũ tuũ ꝛ ambula. Fecit hoc ille: ꝛ ſcãdalaliʒati ſunt iudei. Uidebant eñ hominẽ die ſabbati portantẽ grabatũ ſuũ: nec calumniabant̃ dño qđ ſanũ fecerat ſabbato/vt eis rñdere poſſit/q̃a ſi cui⁹ ꝗ̃ eorũ iumẽtũ in puteũ cecidiſſ3: vtiq3 die ſabbati erueret illud: ꝛ ſaluaret iumentũ ſuũ. Nõ vtiq3 iam illi obijciebat̃ quod die ſabbato ſanus fact⁹ eẽt hõ: ſ3 ꝗ portabat ḡbatũ ſuũ Si ſanitas ñ erat differẽda: nunq̃d ei op⁹ fuerat imꝑandũ: Non lic3 tibi ĩquiũt facere qđ facis: tollere grabatum tuũ: Et ille anctorẽ ſanitatis ſue obijciebat calumniatoribus. Qui inquit me fecit ſanũ: ille mihi dixit. Tolle grabatũ tuũ ꝛ ãbula: Nonne accipem iuſſionem: a quo acceperã ſanitatem: Et illi Quis eſt ille homo qui tibi dixit: tolle grabatũ tuũ ꝛ ambula: Sed qui ſanus erat factus: neſciebat a quo hoc audierat. Jeſus aũt cũ hoc feciſſet: ꝛ iuſſiſſet: declinauerat ab eo ĩ turba. Uidete quomodo ꝛ hoc impleat̃ Portam⁹ proximũ et ambulamus ad deũ: ſed eũ ad quem ambulamus nõdum videmus. Ideo ꝛ ille nõdum nouerat ieſũ Sacramentũ hoc ꝯmendatũ eſt: q̃a in eũ credimus quẽ nondũ videmus. Et vt nõ videamus: declinat in turba. Difficile eſt in turba videre xp̃m. Solitudo q̃dam neceſſaria eſt menti nr̃e: q̃dam ſolitudine intentionis videtur deus. Turba ſtrepitum habet: viſio iſta ſecretũ deſiderat. Tolle grabatũ tuũ/porta portatus proximũ tuũ: et ambula vt ꝑuenias. Noli ieſum q̃rere in turba. Non eſt vnus tanquã de turba Preuenit omnẽ turbã: prior aſcẽdit ꝺ mari piſcis ille magnus: et ĩ celis ſedet interpellans ꝑ nobis Tãquã ſacerdos magn⁹ vnus intrauit ĩ interiora veli: turba foris ſtat. Ambula tu qui portas proximũ tuũ: ſi didiciſti portare qui ſolebas portari. Deniq3 modo nõdum noſti ieſum. nõdũ vides ieſum. Quid poſtea ſequit̃: Quoniã nõ deſtitit ille tollẽdo grabatũ ſuũ ꝛ ambulando: vidit eũ poſtea ieſus in templo In turba nõ eum vidit: in templo eum vidit. Dñs quidem ieſus/ꝛ in turba eum vidit ꝛ in templo: Ille aũt lãguidus in turba ieſum nõ agnoſcit/ĩ templo cognoſcit. Peruenit ergo ille ad deũ: vidit eũ in tẽplo: vidit eũ in loco ſacrato/ĩ loco ſancto Et quid ab eo audit: Ecce iam factus es ſanus noli peccare: ne quid tibi deterius contingat. Tunc ille poſtea quã vidit ieſum ꝛ cognouit ieſum auctorem ſanitatis ſue/nõ fuit piger in euãgeliʒãdo quem viderat: Abijt et nũciauit iudeis: quia ieſuſ eſſet q̃ eum ſanũ fecerat. Ille ãnũciabat: ꝛ illi inſaniebãt Ille ſalutẽ ſuã ꝑdicabãt: illi ſalutẽ ſuam

Gal. vj.

[illegible]a Et ſanuſ hõ il[illegible]ſtulit [illegible]ũ ſuũ [illegible]bula[illegible]rat ãt [illegible]um in [illegible]: dice [illegible]rgo iu[illegible] q̃ ſa[illegible]erat.

A principio v capl'i vſq3 ad hũc locũ tot⁹ fere textus vel p̃ter miſſus vl' variat⁹ eſt ꝑpt verba augu. interpoſita: ita etiã fit in plib⁹ locis vſq3 ad finẽ hui⁹ tractatus

nõ querebant. Persequebant iudei dñm iesum: quia hec faciebat i sabbato. Quid ergo dñs modo respõdit iudeis audiamus: De sanis factis hominib⁹ sabbato: dixi quid soleat respõdere: qa iumẽta sua nõ cõtẽpnũt sabbato vel liberando vel alẽdo: de portato grabato q̃d respõdit? Manifestũ opus corpale factũ erat ante oculos iudeorũ/nõ sanitas corporis. sed opatio corpis: que nõ videbat̃ ita necessaria quemadmodũ sanitas. Apte ergo dñs dicat sacramentũ sabbati ꝛ signũ obseruandi vnius diei/ad tempus ẽe datũ iudeis: impletionẽ vero ipam sacramenti in illo venisse

Textᵒ hab: Jesus autẽ respõdit eis

Pater meus inquit vsq̃ modo operatur: ꝛ ego operor. Misit in eos magnũ tumultũ: aduentu dñi turbatur aqua: sed qui turbat latet. Tamẽ sanandus est turbata aqua: eger vnus magnus: passo domio totᵒ mũdus. Videamus ergo responsionẽ veritatis Pater meus vsq̃ modo operat̃: ꝛ ego operor. Falsum ergo dixit scriptura: qa deus requieuit ab omnibus operib⁹ suis in die septimo? Et cõtra hãc scripturam p moysen ministratã: loquit̃ dominᵒ iesus: cum ipse dicat iudeis? Si crederitis moysi crederitis vtiq̃ mihi: d me ergo ille scripsit. Videte ergo ne aliquid voluit significare moyses q̃d deus requieuit die septimo. Non eñ defecerat deus opando creaturã suam: ꝛ indigebat requie sicut homo Quomõ defecerat: qui v̄bo fecerat? Tamen ꝛ illud verũ est quia requieuit deus ab omnib⁹ operibus suis in die septimo: et hoc verũ est quod ait iesus: pater meᵒ vsq̃ modo operat̃ et ego operor. Sed q̃s explicet verbis/homo hominib⁹/ infirm⁹ infirmis/indoctus discere cupientib⁹: Et forte si q̃d sapit promere ꝛ explicare non valens hominib⁹/difficile forte capientibus: etiã si explicari possit quod capitur? Quis inquã fratres mei explicet verbis: quomodo deus ꝛ quietus operet̃ ꝛ operans quiescat? Obsecro vos: vt hoc vob̃ proficientib⁹ differatur. Visio eñ ista tẽplum dei querit: sanctũ locũ querit. Portate proximũ et ambulate: ibi eum videbitis vbi verba hominũ non q̃ratis. Hoc forte potius dicere valemus: quia et ĩ eo quod deus die septimo requieuit ipm dominũ ꝛ saluatorem nostrũ iesum christum qui hec loquebat̃ et dicebat: pater meus vsq̃ modo operat̃ et ego operor: magno sacramento significauit: quia et dominus iesus vtiq̃ deus/ipse est eñ verbũ dei: et audistis quia in principio erat verbũ. Et nõ qualecunq̃ verbum/sed deus erat verbum: ꝛ omĩa p ipsum facta sunt. Forte significatus est: requieturᵒ in die septimo ab omnibus operib⁹ suis: Legite eñ euãgeliũ et videte: quanta opatus sit ille. Operatus est salutẽ nostram ꝛ in cruce: vt implerentur in eo omĩa predicta ꝑphetarũ. Coronatus est spinis: suspensus est ligno: dixit sitio. Accepit acetũ in spõgia: vt impleretur quod dictum est. Et in siti mea potauerunt me aceto. At vbi impleta sũt oĩa opera eiᵒ/sexta sabbati/inclinato capite tradidit spiritũ: ꝛ in sepulchro sabbato requieuit ab omnib⁹ operibus suis. Ergo tanquã diceret iudeis. Quid expectatis vt non operer sabbato? Sabbati dies vobis ad significatõem meã preceptus ẽ. Opera dei attenditis: ego ibi eram cũ fierent: ꝛ per me facta sunt omĩa. Ego noui: pater meus vsq̃ modo operat̃. Operatus est pater lucem: sed dixit vt fieret lux. Si dixit: verbo operatus est. Verbum eius ego eram ego sum: p me factus est mũdus in illis operibus: per me regitur mundus in istis operibus. Pater meus ꝛ tunc operatus est cũ fecit mũdum: et vsq̃ nũc operatur cum regit mundũ. Ergo ꝛ p me fecit cum fecit: ꝛ p me regit cuꝫ regit. Dixit hec Sed quib⁹? Surdis/cecis/claudis/lãguidis medicũ non agnoscentib⁹: et tanq̃ in frenesi mente perdita occidere volentib⁹ Proinde quid secutus euãgelista dixit

Hinc ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solũ solvebat sabbatum: sed ꝛ patrẽ suum dicebat deum. Alia l pterea

Non quomõcunq̃ sed quid? Equalem se faciens deo. Naꝫ omnes dicimus deo. Pater noster qui es in celis: Legimus ꝛ iudeos dixisse: cuꝫ tu sis pater noster. Ergo nõ hinc irascebant̃ quia patrẽ suum dicebat deum: sed quod longe alio modo q̃ homines. Ecce intelligunt iudei: quod non intelligunt arriani. Arriani quippe inequalẽ patri filiũ dicũt: et inde heresis pulsat ecclesiã. Ecce ipi ceci/ipsi interfectores christi: intellexerunt

tamē verba xpi. Non eum intellexerūt eē christum/nec eum intellexerunt filiū dei: sed tamē intellexerūt in illis verbis/quia talis cōmendaretur filius dei qui equalis esset deo. Quis erat nesciebant: talē tñ p dicari agnoscebant: quia patrē suum dicebat deum equalē se faciens deo. Nō ergo erat equalis deo? Non ipe se faciebat eqlem: sed ille illum genuerat equalem deo Si se ipe faceret equalem deo: caderet p rapinā. Qui enim se voluit equalē facere deo cum non essz/ cecidit: & ex angelo factus est diabolus. Et hanc superbiā homini propinauit: vnde ipse deiectus est. Nam hoc dixit homini/cui stanti lapsus inuidit: gustate & eritis sicut dij: idest: vsurpatione rapite quod facti non estis: quia et ego rapiendo deiectus sum. Non pdebat: sed hoc suadebat. Christus autē eqlis patri natus erat non factus: natus de substantia patris. Unde illum sic cōmendat apostolus: Qui cum in forma dei eēt: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Quid est non rapinam arbitrat⁹ est esse se equalem deo? Nō vsurpauit eqlitatem dei: sed erat in ea in qua nat⁹ erat Et nos ad equalem deū quomodo pueniremus: semetipm exinaniuit formam serui accipiens. Non ergo se exinaniuit amittens quod erat: sed accipiens quod non erat Hanc formā serui contempnentes iudei/dominū christū equalem patri intelligere non poterant: quāuis euz hoc de se dicere minime dubitabant. Et ideo seuiebant/& adhuc tamen eos ille pferebat: et sanitatē seuientiū requirebat.

Phi. ij.

Explicit tractatus. xvij. Incipit tractatus. xviij. Ab eo vbi ait. Amen dico vobis nō potest filius facere quicquā a semetipso nisi que facit pater. vsqz ad id vbi ait. Hec et filius facit similiter.

A IOhānes euangelista inter cōsortes & compticipes alios euāgelistas. hoc pcipuum donum & ppriū accepit a domino/sup cuius pectus in cōuiuio discumbebat vt per hoc significaret quia secreta et altiora de intimo pectore ei⁹ potabat: vt ea diceret de filio dei. que paruulorū mentes/fortassis intētas excitare possint: iplere autē nōdum capaces non possint. Grandiusculis aūt quibusdam mentibus & ad etatē quandam interius virilem peruenientibus/dat aliquid verbis his: quo & exerceant & pascant. Audistis cum legeretur: & vnde sermo iste venerit meministis. Hesterno em̄ die lectum ē/quod ppterea volebant iesum iudei interficere: quia nō solum soluebat sabbatū/ sed etiā patrē suū dicebat deum: equalem se faciēs deo. Qd iudeis displicebat: hoc ipi patri placebat Hoc sine dubio placet etiā eis qui honorificant filiū/sicut honorificant patrē: quia si illis non placeat/displicebunt. Nō enim deus erit maior quia placet tibi: sed tu minor/si displicet tibi. Aduersus hanc autem calumniam eorum venientem vel de ignorantia vel de malicia loquitur dominus. Nō omino quod capiant/sed vt de agitarent & cōturbent: & fortasse vl' cōturbati medicum querant. Dicebāt autē que scriberent: vt etiam a nobis postea legerentur. Uiderimus ergo quid in iudeorum cordibus factum sit cum hec audirēt: quid in nobis fiat cum hec audimus amplius cogitemus. Necz em̄ nate sunt heresses/& quedam dogmata puersitatis illaqantia animas/& in pfundum pcipitantia nisi dum scripture bone intelligerent non bene. & quod in eis nō bene intelligit/etiā temere & audacter asseritur. Itaqz carissimi valde caute hec audire debemus ad q̄ rapienda paruuli sumus/& corde pio & cū tremore sicut scriptū est: hanc tenētes regulam sanctitatis/vt quod scd̄m fidē qua imbuti sumus intelligere valuerimus: tanquā de cibo gaudeamus. Quod autē fm sanā fidei regulā intelligere nō poterim⁹. dubitatōem auferamus: intelligentiā differam⁹: Hoc ē etiā si quid sit nescim⁹: bonū tamē & verū esse minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis: cogitandus sum a vobis qui susceperim et que susceperim. Suscepi enim tractanda diuina hō: spiritualia carnalis: eterna mortalis. Etiam a me carissimi lōge sit vana presumptio: si volo sanus in domo dei conuersari que ē ecclesia dei viui: colūna

et firmamentum veritatis. Pro modulo meo capio: quod vobis appono. Ubi aperitur/pascor vobiscum: vbi claudit/pulso vobiscum. Cōmoti sunt ergo iudei & indignati sunt: Merito quidem quod audebat hō equalem se facere deo: Sed ideo immerito quia in homine non intelligebāt deū. Carnē videbant: deum nesciebant: habitaculum cernebant/habitatorem ignorabant. Caro enim illa templū erat. deus inhabitat intus. Nō ergo iesus carnē equabat patri: non formā serui domino cōparabat: Non quod factum est ppter nos: sed quod erat quādo fecit nos: Quis nāqz sit christus catholicis loquor nostis: quia bene credidistis. Non verbū tantū/nec caro tantū: sed verbum caro factum est & habitauit in nobis. Recensete de verbo quod nostis: In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: & deus erat verbū. Hic equalitas cum patre. Sed verbū caro factū est: & habitauit in nobis. hac carne maior ē pater: Ita pater et equalis ē maior: equalis verbo/maior carne. Equalis ei per quem fecit nos: maior eo qui factus est ppter nos. Ad hanc regulam sanam catholicam/ quā precipue nosse debemus/quā tenere qui nostis a qua prorsus fides vestra labi non debz: que in illis hominū argumentis extorquenda est. cordi vestro dirigamus ea que intelligimus: et que forte non intelligimus: dirigenda ad hanc regulam quandoqz differamus cum idonei fuerimus: Nouimus ergo equalē patri filiū dei: quia nouimus in principio deum verbum. Quid ergo iudei volebāt interficere? Quia non solum soluebat sabbatum/sed & patrem suum dicebat deum equalē se faciēs deo: videntes carnē non vidētes verbum. Loquat ergo & contra eos verbum p carnem: & iterior habitator sonet per habitaculum suū: vt qui potest nouerit quis intus habitet. Quid ergo eis

B dicit? Respōdit itaqz iesus et dixit eis: cōmotis quod equalem se faceret deo Amen amen dico vobis: nō potest filius a se facere quicqz/nisi quod viderit patrem facientē. Ad hec qd responderunt iudei: scriptum nō est: & forsitasse tacuerunt. Quidam tamen qui christianos se haberi volunt/non tacēt: & quodāmodo ex his verbis concipiunt quedā dicenda contra nos: Que continenda nō sunt & ppter nos. Arriani quippe heretici dicentes/non per carnē sed ante carnem/filium qui suscepit carnem minorē esse qz pater est/& non esse substantie eius cuius pater est: capiunt ex his verbis ansam calūnie & respondent nobis. Videtis quia domin⁹ iesus cum animaduerteret iudeos ex hoc moueri quod patri deo eqlē se faceret/et talia verba subiunxit: vt se eqlem nō esse mōstraret: Mouebant enī iudei aiunt aduersus christū qa eqlem se faciebat deo: et volēs eos corrigere ab hoc motu christ⁹ & eisdē monstrare filiū nō esse eqlem patri/id est eqlem deo: ait quasi dicēs. Quid irascimini/qd indignamini? Nō sum eqlis: quia non potest filius a se facere quicqz nisi qd viderit patrē faciētem. Qui enī nō pōt inqunt facere a se qc quā nisi quod viderit prēm facientem: vtiqz minor est nō eqlis. In hac regla cordis sui distorta & praua/hereticus audiat nos nōdū obiurgātes/ sed adhuc quasi querentes: & explicet nobis quod sentit. Puto enim o qsquis ille est: faciamus eū tanquā psentē adesse. Tenes nobiscū: qa in principio erat verbum? Teneo inqt Et quia verbū erat apud deum? Et hoc inqt teneo. Sequere ergo & hoc forti⁹ tene: qa deus erat verbum. Et hoc inqt teneo. Sz Joh. i. ille deus maior: ille deus minor. Jam nescio qd paganū redolet: cuz christiano loqui me arbitrabar: Si est deus maior & deus minor: duos deos colim⁹ nō vnū deū. Quare inquit/et tu non duos deos dicis eqles sibi. Hoc ego nō dico. Eqlitatē enī istā sic intelligo: vt ibi intelligā etiā indiuiduā caritatē/& si indiuiduā caritatē. pfectā vnitatē Si enī caritas quā misit hominibus de⁹/ de multis hoīm cordib⁹ fecit cor vnū/& mltas hoīm aīas fec aīaz vnā/sicut de credentib⁹ seseqz inuicem diligētibus scriptum est in actib⁹ aplorum/erat illis anima vna & cor vnū in deum: Si ergo anima mea/& anima tua cum idē sapimus nosqz diligim⁹/fit anima vna: qntomagis pater deus & filius deus in fonte dilectionis deus vnus ēst? Uerū ad hec verba qbus cōmotū ē cor tuū: intēde & recole mecum/quod de verbo reqrebamus. Si iam

tenemus deus erat verbũ: adiungo illud qa cũ dixisset/hoc erat in principio apud deum/cõtinuo subiecit euangelista: Om nia p ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factũ est ni hil. Nunc te querẽdo exagito: nunc te cõ tra me moueo: ⁊ te cõtra te iterpello. Te ne tantũ memoriter ista de verbo: Quia deus erat verbum: ⁊ oia p ipm facta sunt.

C ¶ Audi iã verba quib⁹ cõmotus es vt mi norẽ diceres filium: Nempe qa dixit/non potest fili⁹ a se facere quicq̃ nisi qd viderit patrẽ facientẽ. Ita inquit. Expone mi hi paululũ. Sic q̃ntum opinor intelligis: Quõ quedam facit pater: filius autẽ attẽ dit queadmodũ facit pater: vt possit ⁊ ip se ea facere que viderit patrem facientẽ. Duos quasi fabros cõstituisti/ita patrem et filiũ vt etiã magistꝝ et discipulũ: Quo modo solent patres fabri/docere filios su os artẽ suam. Ecce descendo interim ad carnalem sensum tuuz: interim ita cogito vt tu. Videamus si cogitatio hec nr̃a iue niet exitũ scd̃m illa que iam de verbo pa riter locuti sumus/pariterq̃ sentimus: qa deus verbũ: ⁊ omnia p ipsum facta sunt. Pone ergo patrẽ tanq̃ fabrũ quedã ope ra facientẽ/filiũ autẽ tanq̃ discipulũ: qui nõ potest facere quicq̃ nisi quod viderit patrem facientẽ. Intendit eni quodãmo do in manus patris: vt quomodo eũ vide rit fabricare/sic ⁊ ipe tale aliquid fabri cet in operib⁹ suis. Sed pater iste omia il la que facit ⁊ vult vt attendat eum fili⁹: ⁊ talia ⁊ ipse faciet p quẽ facit. Eya: nunc est vt assis sẽtẽtie tue priori quã mecũ re censuisti. mecũq̃ tenuisti: qa in principio verbum et apud deum verbũ/ ⁊ deus ver bum: ⁊ omia p ipm facta sunt. Tu ergo cũ mecũ tenueris/quia per verbuz facta sũt omia/rursum carnali sapore ⁊ puerili mo tu facis tibi in animo deũ facientẽ et ver bum attẽdentẽ: vt cũ fecerit deus/faciat et verbũ. Quid enim fecit de⁹ preter ver bum? Si eni facit: non omia p verbum fac ta sunt. Perdidisti quod tenebas. Si aũt omia p verbũ facta sũt: corrige quod ma le intelligebas. Fecit pater: ⁊ non fecit ni si per verbum. Quomodo attendit verbũ vt videat patrem facientẽ sine verbo: qd similiter faciat verbum? Quicquid fecit pater: p verbum fecit: aut falsũ est/omia p ipm facta sunt: Sed verũ est. omia p ip sum facta sunt. Parum fortasse tibi vide batur: ⁊ sine ipso factũ est nihil. Recede ergo ab ista carnis prudentia: ⁊ queram⁹ queadmodũ dictum sit/non potest filius a se facere quicquã nisi quod viderit pa trem facientẽ. Queramus: si digni sumus q̃ apprehẽdam⁹. Fateor enim magna res est/ardua omnio/videre facientẽ patrem per filiũ: non singula opa faciente pr̃e et filio/sed quodlibet opus patre per filiuz: vt nulla opera fiant vel a patre sine filio/ vel a filio sine patre: quia omia p ipm fa cta sunt: ⁊ sine ipo factũ est nihil. Quib⁹ ni fundamẽtũ fidei firmissime cõstitutis: iam quale est videre quia non potest fili⁹ a se facere quicquã nisi quod viderit pa trẽ facientẽ. D

¶ Queris vt opinor nosse fi lium facientem: quere prius nosse filiũ vi dentem. Certe enim ait/non potest fi lius a se facere quicquã: nisi quod viderit patrem facientẽ: Intende quod dixit. ni si quod viderit patrẽ facientem. Prece dit visio: ⁊ sequit̃ effectio. Videt enim vt faciat. Tu quid queris iam nosse quõ fa ciat. dũ nondũ scias quõ videat. Quid curris ad id quod posteri⁹ est: relicto qd pri⁹ ẽ? Videtẽ se dixit ⁊ facientẽ: nõ faci entẽ ⁊ videntẽ: q2 nõ p̃t a se facere quicq̃ nisi quod viderit patrem facientem. Vis vt explicẽ tibi quomodo faciat? Tu ex plica mihi quomodo videat. Si hoc expli care non potes: nec ego illud. Si hoc pci pere nõdũ es idoneus: nec ego illud. Vt q̃ ergo nostꝝ q̃rat/vterq̃ pulset: vt vter q̃ accipere mereatur: Quid quasi doctus calumniaris indocto? Ego ad faciendũ/ tu ad vidẽdũ. Ambo indocti a magistro queramus: non in scola eius puerilit̃ liti gemus. Tamẽ simul iam didicimus: quia omia per ipsum facta sunt. Ergo manife stũ est quia nõ alia facit pater/alia fili⁹. Sed omia facit pater p filiũ: quia omnia per verbũ facta sunt. Iam quomõ faciat deus qs nouit? Non dico quõ fecerit mũ dum/sed quomõ fecerit oculum tuũ: cui carnaliter inherens: visibilia inuisibilibus cõparas. Talia eni de deo cogitas: qua lia his oculis videre cõsuesti. Si aũt istis oculis videri possit de⁹: nõ diceret. Bea ti mundo corde quia ipsi deũ videbunt.

Ergo habes oculum corporis ad viden-
dum fabrum: sed nondum habes oculum
cordis ad videndũ deum. Ideo qđ soles
videre in fabro: transferre vis in deũ. Po
ne in terra terrena: sursum cor. Quid ergo
fratres carissimi? Explicaturi sumus nos
quod interrogauimus / quomodo videat
verbum: quomodo pater videat a verbo
Quid sit videre verbi? Non sum tam au-
dax / tã temerariꝰ vt explicare pollicear
me vobis: Utcunqꝫ suspicor modulum
vestrũ: noui tamẽ meũ. Si ergo placet nõ
diutius imoremur: percurramus lectõem
et videamus verbis domini turbari cor-
da carnalia / ne in eo quod tenẽt: remane
ant. Extorqueatur tanqꝫ puerile ludicrũ
nescio quid quo se male auocant vt pos-
sint inseri vtiliora gradioribus: ut possint
ꝑficere qui repebant in terra. Surge / q̃re
suspira / anhela desiderio: ⁊ ad clausa pul
sa. Si aũt nondum desideramus: nõdũ in
hiamus / nondũ suspiramus: margaritas
quibuscunqꝫ ꝓiectari sumus: aut margari
tas qualescunqꝫ nosipsi inuenturi sumus?
Mouerim ergo carissimi desideriũ in cor-
de vestro: Mores ꝑducunt ad intelligen-
tiam: Genus vite ꝑducet ad genus vite.
Alia vita terrena: alia vita celestis: Alia
vita pecorum: alia vita hominũ: alia vita
angeloꝝ. Uita pecoꝝ / terrenis volupta
tibus estuat: sola terrena conquirit: in ea
ꝓna atqꝫ ꝓie ta est Uita angeloꝝ sola ce
lestis: Uita hominũ media est inter ange
loꝝ ⁊ pecorũ. Si viuit homo ẜm carnem:
pecoribus comparat. Si viuit ẜm spiritũ:
angelis sociatur. Quãdo ẜm spiritũ viuis
quere etiã in ipsa angelica vita / vtrũ par-
uus an grandis sis. Si eni adhuc paruus
es: dicũt tibi angeli / cresce. Nos panẽ mã
ducamus: tu lacte nutrire: lacte fidei vt ꝑ-
uenias ad cibum spei. Si autẽ inhiat sor-
didis voluptatibus / si adhuc fraudes co
gitantur / si mendacia non vitant: si mẽda-
cia piuriis cumulant: tam imundũ cor au
det dicere: explica mihi quomodo videt
verbum. Etiam si possim: etiam si iam vi-
deam? Porro autẽ si forte ego non sũ
in his moribus: et tamẽ ab ista visione lõ-
ge sum: quantum ille qui nondũ isto sup
no desiderio rapitur: terrenis desideriis ꝑ
grauatur? Multum interest inter aduersã
tem ⁊ desiderantẽ: Et iterũ multũ interest
inter desiderantem ⁊ fruentem. Uiuis vt
pecora / aduersaris: angeli fruũtur Tu au
tem si non viuis vt pecora: iam non aduer
saris. Desideras aliquid ⁊ non capis: In-
choasti ipso desiderio vitam angelorum.
Crescat in te ⁊ perficiatur in te: Et capias
hoc non a me / sed ab illo: qui et me fecit
et te Tamen non vtcunqꝫ nos dimisit do-
minus qui voluit intelligi: Quia in eo qđ
dixit: nõ potest filius a se facere quicquã
nisi quod viderit patrem facientẽ / nõ alia
opera pater facit / que videat filius ⁊ alia
filius cum viderit patrem facientem: sed
eadem opera ipsa ⁊ pater ⁊ filius. Secutꝰ
enim ait. Quecunqꝫ ille fecerit: hec
et filius similiter facit: Non cum ille
fecerit / alia filius similiter facit: sed quecũ
qꝫ ille fecerit / hec ⁊ filiꝰ similiter facit. Si
hec facit filius que fecerit pater: per filiũ
facit pater. Si ꝑ filium facit que facit pa-
ter: non alia pater alia filius facit: sed ea-
dem opera sunt patris ⁊ filii. Et quomo-
do eadem facit ⁊ filius: ⁊ eadẽ: ⁊ similit?
Ne forte eadem sed dissimiliter Eadẽ in
quit / ⁊ similiter: Et quomodo possit eadẽ
nõ similiter: accipite exemplum: quod pu
to ad vos non sit grande. Cum scribimus
lr̃as facit eas p̃mo cor nr̃m: ⁊ deinde ma-
nꝰ nr̃e. Certe eni oẽs adclamastis: nisi qa
cognouistis? Certũ ẽ qđ dixi: ⁊ manifestũ
omibꝰ nobis. Littere fiunt primo a corde
deinde a corpore nostro. Manꝰ seruit im
peranti cordi: easdam litteras facit et cor
et manus. Nũquid alias cor alias manꝰ?
Nam aliud est cor: aliud est manus Eas-
dem quidẽ facit manus: sed non similiter.
Cor enim nostrũ facit eas intelligibiliter:
manus autem visibiliter. Ecce quomodo
fiunt eadem ⁊ dissimiliter: Unde parum
fuit domino dicere: quecunqꝫ pater fece
rit hec ⁊ filiꝰ facit: nisi adderet ⁊ similiter.
Quid si enim hoc modo intelligeres / quo
modo quecunqꝫ cor facit hec et manus fa
cit. sed nõ similiter. Hic vero addidit: hec
et filius similiter facit. Si ⁊ hec facit ⁊ simi
liter facit: expergiscere: strigatur iudeus
credat christianꝰ: Conuincatur arrianus
hereticus: / equalis est patri filius.

¶ Pater enim diligit filium: et
omnia demõstrat ei que ipse facit.

Alia li
bet en

Ecce est illud :demõstrat:cui? vtiq3 quasi
videnti. Redimus ad id quod explicare
non possumus: quomodo verbum videat
Ecce homo factus est p verbum. Sed ho
mo habet oculos/habet aures/habet ma=
nus: diuersa membra ĩ corpore. Per ocu=
los potest videre: per aures potest audi=
re: per manus operari. Diuersa membra/
diuersa membrorũ officia: non potest illð
mẽbrum quod potest alterum. Tamen ꝓ
pter corporis vnitatem/oculus ⁊ sibi ⁊ au
ri videt: ⁊ auris sibi ⁊ oculo audit. Nun=
quid tale aliquid in verbo arbitrandum
est esse: quomodo omnia per ipm̃? Et di=
xit scriptura in psalmo: Intelligite qui in
iiij. sipientes estis in populo: ⁊ stulti aliquan
do sapite. Qui plantauit aurem/non au=
diet: aut qui finxit oculũ non considerat?
Si ergo finxit oculum verbum: si planta=
uit aurem verbum/ quia omnia per ver=
bum: non possumus dicere. non audit ver
bum/non videt verbum: ne obiurget nos
psalmus ⁊ dicat/stulti aliquando sapite.
Itaq3 si audit verbum ⁊ videt verbũ: au=
dit filius/⁊ videt filius. Nunquid tamen
et ĩ ipso diuersis locis quesituri sum⁹ ocu
los ⁊ aures? Aliunde audit/aliunde vi=
det: ⁊ auris eius non potest quod oculus
et oculus non potest/quod potest auris?
An totus ille visus est/⁊ totus auditus?
Forte ita/imo non forte sed vere ita: du3
tamẽ ⁊ ipm̃ eius videre/⁊ ipm̃ eius audi=
re/longe alio modo quã nostrũ sit. Et vi=
dere ⁊ audire simul in verbo est: nec ali=
ud ibi est audire/aliud videre: sed audit⁹
visus/⁊ visus auditus. Et nos qui aliter
audimus/aliter videmus: hoc vnde noui
mus? Redimus forte ad nos/si non sum⁹
.xlvi. ꝑuaricatores: quibus dictum est. Redite
ꝑuaricatores ad cor: Redite ad cor. Quid
itis a vobis/⁊ peritis ex vobis: quid itis ĩ so
litudinis vias? Erratis vagando: Redite
Quo? Ad dñm. Cito est: Primo redi ad
cor tuum. Exulas vagaris foris. Te ip=
su3 nõ nosti: ⁊ queris a quo factus es? Re
di redi ad cor: tolle te a corpe. Corpus tu
um habitatio tua est: Cor tuum sentit etiã
per corpus tuũ: Sed corpus tuum nõ qð
cor tuũ Dimitte ⁊ corpus tuum: ⁊ redi ad
cor tuum. In corpore tuo inueniebas ali=
bi oculos/alibi aures: ĩ corde tuo nũquid
h inuenies? an in corde nõ hẽs aures? De
quibus enim dominus dicebat. Qui ha=
bet aures audiendi audiat. An in corde
non habes oculos? Unde dicit apostol⁹.
Illuminatos oculos cordis vestri. Redi
ad cor: vide ibi quid sentias forte de do:
quia ibi est imago dei. In interiore homi
ne habitat christus: in interiore homĩe re=
nouaris ad imaginem dei: in imagine sua
cognosce auctorem eius. Uide quem ad
modum omnes corporis sensus/cordi in=
tro nuntient id quod senserit foris. Uide
q̃ multos ministros habeat/vnus interi=
or impator: et quid apud se etiam sine his
ministris agat. Renunciant oculi cordi al
ba ⁊ nigra: renunciant aures eidem cordi
canora ⁊ dissona: Renunciant nares ei=
dem cordi odora ⁊ putentia: Renunciat
gustus eidem cordi amara ⁊ dulcia: Re=
nunciat tactus eidem cordi lenia ⁊ aspe=
ra. Renunciat sibi ipm̃ cor iusta et iniusta
Cor tuum ⁊ videt ⁊ audit/⁊ cetera sensibi
lia diiudicat: et quo non aspirat corporis
sensus. iusta et iniusta/mala ⁊ bona/ dis=
cernit. Ostende mihi oculos/aures/nares
cordis tui. Diuersa sunt que ad cor tuum
referuntur: et diuersa ibi membra non in=
ueniuntur. In carne tua. alibi audis/alibi
vides: ĩ corde tuo ibi audis vbi vides. Si
hoc imago: quanto potentius ille cuius
imago? Ergo et audit filius ⁊ videt filius
Et ipa visio ⁊ auditio filius: Et hoc est il=
li audire quod esse: profecto ⁊ hoc vide=
re quod esse. Tibi non hoc est videre qð
esse: quia ⁊ si perdas visu3/ potes esse: et
si pdas auditum/potes esse. Putamus ne
pulsauimus? Erectum est aliquid in nob
quod vel tenuiter suspicemur: vnde lumẽ
veniat nobis. ¶ Puto fratres: quia cum B
loquimur ista/et cum meditamur: exerce=
mus nos: Et cum exercemus nos in ipsis/
et rursus quasi inflectimur põdere nostro
ad ista consueta. tales sumus quales lip=
pientes cum ꝑducuntur ad videndum lu
men. si forte antea visum omnino nõ ha
bebant/et incipiunt eundem visum per di
ligentiam medicorum vtcunq3 reparare.
Et cũ ꝓbare vult medic⁹ q̃ntũ salutis eis
accesserit: temptat eis õndere qð videre

desiderabant ꝛ nõ poterant cũ ceci essẽt: et redeũte iã vtcunqꝫ acie oculoꝝ: pro ducunt ad lucem. Et cũ viderint fulgorẽ in ipso reuerberant quodãmõ: ꝛ respondent medico demonstranti. Iã iã vidi: sꝫ videre non possum. Quid ergo facit medic⁹? Reuocat ad solita ꝛ addit colliriũ: vt ad illud quod visum est ꝛ videri non potest: desideriũ nutriat/ ꝛ ex ipso desiderio curet plenius: ꝛ si qua mordacia reparande sanitati adhibent: fortiter ferat: vt amore illius lucis accensus dicat sibi. Quando erit vt illud firmis oculis videã quod saucijs infirmisqꝫ non potui? Urget medicum: ꝛ rogat vt curet. Ergo fratres si tale aliquid factum est in cordibus vris/ si vtcũqꝫ erexistis cor vestrũ ad videndũ verbũ: ꝛ ipsius luce reuerberati ad solita recidistis: Rogate medicum vt adhibeat colliria mordacia: pcepta iusticie. Est qd videas: sed non est vnde videas. Nõ mihi antea credebas quia ẽ quod videas: duce quadam rationis adductus es: propinqsti: intẽdisti: palpasti: refugisti. Scis certe esse quod videas: sed idoneum non te esse qui videas. Ergo curare. Que sũt colliria? Noli mentiri: noli periurare: noli adulterari: noli furari: noli fraudare. Sed consuesti ꝛ cum aliquo dolore a cõsuetudine reuocaris: hoc est quod mordet sꝫ sanat. Nam dico tibi liberius ex timore et meo ꝛ tuo. Si curari restiteris et eẽ idoneus ad pfruendũ hac luce neglexeris: valitudine oculoꝝ tuoꝝ tenebras amabis: et amando tenebras in tenebris remanebis: et remanendo in tenebris etiã in tenebras exteriores pijceris: Ibi erit fletus ꝛ stridor dẽtiũ: Si nihil ante faciebat amor lucis: faciat timor doloris. Sufficienter me loquutũ arbitror: ꝛ lectionẽ tñ euãgelicã non finiui: Si dicã reliqua: onerabo vos: et timeo ne etiã qd haustum est/ effundatur. Sufficiant ergo ista caritati vr̃e. Debitores sumus/ non nũc sed semp quãdiu viuimus: quia pter vos viuimus. Uerꝫ tamẽ vitã nostrã istam infirmã/ laboriosã/ periculosam in hoc mundo cõsolamini bene viuendo: nolite nos contristari ꝛ atterere malis moribus vestris. Cum enim offendimur mala vita vestra/ si refugiamus a vob. et separem⁹ nos a vobis/ ꝛ ad vos nõ accedamus: Nonne conqueremini et dicetis: ꝛ si languebamus curaretis: et si infirmabamur visitaretis? Ecce curam⁹ ecce visitamur: sed nõ nobis fiat quomodo audistis ab apostolo. Timeo ne sine causa laborauerim in vos.

Explicit tractat⁹. xviij. Incipit tractatus. xix. Ab eo quod scriptum ẽ Non potest a se filius facere quicquã nisi quod viderit patrem faciẽtem/ vsqꝫ ad id quod ait. quia non quero voluntatẽ meã: sed volũtatem eius qui misit me

Sermõe pristino q̃tũ nr̃m mouit affectũ ꝛ intelligẽdi pauptatẽ: locuti sum⁹ ex occasione verborum euangelicoꝝ vbi scriptum est/ non potest fili⁹ a se facere qc quã nisi quod viderit patrem facientem: Quid sit videre filij/ hoc est videre verbi/ quia filius verbum/ ꝛ quia p verbum facta sunt omnia. Quomodo possit intelligi quod videt filius primo patrem facientem/ tunc demũ ꝛ ipse faciat que facta cõspexerit: cũ pater nihil nisi per filium fecerit. Omnia enĩ per ipm facta sunt ꝛ sine ipso factũ est nihil. Non tamẽ explicatũ aliquid diximus: quia nec explicatum aliqd intellexim⁹. Aliqñ enĩ sermo deficit: vbi etiã intellectus pficit/ quantomagis sermo patitur defectõem: quãdo intellectus non habet pfectõem? Nunc itaqꝫ quantũ domin⁹ donat/ breuiter pcurramus lectionem: et vel hodie expleamus debitũ pensum. Si quid forte remanserit/ vel temporis vel viriũ: retractabim⁹ si potuerimus quantum et a nobis ꝛ apud vos fieri potest: Quid sit videre vbi/ demõstrari verbo non potest. Omnia quippe dicta sunt hic: Que si intelligant fm humanũ sensũ carnaliter: nihil aliud nobis facit aĩa plena phãtasmatis/ nisi quasdam imagines velut duoꝝ hominũ patris et filij: vnius ostẽdẽtis alteri⁹ videntis: vnius loquentis/ alteri⁹ audiẽtis. que oĩa idola cordis sũt. Que si iã deiecta sũt d tẽplis suis: qñtomagis deijciẽda sũt de cordib⁹ xpianis Nõ potest inquit a se facere quicqꝫ: nisi quod viderit patrẽ faciẽtẽ. †Alia. lius:

Uerum est hoc: tenete hoc: du tamē nō amittatis quod in ipsius euangelij exordio tenuistis quia in principio erat verbū et verbum erat apud deum/et deus erat verbum: & pcipue quia omnia per ipsum facta sunt. Quod nunc enim audistis coniungite illi auditui. & vtrūqꝫ concordet in cordibus vestris. Sic itaqꝫ non potest filius a se facere quicqꝫ nisi quod viderit patrem facientē: vt tamen pater ea que facit non faciat nisi p filium/quia eius est verbum. Et in principio erat verbum/& verbum erat apud deum/& deus erat verbū: quia omnia per ipm facta sunt. Quecūqꝫ enim ille fecerit hec & filius similiter facit: Non alia sed hec: non dissimiliter sed similiter. Pater em̄ diligit filiū: & omnia demōstrat ei que ipse facit. Ad hoc qđ supra dixit/nisi quod viderit patrē facientem/videt pertinere/ & quod omnia demonstrat ei que ipe facit. Sed si pater demōstrat que facit: nec filius potest facere nisi pat demōstrauerit: Pater que demōstrare nō potest nisi fecerit: cōsequens erit vt non p filium faciat omnia pater. Porro si fixum atqꝫ inconcussū tenemus/quia per filium omia pat facit. anteqꝫ facit demonstrat filio vt filius demōstrata faciat/ que demonstrata iam facta sunt: aliquid pculdubio pater sine filio facit. Sed non facit pater aliquid sine filio: qa filius dei verbum est: & omnia p ipsum facta sunt. Remanet ergo fortasse: vt que pater facturus est/demonstraret faciēda: vt per filiū sint facta. Nam si filius ea facit que pater facta demonstret: non vtiqꝫ p filiū facit. Monstrari em̄ non possent nisi facta: facere filius non posset nisi monstrata fuerint. Ergo sine filio facta? Sed verum est omnia p ipsum facta sunt. Ergo anteqꝫ facta/monstrata sunt. Sed hoc diximus differendū esse: quo redeundū sit. percursa lectione si vt diximus aliquid vel tempis vel viriū nobis remanserit: ad ea que distulimus retractāda. Amplius audite difficilia. Et maiora his inquit demōstrabit ei opa: ita vt vos miremini. Maiora his. Quibus maiora? Facile occurrit/que modo audistis: curationibus lāguoꝝ corporaliū. De isto enī q triginta et octo annis habebat infirmitatem & xpi

B

lſa nō
.ita

verbo sanatus est: nata est huius occasio tota sermonis. Et ppter hoc dominus dicere potuit/maiora his demōstrabit ei opa: vt vos miremini. Sunt enim opera maiora qꝫ ista: & demōstrabit ea pater filio. Nō demonstrauit ei tanqꝫ de pterito/sed demonstrabit de futuro: hoc ē demōstraturus ē. Rursus difficilis orit questio. Est em̄ aliquid apud prēm/ quod adhuc latebat filium: quando ista filius loquebat. Si em̄ demōstrabit/hoc est demonstraturus ē/nōdum demōstrauit: & filio tunc demōstraturus est quando et istis. Sequit em̄ ita: vt vos miremini. Et hoc difficile est videre: quomodo tanqꝫ temporaliter filio coeterno aliqd demonstret eternus pater: omnia scienti q sunt apud patrē: Que sunt tamen illa maiora. Hoc enī forte facile ē intelligere. Sicut em̄ pater inquit suscitat mortuos & viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Maiora enī sunt opa mortuos suscitare: qꝫ languidos sanare. Sed resuscitat pater mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat: Alius ergo pater alius filius: sed omia p ipm. Ipsos itaqꝫ filius quos et pater/ qa non alia/nec aliter: sed hec et filius similiter facit. Ita plane intelligendū est: & ita tenendū. Sed mementote qa filius quos vult viuificat. Tenete hic ergo non solū potestatē filij: verumetiā voluntatē: Et filius quos vult viuificat/ & pat quos vult viuificat/et ipsos filius quos et pater: ac p hoc eadē patris ac filij ptās est & volūtas Quid est ergo quod sequit. neqꝫ em̄ pr iudicat quēquā: sed iudiciū omne dedit filio: ut omnes honorificēt filiū sicut honorificāt patrē. Quod ita subiunxit: tanqꝫ ratōem reddens superioris sentētie. Multū mouet: Intēti estote. Filius quos vult viuificat: pr quos vult viuificat. Filius suscitat mortuos: sicut pater suscitat mortuos. Neqꝫ enī pr iudicat quēqꝫ. Si in iudicio suscitādi sunt mortui quō pr suscitat mortuos/si nō iudicat quēquā? Omē qppe iudiciū dedit filio. In illo qppe iudicio suscitātur mortui & resurgūt: alij ad vitam eternam: alij ad penam. Quod totum si filius facit/ pater autem ideo non facit/ quia pater non iudicat quēquā/sed omē iudiciū dedit filio: Iriū

videbit ei quod dictũ ẽ. Sicut pater susci tat mortuos ꝛ viuificat: sic ꝛ fili⁹ q̃s vult viuificat. Sil' ꝙ suscitãt. Si sil' suscitant: sil' viuificãt: simul ꝙ iudicant. Quomõ itaꝗ̃ verũ est/ neqꝫ eñ pater iudicat queꝗ̃/ sed iudiciũ omne dedit filio: Moueãt interi ꝓposite questiones: ꝓstabit domin⁹ vt so lute delectẽt. Ita ẽ fratres. Omis questio nisi intentũ fecerit ꝓposita: nõ letificabit exposita. Sequat̃ ergo ipse dñs: ne forte in his que subiecit apiat se aliquantum. Subtexit enĩ nubilo lucẽ suam: ꝛ difficile est aquile more volare sup omnez nebu lam qua tegitur omis terra: ꝛ videre ver bũ domini sincerissimã lucem. Ne forte ꝙ calore radioꝝ suoꝝ discutiat caliginẽ no strã ꝛ aliquantũ se ĩ cõsequẽtib⁹ apire di gnetur: dilatis istis: sequentia videamus

E Qui non honorificat filiũ: non ho norificat patrem qui misit illũ. Hoc verũ est: ꝛ planũ est. Omne quippe iudici um dedit filio sicut supra dixit: vt omnes honorificent filiũ sicut honorificãt patrẽ. Quid si inueniunt̃ qui patrẽ honorificãt ꝛ non honorificãt filium: Non potest in quit fieri qui ñ honorificãt filiũ: nõ hono rificãt patrẽ qui misit illũ. Non potest er go dicere aliquis. Ego p̃rem honorifica bã: quia filiũ non nouerã. Et si nõdum fi lium honorificabas: nec p̃rem honorifica bas. Quid est enĩ honorificare p̃rem: nisi quod habeat filiũ: Aliud est enĩ cum tibi cõmendat̃ deus quia deus est: ꝛ aliud est cũ tibi cõmẽdat̃ deus/ quia pater. Cum ti bi quia deus est cõmẽdat̃/ creator tibi cõ mendatur: omnipotẽs tibi cõmendatur: Spũs quidẽ sũmus eternus inuisibilis ti bi cõmendat̃: Incõmutabilis tibi cõmen datur. Cũ vero tibi quia pater est cõmen datur/ nihil tibi aliud ꝗ̃ et filius cõmẽda tur: Quia pater dici non potest/ si filiũ nõ habet: sicut nec filius si p̃rem non habet. Sed forte quidẽ p̃rem honorifices tãquã maiorẽ/ filiũ vero tanquã minorẽ/ vt di cas mihi: honorifico patrẽ/ scio enĩ q̃d ha beat filiũ/ ꝛ nõ erro in patris nomine/ non enim p̃rem intelligo sine filio/ honorifico tamẽ ꝛ filiũ tanquã minorem: Corrigit te ipse filius et reuocat te dicens/ vt omnes honorificent filium: non inferius sed sicut honorificant patrem. Qui ergo non hono rificãt filium: non honorificant patrẽm ꝗ misit illum. Ego inquis maiorem honorẽ volo dare patri: minorem filio. Ibi tollis honorẽ patri: vbi minorẽ das filio. Quid enim alið tibi videt̃ ita sentienti: nisi quia pater equalez sibi filium generare/ aut no luit/ aut non potuit: Si noluit/ inuidit. si non potuit/ defecit. Nõ ergo vides quia ita sentiendo vbi maiorem honorem vis dare patri: ibi es cõtumeliosus in patrez: Proinde sic honorifica filiũ/ quomõ ho norificas patrẽ: si vis honorificare et pa trẽ et filiũ. Amen amen dico vobis: quia qui verbũ meum audit et cre dit ei qui misit me habet vitam eter nam Et in iudiciũ non venit: sꝫ trã siit a morte in vitaz. Non nũc transit: sed iam transijt a morte in vitã. Et hoc at tendite qui verbũ meũ audit: ꝛ non dixit et credit mihi/ sed credit ei qui me misit. Verbũ ergo filij audiat: vt patri credat: Quare verbũ audit tuũ: et credit alteri: Nõne cum verbũ alicui⁹ audimus/ eidem verbũ ꝓferenti credimus: loquenti nobis fidez accõmodam⁹: Quid ergo voluit di cere qui verbũ meũ audit ꝛ credit ei qui misit me: nisi quia verbũ eius ẽ in me: Et quid ẽ audit verbum meũ: nisi audit me: Qui credit mihi: ecredit ei ꝗ misit me: qa cum illi credit/ verbo eius credit. Cũ autẽ verbo eius credit/ mihi credit: quia verbũ patris ego sum. Pax ergo in scripturis et omia disposita: nequaꝗ̃ rixantia. Tu abij ce litẽ cordis tui: intellige concordiã scrip turaꝝ: Nunquid contraria sibi diceret ve ritas: Qui audit inquit verbum meum et credit ei qui misit me habꝫ vitam eternã: et in iudicinm nõ venit/ sed transit a mor te ad vitam. Meministis q̃d supius posue ramus: quia sicut pater suscitat mortuos et viuificat/ sic et fili⁹ quos vult viuificat: Incipit iam apire se loqui de resurrectio ne mortuoꝝ: ꝛ ecce iam resurgunt mortui Qui enĩ verbum meũ audit et credit ei ꝗ misit me habet vitam eternam: et in iudi cium non venit. Proba quia resurrexit: sed transijt inquit a morte ad vitam. Qui transijt a morte ad vitaz: nullo dubitante vtiꝗ̃ resurrexit. Nõ eñ trãsiret de morte ad vitam: nisi primo esset in morte et non esset in vita: Cũ autem transierit/ erit in

Alia siet.

vita: et non erit in morte. Mortuus ergo erat τ fuit: perierat τ inuētus ē. Fit ꝑinde iā q̄dā r̄surrectio: τ trāseūt hoīes a morte q̄dā ad q̄ndā vitā: A morte infidelitatis ad vitam fidei: a morte falsitatis: ad vitā veritatis: A morte iniquitatis / ad vitam iusticie. Est ergo τ ista quedā resurrectio mortuoꝝ. Apiat illā plenius: τ dilucescat nobis vt cepit. Amē amen dico vobis: quia venit hora et nunc est. Nos expectam⁹ in finē resurrectōez mortuorū / nam ita credimus: imo nō expectamus. Sed plane expectare debemus: Neq3 em̄ falsum credimus in fine mortuos resurrecturos. Cum ergo vellet dn̄s ies⁹ insinuare nobis quandā resurrectōem mortuorū / ante resurrectōem mortuorū Nō sicut lazari vel filij illius vidue / vel filie archisinagogi qui resurrexerunt morituri: nam et ip̄oꝝ mortuoꝝ quedā resurrectio facta est / ante resurrectōem mortuoꝝ. Sz sicut hic dicit habet inq̄t vitā eternā / τ in iudiciū non venit sed trāsit a morte ad vitā. Ad quā vitā? Ad eternaz. Non aūt sicut corpus lazari. Transit em̄ τ ille a morte sepulchri ad vitam hominū / sed nō eternam / iterū morit̄. Resurrecturi aūt in fine seculi mortui: in vitā eternā transibūt. Cū ergo vellet dn̄s iesus xp̄s magister celestis / verbum patris et veritas demonstrare nobis quandā resurrectōem in vitā eternam / ante resurrectōem mortuoꝝ in eternam vitā: Venit hora inquit: Tu procul dubio imbutus fide / resurrectōem carnis expectabas: horā illā finis seculi diem iudicij: quā ne i isto loco expectares: addidit τ nūc est. Quod ergo dicit venit hora: Non dic̄ de illa hora nouissima vbi iniussu τ voce archangeli / τ in tuba dei dn̄s ip̄e descendet de celo τ mortui in xp̄o resurgent ꝑmi: deinde nos qui viuim⁹ viuētes qui reliqui sumus / simul rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiam xp̄o in aera / et ita semꝑ cum domio erimus. Et veniet hora illa: sed non est nunc. Hora vero ista que fit: Aduertite. Quid in ea fit? Quid nisi resurrectio mortuorum? Vt q̄ resurgūt: in eternū viuāt? Hoc erit τ nouissima hora: Quid ergo? Quomō intelligimus duas istas resurrectiones? Nunquid forte q̄ nūc resurgunt / tūc non resurgēt: vt alioꝝ fiat tunc resurrectio alioꝝ nunc? Non est ita. Nam ista resurrectiōe si recte credidimus resurreximus: et nosipsi qui iam resurreximus / alterā in fine resurrectionem expectamus. Sed τ nunc in eternā vitam resurreximus: si in fide ip̄a ꝑseuerant manemus. Et tunc in eternā vitā resurgemus quando angelis coequabimur. Ipse ḡ distinguat / ipse apiat qđ loqui ausi sumus: Quomō fiat resurrectio ante resurectōez: Non alioꝝ τ alioꝝ / sed eorundē: nec talis qualis lazari / sed i vitā eternā. Apiet planc. Audite dilucescentem magistrū τ illabentē cordibus n̄ris solem n̄rm: Nō quē desiderant oculi carnales / sed cui estuant apiri oculi cordis. Ip̄m ergo audiamus. Amen amē dico vobis: quia venit hora τ nunc est. quādo mortui / Videte exp̄mi resurrectōem: quando mortui audient vocē filij dei: τ qui audierint viuēt. Quare addidit / q̄ audierint viuēt? Possent em̄ audire nisi viuerent? Sufficeret ergo venit hora τ nnuc est: quādo mortui audient vocem filij dei. Iam nos si intelligeremus viuentes eos: quādo nisi viuerent audire non possent: nō inquit q2 viuunt audiunt / sed audiendo reuiuiscunt. Audient: et qui audierint viuent. Quid est ergo audient / nisi obaudient? Quantum em̄ ꝑtinet ad auris auditū: non oēs qui audient / viuent. Multi em̄ audiunt et nō credunt. Audiendo τ nō credēdo / nō obaudiunt: Non obaudiendo / nō viuent. Itaq3 hic q̄ audiēt: nihil ē aliđ q3 q̄ obuadiēt. Qui ergo obaudierit viuēt. Certi sūt securi sunt viuent. Predicat̄ xp̄s / verbum dei filius dei / ꝑ quē facta sunt oīa / certe dispensatōis gr̄a: asūmpta carne nat⁹ ex virgine: infans in carne / iuuenis in carne: patiens in carne / moriens in carne: resurgens in carne / ascendens in carne / ꝑmittēs resurrectōem carni / ꝑmittēs resurrectionem mēti: mēti ante carnē / carni post mentē. Qui audit τ obaudit viuet: Qui aūt audit τ nō obaudit id ē q̄ audit τ contempnit / audit τ nō credit nō viuet. Quare nō viuet? Quia nō audit. Quid est nō audit? Non obaudit. Ergo qui audierit viuent. Attēde nūc quid dixeram⁹ differendum: vt nunc si fieri potuerit apiatur. Subiecit cōtinuo de hac ipsa resurrectōe. Sicut em̄ pr̄ hz vitā i semetip̄o: sic dedit τ filio vitā hr̄e in semetipso.

Quid est habet vitã pr̃ i semetipso? Non alibi habet vitã nisi in semetipso: Uiuere quippe suũ in illo est ꝛ nõ aliunde. Et nõ alienũ est: nõ quasi mutuat vitã/nec quasi pticeps sit vite/ei⁹ vite q̃ nõ ẽ qᵭ ipse. sʒ habet vitã in semetipõ/vt ipa vita sibi sit ipe Si potuero adhuc modicũ q̃d inde dicere exemplis ppositis ad intelligentiam vr̃am informandã/dño adiuuãte potuero: et pietate intentionis vr̃e. Uiuit de⁹: viuit ꝛ anĩa. Sed vita dei imutabilis est: vita anime mutabilis est. Deus nec pficit nec deficit/sed ẽ ipe semp: in se est vita vt est: Non alit nũc/nõ alit postea/aliter antea Anĩe vero vita/valde alit atqʒ aliter: Uiuebat stulta/viuit sapiens: viuebat iniqua/viuit iusta. Nunc meminit nunc obliuiscit: Nunc discit/nũc discere ñ potest. Nũc pdit qᵭ didicerat: nunc recipit qᵭ amiserat. Mutabilis vita anĩe. Et cum viuit anĩa in iniq̃tate/mors eius est: Cũ autẽ fit iusta. fit particeps alterius vite: que nõ est quod ipsa. Erigẽdo se quippe ad deũ ꝛ inherendo deo: ex illo iustificatur. Dictũ est em̃. Credenti in eũ q̃ iustificat impiũ: deputat fides eius ad iusticiã. Deficiendo ab illa fit iniq̃: pficiendo ad illũ fit iusta: Nonne videt tibi quasi aliquid frigidum/igni admotũ feruescere: remotũ ab igne torpescere? Nõne videt tibi quiddã tenebrosum admotũ luci clarescere: rmotũ a luce nigrescere? Tale quiddã est anima: nõ tale aliq̃d deus. Potest ꝛ homo dicere habere se lucẽ nũc in oculis suis. Dicãt ergo quasi quadam voce ppria oculi tui si possunt: Habemus lucem in nobis ipis. Cõtra dicit/nõ ppe dicitis: habere vos lucem i vobisipis: Habetis lucẽ: sed in celo. Habetis lucem/si forte nox est: sed in luna/in lucernis: non in vobisipis: Nam clausi amittit s: qᵭ apti pcipitis. Nõ in vobisipis habetis lucẽ. Sole occidentẽ: tenete lucem si potestis. Nox est: ꝛ i lumĩe nocturno pfruimĩ. Subducta lucerna: tenete lucẽ. Cũ vero subducta lucerna in tenebris remaneatis. nõ lucem in vobisipis habetis. Hoc est ergo habere lucem in semetipso: nõ indigere lucem ex altero. Ecce vbi si quis intelligat/ostendit filiũ equalẽ pat: vbi ait. Sicut habet pat vitaʒ in semetipso. sic dedit ꝛ filio vitã habere in semetipõ:

Ut hoc solũ intersit inter patrẽ ꝛ filiũ. q̃ pater habet vitam in semetipõ quã nemo ei dedit: Filius autẽ habʒ vitam in semet ipso/quam pater dedit: ¶ Sed etiam hic oritur aliquid nubilum discutiendum Non deficiamus/intenti simus: pascua mẽtis sunt: nõ fastidiamus vt viuam⁹. Ecce inquis fateris ipe/quod vitã filio pat dedit: vt habeat eam q̃dem in semetipso sicut pater habet vitã in semetipõ. Nõ indigens ille: nõ indigeat ꝛ iste: vt sit ille vita sit et iste: ꝛ vtrũq; cõiũctũ vna vita/ nõ due/quia vnus deus/nõ duo dij: et hoc ipsum sit esse vitã. Quomõ ergo dedit filio vitam pater: Nõ sic quasi ante fuerit fili⁹ sine vita: atq; vt viueret a pr̃e accepit vitam: Nã si hoc esset: nõ haberet vitã in semetipõ. Ecce de anima loquebar. Est aĩa et si nõ sit sapiens/ꝛ si nõ sit iusta anĩa est: et si nõ sit pia/anima est. Aliud ẽ esse animã/aliud vero esse sapientẽ: esse iustã/eẽ piam. Est ergo aliquid quod nõ duʒ ẽ sapiens/nõdum iusta nõdum pia: nõ tamẽ nihil est/nõ tamen nulla vita est. Nam ex operibus quibusdã suis ostendit se vitã: et si non se ostendit sapientẽ/piã iustã. Ni si em̃ viueret: corpus nõ moueret pedib⁹ gressum/manibus opus/oculis intuitum/ auribus auditũ/non apiret os ad vocem linguã ad distinctõem vocũ nõ moueret. His itaq; operibus viuere se ostẽdit: ꝛ eẽ aliquid quod est corpore melius. Sʒ nunquid his operibus/sapientẽ/piã/iustam se ostendit? Nõne ambulant/opantur/vident/audiunt/loquunt et stulti/ et impij/ et iniusti? Cũ vero se erigit ad aliq̃d qᵭ ipsa nõ est ꝛ quod supra ipam est ꝛ a quo ipsa est: pcipit sapientiam/iusticiã/pietatem/sine quibus cũ essʒ/ mortua erat: nec vitam habebat qua ipsa viueret/ sed qua corpus viuificaret. Aliud est enim in anima/vnde corpus viuificat: aliud vnde ipsa viuificat. Melius quippe est q̃ corpus Sed melius quã ipa/est deus. Est ergo ipsa etiã si sit insipiens iniusta ꝛ impia: vita corporis Quia xo vita eius est deus: quãdo cũ ipsa est in corpe/prestat illi vigorẽ/decorem/nobilitatẽ/officia membrox: sic cum vita eius deus in ipsa est: prestat illi sapientiam/pietatẽ/iusticiã caritateʒ. Aliud est ergo quod prestat corpi de anima: aliud quod prestatur anime de deo.

Uiuificat et viuificat. Mortua viuificat: sed ipsa nō viuificat. Veniēte itaq; verbo et infuso audientib⁹ factisq; illis non solū audientib⁹/sed etiā obedientib⁹ /resurget anima a morte sua ad vitā suā: hoc ē ab iniquitate/ab insipientia/ab impietate ad deū suū/qui est illi sapientia /iusticia/
xiij charitas. Resurgat ad illū /illuminet ab illo. Accedite inquit ad deum. Et q̄d nobis erit? Et illuminamini. Si ergo accedēdo illumiami et recedēdo tenebrami: nō erat in vobis lumen vestrū sed in deo vestro. Accedite vt resurgatis. Si recesseritis moriemini. Si ergo accedēdo viuitis/recedēdo moriemini: non erat in vobis vita vr̄a. Ipa est enī vita vr̄a. que ē lux vestra. Quoniā apud te est fons vite: et in lu
G mie tuo videbim⁹ lumē. ¶ Non ergo sicut anīa aliquid aliud ē anteq̄ illuminaret et fit melius cū illuminat pticipatiōe melioris/ita et verbū dei/filius dei: aliquid aliud erat anteq̄ acciperet vitā/vt pticipando habeat vitā. sed vitā habet in semetipso: ac p hoc ipe ē ipa vita. Quid ergo ait dedit filio vitā habere in semetipo? Breuiter dixerim: genuit filiū. Neq; enī erat sine vita et accepit vitā: sed nascendo vita est. Pater vita est nō nascēdo: fili⁹ vita est nascendo. Pater de nullo pr̄e: fili⁹ de deo patre. Pater quod est: a nullo est. Quod aūt pater ē: ppter filiū ē. Fili⁹ vero et quod fili⁹ est ppter pr̄em est: et quod est a pr̄e est. Et hoc ergo dixit vitā dedit filio vt haberet eā in semetipo: tanq̄ diceret: Pat qui est vita in semetipo: genuit filiū qui eēt vita in semetipo. Pro eo enī quod genuit/voluit intelligi dedit: tanq̄ si cuiquā diceremus/dedit tibi deus esse. Cui dedit? Si alicui iā existenti dedit esse: non ei dedit esse quia erat antequā ei daret qui posset accipere. Cū ergo audis dedit tibi esse: nō eras qui acciperes/et existendo accepisti vt esses. Dedit structor domui huic vt eēt: sed quid ei dedit? Ut dom⁹ eēt. Cui dedit? Huic domui. Quid ei dedit? Ut domus esset. Quomō potuit dare domui vt dom⁹ esset? Etenī si domus erat: cui daret vt domus esset/ q̄n iā domus erat? Quid est ergo: dedit ei vt dom⁹ eēt? Fecit ei vt dom⁹ esset. Quid g̃ filio dedit? Dedit ei vt filius esset. Genuit vt vita esset: hoc ē dedit habere ei vitā in semetipo vt esset vita /nō egens vita: ne participādo intelligat habere vitā. Si enī pticipando haberet vitā nō in semetipso: posset et amittendo esse sine vita: hoc in filio ne accipias: ne cogites/ne credas. Manet ergo pater vita: manet et fili⁹ vita. Pater vita in semetipo non a filio: filius vita in semetipo sed a patre. A patre genitus vt esset vita in semetipo: pat vero nō genitus vita in semetipo: nec minorē filium genuit qui crescendo fieret equalis. Non enī ad sui pfectōez adiut⁹ ē tpe: per quē pfectum creata sunt tpa: Ante omīa tpa/ patri coeternus est. Non enim vnquā pat sine filio: Etern⁹ autez pater est: ergo coeternus et filius. Quid tu anima? Mortua eras: amiseras vitā. audi patrē: p filiū surge: recipe vitā vt ī eo recipias vitā quā nō hēs inste /q̄ hz vitā ī semetipo: Uiuificat g̃ te pr̄ et filius: et agit pria resurrectio /quādo resurgis ad pticipandam vitā/quod tu non es: et participādo efficeris viuens. Resurge a morte tua ad vitā tuam/qui est deus tu⁹: et transi a morte in vitā eternam. Habet enī vitā eternā pater in semetipo. Nam sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vellet viuificaret. Quid ergo de illa resurrectione corporis? Nam et isti qui audiunt et viuunt: vnde nisi audiēdo viuūt. Amicus enī spōsi stat et audit eum/et gaudio gaudet ppter vocē sponsi/non ppter vocem suā: hoc est pticipādo non existendo audiunt et viuunt. Et omēs qui audiunt viuūt: quia omēs qui obediūt viuūt H
¶ Dic aliquid dn̄e etiā de resurrectione carnis. Fuerunt enī qui eā negarent et dicerent: quia ista sola est resurrectio q̄ fit p fidem. Cui⁹ resurrectiōis mō dn̄s fecit cōmemorationē et inflāmauit nos: quia quidā mortui audiunt vocē filij dei et viuēt. Non eoꝝ qui audierint alij morient/alij viuent: sed omēs qui audierint viuēt: q̄a omnes qui obedierint viuent. Ecce vidimus resurrectōem mentis: nō ergo amittamus de fide resurrectōez carnis: Et nisi tu dn̄e iesu dixeris eam: quē opponem⁹ ꝯdictoribus? Omēs enī secte que se aliqua religione hominib⁹ inserere ꝑsumpserūt: nō negauerūt istā mentiū resurrectōez: ne diceretur eis. Si nō resurgit anīa: quare mihi loq̄ris? Quid in me facere vis? Si non

facis ex deteriore meliorez: q̄re loq̄ris? Si nō facis ex iniquo iustū: quare loqueris? Si aūt facis ex iniquo iustū: ⁊ ex impio piū: ⁊ ex stulto sapientē: fateris resurgere aīam meā: si tibi obtemparauero/si tibi credidero. Volētes ergo sibi credi omnes qui instituerūt alicui⁹ etiā false religionis sectā. negare istā mentiū resurrectionē non potuerūt. Omnes de illa consenserunt. Sed multi carnis resurrectōem negauerunt: dixerunt in fide iā factā esse resurrectōem: Talibus resistit apl's dicēs Ex q̄bus ē hymene⁹ ⁊ filet⁹: qui circa veritatē oberrauerūt: dicentes resurrectionem iā factā esse: ⁊ fidem quorundā subuerterūt. Jā factā esse resurrectōem dicebant. Sed eo modo vt alia non sparet: et reprehendebant homīes qui spabant resurrectōem carnis: velut iam resurrectio que ꝓmissa erat: credēdo impleret in mēte. Reprehendit eos apl's. Cur eos reprehendit? Nōne hoc docebant quomō dn̄s loquebatur? Venit hora ⁊ nunc ē quādo mortui audient vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Sed de vita mentiū loquor adhuc Ait tibi iesus. Nondum loquor d̄ vita corpoꝝ sed loquor de vita vite corpoꝝ. id ē de vita animaꝝ: in quib⁹ ē vita corpoꝝ. Nam scio esse corpora in monumentis iacētia/scio ⁊ corpa vestra in monumentis futura: Nōdum de illa resurrectione loquor. De ista loquor/de ista resurgite: ne ad penam ī illa resurgatis. Sȝ vt noueritis q2 de illa loquor: q̄d addo? **Sicut enim habet pater vitā in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso?** Hec vita quod pater ē quod filius ē: ad quid ꝑtinet: ad animā/an ad corpus? Non enī vitā illam sapientie sentit corpus: sed mens rationalis Nam nec omīs anima potest sentire sapiētiā. Habet enī ⁊ pecus animā: sed pecoris anima nō potest sentire sapientiā. Ergo aīa humana potest sentire istā vitam quā habȝ pater in semetipso ⁊ dedit filio vitā habere in semetipso: quia illud ē verum lumen quod illuminat nō omnē animā: sȝ oēm hominē venientē in hūc mūdū. Cū enī ipsi mēti loquor audiat: id ē obediat ⁊ viuat. Noli itaqꜫ dn̄e tacere de resurrectione carnis/ne non eā credāt homines: ⁊ remaneamus nos argumentatores nō predicatores: Ergo sicut habet pat' vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Intelligant qui audiunt: credant vt intelligāt: obediant vt viuant: Audiāt adhuc aliud/ne hic finitā eē resurrectōem putent. **Et dedit ei potestatem et iudiciū facere.** Quis dedit? Pater: Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere vitā in semetipso: ⁊ ꝑtātem dedit ei ⁊ iudiciū facere: **quia filius hominis ē:** Iste enī christ⁹ ⁊ fili⁹ dei: ⁊ filius homīs ē. In ꝓncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ de⁹ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Ecce quō dedit ei vitā habere in semetipō. Sed quia verbū caro factum ē ⁊ habitauit in nobis: ex virgine maria hō factus/filius homīs est. Proinde quia filius homīs ē: q̄d accepit? Potestatē ⁊ iudiciū facere. Quod iudiciū? In fine seculi: ⁊ ibi erit resurrectio mortuoꝝ: sed corpoꝝ. Aīas ergo suscitat deus/ꝑ xp̄m filiū dei: corpa suscitat deus ꝑ eundē xp̄m filiū homīs. Dedit ei ꝑtātem. Hāc ꝑtātem non haberet nisi acciperet: ⁊ eēt hō sine ꝑtāte. Sȝ ip̄e ē fili⁹ homīs: q̄ ⁊ filius dei. Herēdo enī ad vnitatē ꝓsone filius hoīs/filio dei: facta ē vna ꝓsona eadēꜫ fili⁹ dei qui et fili⁹ hoīs. Quid aūt ꝓpt' q̄d habeat dinoscendū ē. Fili⁹ homīs habet aīam: habet corpus. Filius tamē dei quod ē verbū dei: habet hoīem tanqꜫ aīa corpus. Sicut aīa hn̄s corpus nō facit duas ꝓsonas sed vnum hoīem: sic verbū habens hoīem. non facit duas ꝓsonas sed vnū christū. Quid ē hō? Aīa rationalis habens corpus. Quid ē christ⁹? Verbū dei habens hoīem. Video d̄ quibus rebus loquar. et quis loquar: et quibus loquar: Nunc audite de resurrectiōe corpoꝝ non me sed dn̄m locuturū: ꝓpter eos qui resurrexerūt surgēdo a morte/inherēdo vite. Cui vite? Que nō nouit mortem. Quare nō nouit mortē? Quia nescit mutabilitatē. Quare nescit mutabilitatē? Quia vita est in semetipō. Et ꝑtātem dedit ei ⁊ iudiciū facere: quia filius hoīs est Quod iudiciū ⁊ quale iudiciū? **Nolite mirari hoc:** q2 dixi dedit ei ꝑtātem ⁊ iudiciū facere. **Quia venit hora:** non addidit/ ⁊ nunc est. Ergo horam quadam vult insinuare: in fine seculi. Hora autem nunc ē vt resurgāt mortui: hora erit in fine

iiij. se xlviij

seculi vt resurgāt mortui. Sed resurgant nūc in mēte: tunc in carne. Resurgāt nunc in mente p verbū dei filiū dei: resurgent tunc in carne p verbū carnē factū filiū hominis: Neqȝ enī ad iudiciū viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ pater ipse venturus ē: nec tamē recedit a filio pater. Quomō ergo non ipe venturus ē? Quia nō ipse videbit in iudicio. Videbūt in quē pupugerūt. Forma illa erit iudex que stetit sub iudice: illa iudicabit que iudicata est. Iudicata eīn iniqꝫ: iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui: ⁊ ipsa apparabit. Etenī forma dei: quō appareat iustis ⁊ iniustis? Nam si iudiciū nō fieret nisi inter solos iustos: appareret tanquā iustis forma dei. Quia vō iudicium futurū ē iustoꝝ ⁊ iniquoꝝ / nec licet vt iniq̄ videāt deū. Beati enī mūdo corde quia ipsi deū videbunt: Talis apparebit iudex qualis videri possit / ⁊ ab eis q̄s coronaturus ē: ⁊ ab eis quos damnaturꝰ est Forma ergo serui videbit: occulta erit forma dei. Occultꝰ erit in seruo filius dei ⁊ apparebit filius homīs: quia ptātem dedit ei ⁊ iudiciū facere quia filiꝰ homīs ē: Et qa ipse solꝰ appebit in forma serui: pr̄ aūt nō appebit quia nō est indutꝰ forma serui: Ideo supius ait. Pater nō iudicat quēquā: sed omne iudiciū dedit filio. Bene ergo dilatū ē: vt ipe esset expositor q̄ ppositor. Supiꝰ eīn occultū erat / nūc aūt vt arbitror manifestū ē: quia dedit ei potestatē ⁊ iudiciū facere: quia pater nō iudicat queq̄ / sed omne iudiciū dedit filio Quia iudiciū per illā formā futurū ē quā nō habet pater. Et quale iudiciū? Nolite mirari hoc: quia venit hora: non ea q̄ nūc est vt resurgant aīe: sed que futura ē vt resurgant corpa: Expressius hoc dicat vt calumniā hereticus negator resurrectiōis corpis nō inueniat: quāq̄ iā intellectꝰ elucescat. Cū supius dictū esset / venit hora / addidit ⁊ nunc est Modo aūt / venit hora et nō addidit / et nunc est. Tamē oīs ansas / omēs clauiculas calumniarū: oēs nodos laqueorū: apta veritate disrumpat. Nolite mirari hoc: quia venit hora in q̄ omēs qui in monumentis sunt.

k Quid euidentiꝰ / quid expressius? Corpora sunt in monumentis: anime nō sunt in monumētis: nec iustoꝝ nec iniquorum Iusti aīa in sinu abrahe fuit: iniqua anima apud īferos torquebatꝰ In monumētis nec illa nec illa. Supuis quādo ait venit hora et nūc est: obsecro intendite Nostis fratres quia ad panem ventris cū labore puenitꝰ: quanto magis ad panē mētis: Cū labore statis et auditis: sȝ nos cū maiore stamus et loquimur Si laboramus ppter vos: conlaborare non debetis ppter eos dē vos Supius ergo cū diceret vēit hora adderet ⁊ nūc est: quid subiecit? Quādo mortui audiēt vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Nō dixit oms mortui audiēt et qui audierint viuent. Mortuos eīn iniquos volebat intelligi. Et nunquid oms iniqui obaudiūt euangelio? Aperte dicit apl's: sed non omēs obaudiūt euangelio. Tamen qui audiūt viuent: quia omēs q̄ obaudiūt euangelio trāseunt ad vitā eternam p fidem. Non tamē omēs obaudiūt et hoc nunc est. At vero in fine omēs qui sunt in monumētis: hoc est: iusti et iniusti audient vocem eius et procedent Quomodo noluit dicere et viuent? Omnes enim pcedēt: sȝ non omēs viuent: In eo quippe quod supra dixit / et qui audierint viuēt: in ipsa audicione vitā eternaȝ intelligi voluit et beatam: quā nō omnes habebūt qui de monumētis pcedent. Iā ergo et cōmemoracione monumētorū, et exp̄ssione pcessionis de monumētis: apte intelligimus corpoꝝ resurrectionē. Audiēt omēs vocem eius et pcedēt. Et vbi iudiciū: si omēs audiēt et omēs pcedēt? Si omnes audiēt et omnes pcedēt: quasi totū cōfusum est: nihil video discretum. Certe accepisti potestatem iudicandi: q̄a filius hominis es. Ecce aderis in iudicio resurgent corpora: de ipso iudicio dic aliquid: hoc est: de discrecione malorum et bonoꝝ Et hoc audit Qui bene fecerūt in resurretcionē vite ⁊ qui male egerunt in resurrectionem iudicii. Supius cum de resurrectione mētium et animaꝝ loquereꝰ: nūquid fecit discretionem Sed omnes qui audient viuent: quia obaudiendo viuēt. At vero resurgēdo et pcedēdo de monumentis: non omēs ad vitam eternā ibunt sȝ qui bene fecerūt Qui autē male / ad iudiciū. Hic enim iudiciuȝ p pena posuit. ⁊ erit direptio nō q̄lis mō est. Nam et modo separamur non locis sȝ

Alia lr̄a filij dei

Alia lr̄a bona L Alia lr̄a vō mala

moribus: affectioib⁹/ desiderijs /fide/spe/ charitate: Simul enim cuȝ iniquis viuim⁹ sed non vna vita ē omniū. In occulto dirimimur/ in occulto separamur: quō grana in aera: nō quomō grana in horreo: Et separanť grana in aera ⁊ miscenť. Separātur cū a palea expoliantur: miscenť /quia nōdum ventilanť. Tunc apta erit separatio/sicut mox sic ⁊ vite: Sicut sapiētie ita ⁊ corpoꝝ. Eunt qui bene fecerunt viuere cum angelis dei: qui male egerūt: torqri cum diabolo ⁊ angelis eius: ⁊ transiet forma serui. Ad hoc certe pręsētauerat vt faceret iudiciū: post iudiciū perget hinc: ducet secum corpus cui caput est: ⁊ offeret regnū deo. Tunc plane videbitur forma di que non potuit videri ab iniquis: quorū visioni forma serui exhibenda erat. Dicit et alibi sic/ ibunt isti in cōbustionē eternā de quibusdā sinistris: iusti aūt in vitā eternam. De qua alio loco dicit. Hec ē aūt vita eterna: vt cognoscant te vnū veꝝ deū/ ⁊ quē misisti iesum xpm. Tunc ibi apparebit: qui cum in forma dei esset/non rapinā arbitratus ē esse se equalem deo. Tūc se ostēdet: quomodo se dilectorib⁹ suis ostēsurum pmisit. Qui eni diligit me ait mandata mea custodit: ⁊ qui diligit me diligetur a patre meo/ ⁊ ego diligā eum: ⁊ ostendam me ipm illi. Quibus loquebať psens eis erat: Sed formā serui videbant: formā aūt dei non videbant. Per iumentum ad stabulum ducebanť curandi: sed sanati videbunt/quia ostendā inquit me ipsum illis: Quomodo ostendiť equalis patri /cū dicit philippo: qui me videt /videt ⁊ patrē meū. Non possum ego a meipo facere quicqȝ: sicut audio iudico ⁊ iudiciū meū iustum est. Et quia dicturi illi eramus: si tu iudicabis / ⁊ pater non iudicabit quia omne iudiciū dedit filio/nō ergo scdm patrē iudicabis: adiecit. Non possum ego a meipso facere quicquā: sed sicut audio iudico/ ⁊ iudicium meū iustuȝ est: Quia non quero voluntatem meā: sed voluntatē eius q̄ misit me. Certe filius quos vult viuificat: non querit voluntatem suam/sed voluntatē eius qui misit illum. Non meā non ppriā: Nō meam/non filij hominis: Non meā que resistat deo. Faciunt enim homines voluntatem suā/non dei: quando faciunt quod volunt nō quod iubet deus. Quādo aūt faciūt qd volūt vt tū sequať volūtatē di: nō faciūt volūtatē suā q̄uis quod volūt faciant: Volens fac quod iuberis: atq̧ ita ⁊ hoc facias quod vis: et non voluntatē tuam facies sed iubētis. Quid ergo sicut audio iudico: Audit filius ⁊ demonstrat ei pater: Et videt filius patrē facientem. Et ista distuleramus paulo enucleatius p viribus pertractare: si tempus nobis pacta lecctione ⁊ vires remanserint. Si dicā me posse loqui adhuc: forte ⁊ vos audire iam non potestis: Item forte auiditāte audiēdi dicitis possum⁹. Melius ē ergo vt ego infirmitatem meā fatear/ qui iam fatigat⁹ loqui non possum: q̄ vt vobis iaȝ bene saciatis: adhuc infundam quod non bene digeratis. Proinde hui⁹ pmissiōis quā ad hodiernum tempus si superesset distuleram: tenete me adiuuante domino in crastinum debitorem

Explicit tractatus. xix. Incipit tractatus. xx. De eo quod scriptū ē in euangelio circa iohannē Amē amē dico vobis nō potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit patrem facientem: Quecūq̧ enim pater facit. hec eadem ⁊ filius facit similiter.

Verba domini a nostri iesu christi maxime que iohānes cōmemorat euangelista. qui non sine causa super pectus domini discumbebat/nisi vt secreta altioris sapientie eius ebiberet. ⁊ qd amādo biberat: euangelizando ructaret ita secreta sunt ⁊ profunde intelligentie: vt omēs turbent qui peruerso sunt corde/ ⁊ omnes exerceāt qui recto sunt corde. Proinde animaduertat caritas vestra: ad hec pauca que lecta sunt. Videamus si quomō possumus donante ⁊ adiuuāte ipso qui verba sua nobis voluit recitari: que tunc audita atq̧ conscripta sunt vt modo legerētur: quid sibi velit quod audistis dicere. Amen amen dico vobis nō pt fili⁹ a se facere quicqȝ/nisi qd vidrit patrē facientē: Quecūq̧ eni pr facit:

Joh. xiiij

hec eadē ꝛ filius facit similiter. Ubi
autē nat⁹ sit sermo iste: cōmemorādi estis
ꝑpter superiora lectionis: vbi curauerat
dominus quendā inter illos/qui quinq̄
porticibus piscine illius salomonis iace-
bat: cui dixerat. Tolle grabatum tuum: ꝛ
vade in domū tuam. Hoc aūt fecerat sab
batis: Unde pturbati iudei calumniaban
tur: quasi euersorem ꝛ p̄uaricatorē legis.
Tunc eis dixerat. Pater meus vsq̄ mo-
.v do operat᷑: ꝛ ego operor. Illi enim carna-
liter sapientes: sabbati obseruatōem puta
bant dn̄m post laborem fabricati mundi
vsq̄ ad hunc diem quasi dormire: ꝛ ꝑpte
rea sanctificasse illum diē: ex quo cepit ve
lut a laboribus requiescere. Est aūt sacra
mentū sabbati antiquis patribus nostris
preceptum/quod nos christiani spūaliter
obseruamus: vt ab omni seruili opere. id
est: ab omni peccato quia dn̄s dixit/omis
qui facit peccatum seruus ē peccati/absti
neamus nos: ꝛ habeamus quietē in corde
nostro: id ē: tranquillitatē spūalem. Et q̄
uis in hoc seculo id conemur/ad eā tamē
requiē ꝑfectam nō ꝑueniemus: nisi cū de
hac vita exierimus. Sed ideo dictū ē deū
requieuisse: quia iā creaturā nullam cōde
bat postq̄ ꝑfecta sunt omnia. Quietē ve-
ro propterea appellauit scriptura: vt nos
ammoneret post bona opera quieturos.
Sic enim scriptū habem⁹ in genesi. Et fe-
c. ij cit deus omia bona valde: ꝛ requieuit de
us die septimo. Ut tu hō cū attēdis ipsū
post bona opera requieuisse: non tibi spe-
res requiem/nisi cum bona fueris opera-
tus. Et queadmodū deus postea quā fe-
cit hominē ad imaginem ꝛ similitudinem
suam sexto die/ꝛ in illo ꝑfecit omnia opa
sua bona valde: requieuit septimo die:
sic et tibi requiē nō speres nisi cū redieris
ad similitudinē dei in quā factus es: quā
peccādo perdidisti. Non enim dominus
laborasse dicendus est: qui iussit ꝛ facta
sunt. Quis ē qui post tantam operis facili
tatē quasi post laborē velit requiescere?
Si iussit: ꝛ aliqd ei restitit ꝛ non ē factū/ꝛ
vt fieret laborauit: merito dicatur post la
borem requieuisse. Cum vero et in ipso li
bro geneseos legam⁹ Dixit deus: fiat lux
et facta est lux/dixit deus/fiat firmamētū/
et factum est firmamētum/et cetera i ver-
bo eius continuo facta. Cui rei attestat᷑ et
psalmus dicens: ipse dixit et facta sunt/ip
se mandauit et creata sunt: quomodo p⁹
mundum factum/requiem quasi vt cessa-
ret requirebat: qui in iubēdo nunq̄ labo-
rauerat? Ergo illa mistica sūt: et ꝑpterea
ita posita vt nobis requiem speremus p⁹
hanc vitam: si bona opera fecerimus. Jdo
dominus retundens impudentiā et erro-
rem iudeorum et ostendens eos nō recte
sapere de deo: ait illis scandalizantibus/
quod sabbato operabatur hominū sanita
tem. Pater meus vsq̄ modo operatur: et
ego operor. Nolite ergo putare quia sab
bato ita requieuit pater meus/vt ex illo
non operetur: sed sicut ipse nūc operatur
operor ꝛ ego. Sed sicut pater sine labore:
sic et filius sine labore. Dixit deus ꝛ facta
sunt: dixit xp̄s languēti/tolle grabatū tu-
um ꝛ vade in domū tuam: et factū ē. Ca-
tholica autē fides habet/q̄ p̄ris ꝛ filij ope
ra insepabilia sunt ¶ Hoc ē quod volo si
possum loqui charitati vestre. Sed scd̄m B
illa verba dn̄i qui pōt cape capiat: q̄ autē
cape nō pōt/nō mihi ascribat/sed tardi-
tati sue: ꝛ cōuertat se ad illum/q̄ cor ape-
rit vt infundat quod donat: Postremo ꝛ
si quisquā ꝑpterea non intellexerit/quia
nō a me sic dictū est vt dici debuit: igno-
scat humane fragilitati et supplicet diuine
bonitati. Habem⁹ enī int⁹ mg̃rm xp̄m: qc
quid p aurē vr̄am ꝛ os meū cape nō potu
eritis: i corde vr̄o ad eū cōuertimini: qui
et me docet qd loquor: ꝛ vob queadmo-
dū dignat᷑ distribuit/qui nouit q̄d det/et
cui det. aderit petēti/aperiet pulsanti: ꝛ si
forte non dederit: nemo se dicat desertū.
Forte enī aliqd dare differt: sed neminē
esurientē relinqt. Si eīn nō dat ad horam
exercet querentē: nō cōtēpnit petentem.
Uidete ḡ ꝛ attēdite q̄d velim dicere: ꝛ si
forte nō possim: catholica fides h̄ hꝫ firma
ta spū dn̄i in sctīs ei⁹ cōtra oēm hereticā
prauitatē: quia p̄ris ꝛ filij opa insepabilia
sunt. Quid ē q̄ dixi? Quō ip̄e pr̄ ꝛ filius
inseparabiles sunt. sic ꝛ opa p̄ris ꝛ filij inse-
pabilia sūt. Quō pr̄ ꝛ fili⁹ isepabiles sūt?
Quia ip̄e dixit: ego ꝛ pr̄ vnū sum⁹: quia
pater ꝛ fili⁹ nō sunt duo dij sed vn⁹ de⁹:
v̄bū ꝛ cui⁹ est verbū vnus et vnicus de⁹:
vnus pr̄ ꝛ fili⁹ caritate cōplexi/vnusq̄ ca
ritatis spūs eorꝫ: vt fiat trinitas pr̄ et fili⁹
et spūssanct⁹. Nō ergo tm̄ p̄ris ꝛ filij/sed

et spūssancti sicut equalitas ꝛ insepabilitas psonarum; ita etiā opa inseparabilia sunt? Adhuc planius dicā: quid sit opa insepabilia sunt. Non dicit catholica fides/ quia fecit deus pr̄ aliquid/ ꝛ fecit fili⁹ aliquid aliꝰ: sed qꝺ fecit pater: ꝛ filius fecit ꝛ spūsctūs fecit. Per verbū enī facta sūt omīa: Quādo dixit et facta sunt: p verbū facta sunt: per christū facta sunt. In principio enī erat verbū/ ꝛ verbū erat apꝺ deum/ ꝛ deus erat verbū/ omnia p ipm̄ facta sunt. Si omnia p ipm̄ facta sunt: dixit de⁹ fiat lux/ ꝛ facta ē lux: in verbo fecit: p verbum fecit. Ecce ergo nūc audiuim⁹ euangeliū cū respōderet stomachantib⁹ iudeis: q꞉ non solū soluebat sabbatū sed ꝛ patrē suū dicebat deū: eq̄lem se faciens deo Sic enī scriptum ē in supiori capitulo. Cū ergo tali eoꝝ errāti indignationi dei fili⁹ et veritas responderet ait. ¶ Amē amē dico vobis nō p̄t fili⁹ a se facere q̄c quā: nisi qꝺ viderit pr̄em faciente. Tanq̄ diceret. Quid scādalizati estis q̄a pr̄ez meū dixi deū: quia equalē me facio deo? Ita sum eq̄lis: vt ille me genuerit. Ita sum equalis: vt nō ille a me/ sed ego ab illo sim. Hoc enī intelligit̄ in his v̄bis: nō pōt a se filius facere quicq̄ nisi qꝺ viderit pr̄em facientē: hoc est: quicq̄d filius habet vt faciat/ a pr̄e habꝫ vt faciat. Quare habet a pr̄e vt faciat? Quia a pr̄e habꝫ vt filius sit: quia a patre habet vt possit: quia a patre habet vt sit. Filio enī hoc est esse qꝺ posse. Homini non ita est: ex ꝯparatione humane infirmitatis/ longe infra iacentis. Utcunq̄ corda sustollite. Et ne forte aliquis nostrū tangat secretū ꝛ quasi coruscatione magne lucis horrescēs: sapiat aliquid ne insipiens remaneat: non tamē se totū sapere putet ne supbiat: ꝛ qꝺ sapuit amittat. Homo aliud ē quod ē: aliud quod potest. Aliquando enī ꝛ ē hō et nō potest qꝺ vult. Aliquādo aūt sic ē hō vt possit quod vult. Itaq̄ aliud est eē ipsius: aliud posse ipsius. Si enim hoc esset eē ipius/ qꝺ est posse ipius: cū vellet posset. Deus aūt cui nō est alia substantia vt sit/ et alia potestas vt possit/ sed cōsubstātiale illi est quicq̄d eius ē/ ꝛ quicquid ē: q̄a deus ē: non alio mō est/ ꝛ alio mō pōt: sed eē ꝛ posse simul habet/ q̄a velle ꝛ facere simul habet. Quia ǧ potētia filij de pr̄e est/ ideo ꝛ substantia filij ꝺ patre est: ꝛ q̄a substātia filij de patre/ ideo potētia filij ꝺ patre ē. Non alia potentia ē in filio ꝛ alia substantia: sed ipsa est potentia que substantia: substantia vt sit: potentia vt possit. Ergo q̄a filius de pr̄e ē: ideo dixit/ nō pōt a se filius facere quicq̄: q̄a nō ē filius a se/ ideo nō pōt a se. Uidet̄ enī q̄si minorem se fecisse cū dixit: nō pōt fili⁹ a se facere quicq̄/ nisi qꝺ viderit pr̄em facientē. Hic erigit ceruicem heretica vanitas: eoꝝ scꝫ qui dicunt filiū minorē eē q̄ pater: minoris potestatis/ possibilitatis: nō intelligentes mysteriū verboꝝ christi. Attendat autē caritas vestra: ꝛ videte quēadmodum in carnali suo intellectu mō turbent̄ in ipsis verbis xp̄i. Hoc aūt pauloante ꝓlocutus suꝫ: quia omīa ꝑuersa corda ꝑturbat: sicut pia corda exercet v̄bū dei: maxime qꝺ p iohannē euangelistā dicit̄. Alta enī per illū dicunt̄: nō qualiacūq̄/ nō que facile intelligant̄. ¶ Ecce iam heretic⁹ si forte audit verba ista: erigit se et dicit nob. Ecce minor est filius q̄ pater. Ecce audi verba filij q̄ dicit: non potest filius a se facere q̄cq̄ nisi qꝺ viderit pr̄ez facientē. Expecta quēadmodū scriptū est. Esto mansuetus ad audiendū verbū vt intelligas. Puta enī me cōturbatū esse his verbis/ q̄ dico equalē ꝑtātem maiestatēq̄ eē pr̄is ꝛ filij: cū audiui/ nō pōt fili⁹ a se facere q̄cquā nisi qꝺ viderit pr̄em facientē. Turbatus his v̄bis q̄ro abs te: q̄ iā tibi videris intellexisse. Nouimus in euangelio filiuꝫ ambulasse sup mare: vbi pr̄em vidit ambulasse sup mare? Hic iam ille turbatur. Pone ergo qꝺ intellexeras: et simul queramus. Quid ergo facim⁹? Uerba domini audiuimus: non potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit pr̄em facientem. Ambulauit ipse sup mare: pater nunquā ambulauit sup mare. Certe non facit filius quicq̄: nisi quod viderit pr̄em faciētem. Redi ergo mecum ad id quod dicebam: ne forte sic intelligēdū sit vt de questione ambo exeamus. Nam ego s̄m fidē catholicam: video quomodo exeam sine offensione sine scandalo. Tu autem circū

clusus: q̄ris qua exeas: Qua intraueras vide. Forte nō intellexisti et hoc quod dixi: quā intraueras vide: ipsum audi dicētem. Ego sum ianua. Non sine causa ergo queris qua exeas/ et non inuenis: nisi quia per ianuā non intrasti: sed per maceriā cecidisti. Ergo queadmoduz potes a ruina tua collige te et intra per ianuā: vt sine offensione intres/ et sine errore exeas. Per xp̄m veni: nec ex corde tuo afferas quod dicas: sed quod ille ostendit: hoc loquere. Ecce fides catholica queadmodū exit de ista ꝓpositione: Ambulauit filius sup mare: Pedes carnis fluctib⁹ imposuit: caro ābulabat: diuinitas gubernabat. Quādo ergo caro ambulabat et diuinitas gubernabat: pat̄ absens erat? Si absēs erat: quomodo ipse filius dicit/ pater autem in

panes: τ duos pisces: sed hec quid sunt ad tãtos? Cũ dixisset philippus interrogatus .cc. denarioꝝ panes non sufficere: quib⁹ tanta illa turba reficeref: erat ibi quidam puer portãs quinq̧ panes ordeaceos τ duos pisces Et ait iesus. Facite homĩes discumbere. Erat autẽ ibi fenum multũ: τ discubuerunt ferme quinq̧ milia hoĩm. Accepit autẽ dñs iesus panes: grãs egit: iussit frangi panes: poni ante discumbentes. Fracti sũt panes: positi ante discũbentes: non iã quinq̧ panes ſ3 qđ adiecerat qui creauerat quod auctũ erat: τ de piscibus q̃ꝫtum sufficiebat. Parũ ẽ turbã illam fuisse satiatam: etiã ut fragmenta resederunt: Et ipsa colligi iussi sunt ne perirent: Et impleuerant xij cophinos fragmentoꝝ. Breuit' vt curram⁹: quinq̧ panes intelligunf .v. libri moysi: merito nõ triticei ſ3 ordeacei: quia ad vetus testamentũ ptinent: Nostis aũt ordeũ ita creatũ: vt ad medullã eius vix pueniaf. vestif enĩ eadẽ medulla tegmĩe palee: τ ipsa palea tenax τ inherens vt cũ labore exuaf. Talis est lrã veteris testamti: vestita tegminib⁹ carnaliũ sacramẽtorũ. Sed si ad ei⁹ medullã pueniaf: pascit et satiat. Ferebat ḡ puer quidã .v. panes τ duos pisces. Si q̃ram⁹ quis fuerit puer iste: forte pp̃ls isrl' erat. Sẽsu puerili portabat: nec mãducabat. Illa enĩ q̄ portabat clausa onerabãt: apta pascebãt. Duo aũt pisces videtf nob significare duas illas ĩ veteri testamẽto sublimes psonas q̄ vngebãf ad pp̃lm sctificandũ τ regẽdũ: sacerdotis et regis. Et ipe venit ĩ mysterio aliquãdo: qui p illas significaf. Uenit aliqñ qui p medullã hordei occultabaf. Uenit ipse vnus vtrãq̧ personã in se portãs sacerdotis τ regis: Sacerdotis p victimaꝫ q̄ seipm obtulit p nobis deo. Regis q2 regimur ab eo: τ apiunf que clausa portabantur. Grãs illi: impleuit p se qđ p vetus testamentũ pmittebaf: τ frãgi iussit panes. Fragendo multiplicati sunt. Nihil veri⁹. Quinq̧ enĩ libri moysi: quã multos libros cũ exponũtur tanquã frangẽdo: id est disserendo fecerunt. Sed in illo ordeo ignorantia primi pp̃li tegebaf: de quo dictũ ẽ: Quãdiu legif moyses: velamẽ sup corda eoꝝ positũ est Nondũ enĩ ablatũ erat velamẽ: quia non dũ venerat xp̃s. Nõ dum velũ templi fuerat illo in cruce pendente cõcisum. Quia ergo ignorãtia pp̃li erat in lege: ppterea illã domini tẽptatõ/ ignorãtiã discipuli dmõstrabat. Nihil igif vacat omia innuũt. sed intellectorẽ requirũt: nã et ipe numer⁹ pasti pp̃li: pp̃lm significabat sub lege constitutũ. Cur enĩ quinq̧ milia erãt: nisi q2 sub lege erant? Que lex q̄nq̧ libris moysi explicaf. Unde τ quinq̧ illis porticib⁹ languidi pdebanf: nõ sanabanf Ille aũt ibi curauit languidũ: qui τ h turbas de quinq̧ panibus pauit. Nã τ sup fenũ discũbebãt. Carnaliter ḡ sapiebãt: τ in carnalibus quiescebãt. Omis enĩ caro fenũ. Que sunt aũt illa fragmenta: nisi q̄ pp̃ls nõ potuit manducare? Intelligant ḡ quedã secretiora intelligẽtie: que multitudo non p̃t cape Quid ergo restat nisi vt secretiora intelligẽtie que nõ põt capere multitudo/ illis credanf qui idonei sunt τ alios docere: sicut erant apl'i? vnde .xij. cophini impleti sunt. Factũ est hoc τ mirabiliter quia magnũ: factũ est τ vtilit'/ q2 spiritualit' factũ est. Qui tũc viderũt ammirati sunt: Nos aũt nõ miramur cũ audimus. Factũ ẽ enĩ vt illi viderẽt: scriptũ ẽ aũt vt nos audirem⁹. Qđ in illis oculi valuerũt: hoc ĩ nobis fides. Cernim⁹ quippe aĩo: qđ oculis nõ potuim⁹. Et p̃lati sum⁹ illis: quõ de nobis dictũ ẽ: Beati qui non vident τ credũt. Addo aũt: quia forte intelleximus qđ illa turba nõ intellexit. Et vere nos pasti sum⁹: q̄ ad medullã ordei puenire potuim⁹. Deniq̧ hoĩes illi qui viderunt: hoc quid putauerunt? Illi inq̄t homĩes cũ vidissent quod fecerat signũ dicebãt: quia hic ẽ vere propheta. Adhuc forte ideo xp̃m pphetam putabãt: quia sup fenũ discũbebant. Erat aũt ille dñs pphetaꝝ: impletor pphetarũ: sanctificator pphetaꝝ: sed et ppheta Nã τ moysi dictũ ẽ. Suscitabo eis pphetã silẽm tui. Similẽ ƀm carnẽ: nõ ƀm maiestatẽ. Et de ipso xp̃o illã dñi pmissionem habere intellectũ: apte in actib⁹ aploꝝ exponif τ legif: Et ipe dñs de se ait: Non est ppheta sine honore: nisi ĩ patria sua: Propheta dñs/ et verbũ dei dñs: τ nullus propheta sine verbo dei pphetat. Cũ pphetis verbũ dei: et pphete verbũ dei Meru

Deut. xviij.

l

erunt priora tempora prophetas afflatos et impletos verbo dei/meruimus nos prophetam ipsum verbum dei. Sic autem propheta christus et dominus prophetarum: sicut angelus christus et dominus angelorum. Nam et ipse dictus est magni consilii angelus. Verumtamen alibi quid dicit propheta? Quia non legatus neque angelus sed ipse veniens saluos faciet eos: id est: ad saluos eos faciendos/non mittet legatum non mittet angelum: sed veniet ipse. Quis veniet? Ipse angelus. Certe non per angelum nisi quia iste sic angelus vt etiam dominus angelorum. Eteni angeli latine/nuncii sunt. Si christus nihil annunciaret: angelus non diceretur. Si christus nihil prophetaret: propheta non diceretur. Exortatus est nos ad fidem et ad capescendam vitam eternam: Aliquid presens annunciauit: aliquid futurum predixit. Ex eo quod presens nunciauit/angelus erat: ex eo quod futurum predixit propheta erat: ex eo quod verbum dei caro factum est: et angelorum et prophetarum dominus erat

Explicit tract. xxiiii. Incipit tract. xxv. Ab eo quod scriptum est Jesus ergo cum cognouisset quod venissent vt raperent eum. vsque ad id quod ait? et omnis qui videt filium et credit in eum habet vitam eternam. et ego resuscitabo eum in nouissimo die

a Hesternam ex euangelio lectionem: ista est hodierna que sequitur: vnde hodiernus sermo debetur. Facto illo miraculo vbi quinque milia hominum de quinque panibus pauit iesus: cum admirate essent turbe et eum magnum prophetam dicerent qui venit in mundum: sequitur hoc. Jesus ergo cum vidisset quia venerant vt raperent eum et facerent eum regem fugit iterum in montem ipse solus. Datur intelligi quod dominus cum sederet in monte cum discipulis suis/et videret turbas ad se venientes descenderat de monte: et circa inferiora loca turbas pauerat. Nam quomodo fieri potest vt rursus illuc fugeret: nisi ante de monte descenderet? Significatur ergo aliquid quod dominus de alto descendit ad pascendas turbas: pauit et ascendit. Quare autem ascendit cum cognouisset quia eum vellent rapere et regem facere? Quid enim? Non erat rex: qui timebat fieri rex? Erat omnino. Nec talis rex qui ab hominibus fieret: sed talis rex qui hominibus regnum daret. Nunquid forte hic aliquid significat nobis iesus: cuius verba facta sunt? Ergo in hoc quod voluerunt eum rapere et regem facere: et propter hoc fugit in montem ipse solus: hoc in illo factum tacet. Nihil loquitur/nihil significat? An forte hoc erat rapere eum: preuenire velle tempus regni eius? Eteni venerat modo: non iam regnare: quomodo regnaturus est/in eo quod dicimus/adueniat regnum tuum. Semper quidem ille cum patre regnat secundum quod est filius dei/verbum dei: verbum per quod facta sunt omnia. Predixerunt autem prophete regnum eius etiam secundum id quod est factus christus: et fecit fideles suos christianos. Erit enim regnum christianorum quod modo colligitur: quod modo comparatur: quod modo emitur sanguine christi. Erit aliquando manifestum regnum eius: quando aperta erit claritas sanctorum post iudicium ab eo factum: quod iudicium supra ipse dixit: quod filius hominis facturus sit. De quo etiam apostolus dixit: cum tradiderit regnum deo et patri. Unde etiam ipse ait. Venite benedicti patris mei percipite regnum: quod vobis paratum est ab inicio mundi. Discipuli autem et turbe credentes in eum: putauerunt illum sic venisse vt etiam regnaret. Hoc est velle rapere et regem facere. preuenire velle tempus eius: quod ipse apud se occultabat vt oportune proderet: vt oportune in fine seculi declararet. Nam vt noueritis quia regem eum volebant facere: id est anteuenire: et iam habere manifestum christi regnum/quem primo oportebat iudicari et deinde iudicare: vbi crucifixus est: et illi qui in eum sperabant spem resurrectionis eius perdiderant resurgens a mortuis inuenit inde duos cum desperatione sibi sermocinantes/et cum gemitu que gesta fuerant colloquentes: et apparens eis velut incognitus/cum oculi eorum tenerentur ne ab eis agnosceretur. sermonem tractantibus miscuit: illique narrantes ei vnde sermocinarentur dixerunt: quod ille magnus propheta in factis et dictis occisus esset a principibus sacerdotum: et nos inquiunt sperabamus/quia ipse esset redemptio israel. Recte sperabatis/verum sperabatis: in illo est redemptio israel. Sed quid festinatis? Rapere vultis. Illud etiam indicabat nobis hunc sensum: quia

Marginal notes: "al. venturi essent" (beside "quia venerant"); "Lu. xxiiii" (beside "le magnus propheta")

tum eū quererent discipuli de fine dixerunt ei. Si hoc in tempore representabis et quando regnum israel? Iam enim esse cupiebant/iam volebant: hoc est rapere et regem facere. Sed ait discipulis: q₂ adhuc solus ascensurus erat. Non inq̄t ē vestrum scire tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate? Sȝ accipietis virtutem ex alto spiritūsanctū supuenientem in vos: ⁊ eritis mihi testes in hierusalē et in omni iudea ⁊ samaria: ⁊ vsq₃ ad fines terre Vultis vt iam exhibeā regnū: prius colligam quod exhibeā: Altitudinē amatis ⁊ altitudinem adispiscimini: sed per humilitatem me sequimini. Sic de illo etiam predictum est: ⁊ ꝯgregatio populorum circumdabit te: ⁊ ꝑpter hanc in altum regredere: id est vt circumdet te congregatio populoꝝ. vt multos colligas: regredere in altum. Sic fecit. pauit ⁊ ascendit ¶ Quare autem dictum est fugit? Neq₃ enī vere si nollet teneretur/si nollet caperetur: qui si nollet nec agnosceret. Nā vt noueritis hoc mystice factum nō ex necessitate sed ex significatiōe dispositiōe: modo in consequenti videbitis: quia eis secundo turbis que eum querebant apparuit: et cū eis loquēs multa eis dixit: multa de pane celesti disputauit. Nonne cum ipsis de pane disputans erat: a quibus ne teneretur aufugerat? Non ergo et tunc poterat agere vt non ab eis cōprehenderetur: queādmodum postea quando cum eis loquebatur? Aliquid ergo significauit fugiendo. Quid est ergo fugit? Nō potuit intelligi altitudo eius. Quicquid enim non intellexeris: fugit me dicis.

Ergo fugit iterū in montem: ⁊ ip̄e solus. primogenitus a mortuis ascendēs sup omnes celos et interpellans ꝓ nobis. Interea illo sursuȝ posito solo sacerdote magno qui intrauit ī interiora veli/ foris populo constituto. Hunc enim sacerdos ille in lege veteri significabat qui hoc semel in anno faciebat: Illo ergo sursuȝ posito: discipuli ī nauicula quid patiebant? Nam illo in altis constituto: nauicula illa ecclesiam significabat. Si non hoc primo ī ecclesiā intelligimus quod illa nauicula patiebat: non erant illa significantia sed simpliciter transeuntia: Si autem videm⁹ exprimi in ecclesia veritatem illarum significationū: manifestum quia facta christi genera sunt locutionum. Ut autem sero factū est inquit: descenderūt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauiculā: venerūt trāsmare ī capharnaū. Cito dixit finitū quod postea factum est. Venerunt transmare in capharnaum: et redit vt exponat quemadmoduȝ venerunt: q₂ per stagnū nauigātes transierunt: et dum nauigarent ad eū locum quo eos venisse iam dixit/recapitulādo exponit q̄d acciderit. Tenebre iā facte erāt: ⁊ nō venerat ad illos iesus. Merito tenebre. quia lux non venerat. Tenebre iam facte erant: ⁊ non venerat ad eos iesus. Quātū accedit finis mūdi: crescunt errores: crebrescunt terrores: crescit iniquitas: crescit infidelitas. Lux deniq₃ que caritas apud iohānē ipsū euāgelistam satis aperteq₃ monstratur/ita vt diceret. Qui odit fratrē suū in tenebris ē: creberrime extinguitur. Crescunt ire ⁊ tenebre odioꝝ fraternoꝝ quotidie crescunt et nondum venit iesus. Unde apparet q̄a crescūt? Quomodo abundauit iniquitas refrigescet caritas multorum. Crescunt tenebre: et nondum venit iesus. Crescentibus tenebris refrigescente caritate/abundante iniquitate: ipsi sunt fluctus nauem tubrantes. Tempestates et venti: clamores sunt maledicorum. Inde caritas refrigescit: inde fluctus augentur: ⁊ turbatur nauis Uento magno flāte mare exurgebat. tenebre crescebant: intelligentia minuebatur: iniquitas augebatur.

¶ Cum remigassēt ergo quasi stadia vigintiquinq₃ aut triginta: Interea ambulabant. promouebant. nec venti illi et tempestates et fluct⁹ et tenebre id agebant: vt vel nauis non promoueretur vel soluta mergeretur: sed inter illa omīa mala ibat. Etenim quia abundauit iniquitas et refrigescit caritas multorum /crescunt fluctus /augentur tenebre/ seuit ventus: sed tamen nauis ambulat. Qui enim perseuerauerit vsq₃ in finē: hic salu⁹ erit. Nec ipse stadiorum numerus contempnendus est. Neq₃ enim vere posset nihil significare quod dictum est/ cum remigassent stadia vigintiquīq₃ aut triginta: tūc ad eos

venit iesus. Sufficeret aut. xxv. aut. xxx. maxie qr estimātis erat ñ affirmātis. Nun qd periclitaret veritas i estimāte si dicer ret stadia ferme triginta aut stadia ferme vigītiquiqꝫ: sꝫ ex viginti qnqꝫ fecit trigi ta. Queramus numerum vigesimumqui tum: vnde constātvnde fiunt: De quina rio. Quinarius ille numerus ad legem p tinet. Ipsi sunt. v. libri moysi: ipsi sūt qn qꝫ porticus ille languidos continentes: ip si quinqꝫ panes quinqꝫ milia hominū pa scentes. Ergo legem significat numer⁹ vi cesimusqunitus. Quomodo quinqꝫ per quinqꝫ: id est: quinquies quini: faciunt vi gintiquinqꝫ/ quadratum quinarium. Sed huic legi antequā euangelium veniret de erat perfectio. Perfectio autem in sena rio numero comprehenditur: pptere sex diebus deus mundum perfecit: et quinqꝫ ipsa per sex multiplicentur. vt lex per euā geliuꝫ adimpleatur. vt fiant sexies quini: triginta. Ad eos ergo qui implent legem: venit iesus. Et venit. Quomodo: Calcās fluctus/ omnes tumores mundi sub pedi bus habens: omnes celsitudines seculi p mens. Hoc agitur quantum additur tem pori: et quantum accedit etas seculi. Au gent i isto mūdo tribulatōes. augēt mala augent ꝯtriciones: exaggerant hec omia Jesus transit calcās fluctus: et tamen tan te sunt tribulationes vt etiam ipsi qui cre diderunt in iesum et qui conātur perseue rare in finem expauescāt ne deficiāt. Chri sto fluct⁹ calcante seculi ambitiones ꝛ al titudines deprimēte: expauescit christia nus. Nonne hec illi predicta sunt: Meri to et iesu in fluctibus ambulante timue runt: quomodo christiani quāuis haben tes spem in futuro seculo: quādo viderit deprimi altitudinem seculi hui⁹: plerumqꝫ cōturbantur de contritione rerum huma narū. Apiunt euāgeliū/ apiunt scripturas diuinas et inueniunt ibi ista omnia predi cta: qa h dn̄s facit. Deprimit celsitudines seculi vt ab humilib⁹ glorificet. De quo rum altitudine pdictuꝫ est: ciuitates firmis simas destrues: ꝛ inimici defecerunt fra mee in fineꝫ et ciuitates destruxisti. Quid ergo timetis xpiani: Xp̄s loquitur. Ego sum: nolite timere. Quid hec expaue scitis: Quid timetis: Ego ista pdixi ego

Hic preterit textus vidēt iesuꝫ. vsqꝫ ꝛ timuerunt:

Text⁹ habꝫ Ille aūt dic

facio: necesse est vt fiant. Ego sum noilte timere. Voluerunt ergo accipere in nauim: agnoscentes et gaudentes secu ri facti. ꝛ statiꝫ fuit nauis ad terram qua ibat. Factus est finis ad terram: de humido ad solidum: de turbaro ad firmū de itinere ad finem ¶ Altera die turba q stabat trāsmare. vnde illi venerant: vidit qa nauicula alia nō erat ibi nisi vna: ꝛ quia nō introisset cum discipulis suis in nauem sed soli discipuli eius abissēt alie vero sup uenerūt naues a tiberiade: iuxta locū ubi māducauerūt panē grās agentes domino: cū ergo vidisset turba quia iesus nō eēt ibi neqꝫ di scipuli eius: Ascēderūt in nauicu culas: et venerunt capharnaum q rētes iesum. Insinuatum tamen est illis tam magnum miraculum. Viderunt enim quod discipuli soli ascendissent in nauim et quia alia nauis non ibi erat. Venerunt autem inde ꝛ naues iuxta locum illū vbi manducauerunt panes: in quibus eū tur be secute sunt cū discipulis suis. Ergo nō ascenderat: alia nauis illic non erat. Un de subito transmare factus est iesus: nisi quia super mare ambulauitvt miraculum monstraret: Et cū iuenissēt euꝫ turbe Ecce represent at se turbis: aquibus se ra pi timuerat et in montem fugerat. Omni no confirmat et insinuat nobis in misterio dicta esse illa omnia: et facta in magno sa cramento vt aliquid significarēt. Ecce est ille qui in montem fugerat turbas: nōne cum ipsis turbis loquitur: Modo teneāt modo regem faciant. Et cuꝫ iuenissent eū transmare dicunt ei Rabbi quan do huc venisti: Ille post miraculi sa cramentum et sermonem infert: vt si fieri potest qui pasti sunt/ pascantur: et quorū satiauit panibus vētres/ satiet ꝛ ꝑmonib⁹ mentes: sed si capiūt. ꝛ si ñ capiūt: sumat qd capiūt ne fragmēta peant. Loquatur & et audiamus. Respōdit iesus ꝛ dixit Amen amen dico vobis: queritis me: non quia vidistis signa: sed quia māducastis ex panib⁹ meis

D

Al. ibe

Al. dei

Textu bet. E rati est

Propter carnem me queritis: non propter spiritum: Quam multi non querunt iesum: nisi vt illis faciat bene secundum tempus. Alius negotium habet: querit intercessionem clericorum. Alius premitur a potentiore: fugit ad ecclesiam: Alius pro se vult interuenire apud eum apud quem parum valet. Ille sic: ille sic. Impletur quotidie talibus ecclesia: Uix queritur iesus propter iesum. Queritis me: non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus: **Operamini cibum non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam.** Queritis me propter aliud: querite me propter me Seipsum kmu dominus insinuat istum cibum: quod in sequentibus illucessit: **quem filius hominis dabit vobis:** Expectabas credo iterum panes manducare/iterum discumbere/iterum saginari: sed dixerat cibum non qui perit sed qui permanet in vitam eternam: Quomodo dictum fuerat mulieri illi samaritane. Si scires quis est qui petit a te bibere: tu forsitan postulasses ab eo: et daret tibi aquam viuam. Cum illa diceret: vnde tibi quandoquidem non habes haurito rium et puteus altus est: samaritane respondit: Si scires quis a te petit bibere/ tu petisses ab eo et daret tibi aquam viuam: vnde qui biberit amplius non sitit. Nam de hac aqua qui bierit sitiet iterum. Et gauisa est illa et voluit accipere quasi non passura sitim corporis que labore hauriendi fatigabat: et sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potum spiritualem Omnino isto modo et hic. Hunc ergo cibum operamini non qui perit sed qui permanet in vitam eternam: quem filius hominis dabit vobis. **Hunc enim pater signauit deus.** Istum filium hominis nolite sic accipere quasi alios filios hominum: de quibus dictum est. Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadam gratia spiritus et secundum carnem filius hominis exceptus a numero hominum: filius hominis est Iste et filius hominis et filius dei est. Iste homo etiam deus est. Alio loco interrogans discipulos ait. Quem

Math. xvi. dicunt esse homines filium hominis: Et illi: Alij iohannem: alij heliam. alij hieremiam: aut vnum ex prophetis. Et ille Uos vero quem me dicitis esse: Respondit petrus. Tu es christus filius dei viui. Ille dixit se filium hominis: et petrus eum dixit filium dei viui. Optime ille commemorabat quod misericordie exhibuerat. Ille commemorabat quod in claritate permanebat. Uerbum dei commendabat humilitatem suam: homo agnoscit claritatem domini sui: Et reuera fratres: puto quia iustum est. Humiliauit se propter nos: glorificemus illum nos. Non enim filius hominis propter se est: sed propter nos. Ergo filius hominis erat illo modo: cum verbum caro factum est et habitauit in nobis. Ideo enim hunc deus pater signauit: Signare quid est: nisi proprium aliquid ponere: Hoc est enim signare: imponere aliquid quod non confundatur cum ceteris. Signare: est signum rei ponere. Cuicunque rei ponis signum: ideo ponis signum ne confusa cum alijs a te non possit agnosci. Pater ergo eum signauit. Quid est signauit: Proprium quiddam dedit: ne ceteris compararetur hominibus. Ideo de illo dicatum est: Unxit te deus deus tuus oleo exultationis: pre participibus tuis: Ergo signare quid est: Exceptum habere: hoc est pre participibus tuis: Itaque nolite inquit me contempnere quia filius sum hominis: et querite a me cibum qui non perit: sed permanet in vitam eternam. Sic enim filius hominis sum: vt non sim vnus ex vobis. Sic sum filius hominins: vt pater deus me signaret. Quid est signaret: Proprium aliquid mihi daret /quo non confunderer cum genere humano: sed per me liberaretur genus humanum: **Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus: vt operemur opera dei:** Dixerat enim illis. Operamini escam non que perit sed que permanet in vitam etetnam. Quid faciemus inquiunt: Quid obseruando hoc preceptum implere poterimus. **Respondit iesus et dixit eis: Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit** E

i de cōse. dis. ij. vt quid. iiij. sent. dis. x. ca. j.

ille. Hoc est ergo manducare cibum non qui perit. sed qui permanet in vitam eternam. Ut quid paras dentes et ventrem? Crede: et mādūcasti. Discernitur quidem ab operibus fides/ sicut apostolus dicit iustificari hoīem per fidem sine operibus legis: et sunt opera que videntur bona sine fide xpi et non sunt bona: quia non referuntur ad eum finem ex quo sūt bona. Finis enim legis christus ad iusticiam omni credēti. Jō noluit discernere ab ope fidē sz ipsā fidē dixit eē op⁹ dei. Ipsa est enim que per dilectōnem operat. Nec dixit: hoc est opus vestrum/ sed hoc est opus dei/ vt credatis in eum quem misit ille: vt qui gloriatur in domino glorietur. Quia ergo inuitabat eos ad fidem: illi adhuc querebant signa qbus crederēt. Uide si ñ iudei signa petunt.

Ro. iij

Ro. x.

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum: vt videamus et credamus tibi: quid operaris

Parum ne erat: quod de quinqz panibus pasti sunt? Sciebant hoc quidem: sed huic cibo/ manna de celo preferebant. Dominus autem iesus talem se dicebat: vt se moysi preponeret. Non enim ausus ē moyses dicere quod daret cibum non qui perit sed qui pmanet in vitam eternam. Aliquid pl⁹ iste pmittebat q̄z moyses. Per moysen q̄ppe pmittebatur regnum et terra fluēs lac et mel: temporalis pax/ abundantia filiorū/ salus corporis et cetera omnia/ temporalia quidem/ in figura tamen spiritualia. quia veteri homini in veteri testamento pmittebātur: Attendebant ergo promissa per moysen: attendebant promissa per christum. Ille plenum ventrem pmittebat in terra: sz cibo qui perijt. iste pmittebat cibuz non qui perit: sed qui permanet in vitam eternam. Attendebant eum plus promittentem: et quasi nondum videbant maiora facientem. Attendebant itaqz q̄lia fecisset moyses: et adhuc aliqua maiora volebant fieri ab eo q̄ tam magna promittebat. Quid inquiūt facis vt credamus tibi? Et vt noueritis quia miracula illa huic miraculo comparabant: et ideo quasi minora ista iudicabāt que faciebat iesus.

Patres enī nostri inqunt mānamanducauerunt in deserto.

Sed quid est manna? Forte contempnitis. Sicut scriptum est †Dedit illis manna manducare:

Per moysen patres nostri panem de celo acceperunt: et non est dictum eis a moyse/ operamini cibum qui non perit. Tu promittis cibū qui non perit: sed qui permanet ī vitā eternam: et non talia operaris qualia moyses. Panes ordeaceos ille non dedit: sed māna de celo.

Dixit ergo eis iesus: Amen amen dico vobis non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus† dedit vobis panem de celo† Uerus enī panis ē q̄ de celo descēdit: et dat vitam mundo.

Uerus ergo ille panis qui dat vitam mundo: et ipse cibus est de quo paulo ante locutus sum: operamini cibum qui nō perit: sed qui permanet in vitam eternā. Ergo et illud manna hūc significabat: et illa oīa signa mea erant. Signa mea dilexistis: qui significabatur contemnitis. Non ergo moyses dedit panem de celo. Deus dat panem. Sed quē panem? Forte manna? Nō. Sed panem quē significabat manna: ipsum scilicet dn̄m iesum. Pater meus dat vobis panē verum. Panis enī dei est qui descēdit d celo: et dat vitā mūdo.

Dixerūt ergo ad eū: dn̄e da nobis sēper panē hunc.

Quō mulier illa samaritana cui dictū ē/ qui biberit de hac aq̄ nō sitiet vnq̄z/ cōtinuo illa fm corpus accipiens/ sed tñ carere indigentia volens/ da mihi inquit dn̄e de hac aqua. sic et isti/ domine da nobis panem hunc qui nos reficiat: nec deficiat.

Dixit aūt eis iesus: Ego sum panis vite: q̄ venit ad me nō esuriet et q̄ credit in me nō sitiet† vnq̄z

Qui veīt ad me: h ē qd ait et q̄ credit ī me: et qd dixit ñ esuriet: hoc ītelligēdū est et ñ sitiet vnq̄z. Utroqz illa significat eterna satietas: vbi nulla est egestas.

Ar. pa[nis de] celo do[...] mandu[...]

†Ar. de[...]
†Textu[s ha]bet ven[...]

†Ar. [...]

panem de celo desideratis: ante vos habetis et non manducatis. Sed dixi vobis: quia et vidistis me et non credidistis. Sed non ideo ego populum perdidi. Nunquid enim infidelitas vestra fidē dei euacuauit? Vide enī quod sequitur Omē quod dat mihi pater ad me veniet: et eū q̄ venit ad me n̄ eijciā foras. Quale est intus illud: vnde non exitur foras? Magnum penetrale: et dulce secretū. O secretū sine tedio: sine amaritudine malarum cogitationum: sine interpellatione temptationuz et dolorum. Nonne illud secretum est quo intrauit ille cui dictus ē dn̄s seruo bene merito: euge serue bone et fidelis: intra in gaudium domini tui? Et eum qui veniet ad me nō eijtiam foras: quia descendi de celo nō vt faciam volūtatez meā sed eius qui misit me. Ideo ergo euz qui veniet ad te non eijcias foras. quia descēdisti de celo non facere voluntatem tuam: sed voluntatem eius qui te misit? Magnum sacramētum. Obsecro vos simul pulsemus: exeat ad nos aliquid quod nos pascat/ sm̄ quod nos delectauit. Magnum illud et dulce secretū. Qui veniet ad me. Attende. Attēde et appēde. Qui venit ad me nō eijciā foras. Ergo qui veniet inquit nō eijtiam foras. Quare? Quia descendi de celo: non vt faciam voluntatē meā/ sz voluntatem eius qui misit me. Ipsa est ergo causa quare non eijtias eum foras qui venit ad te: quia non voluntatem tuam facere descendisti de celo sed voluntatem eius qui te misit? Ipsa. Quid ergo querimus vtrum ipsa sit? Ipsa est: ipse loquitur. Qui venerit ad me non eijtiam foras. Et quasi quereres quare? Quia non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius q̄ misit me. Timeo ne foras propterea exierit anima a deo/ quia superba erat: immo non dubito. Scriptum est enim. Initium omis peccati superbia: et initium superbie hominis apostatare a deo. Scriptum est: firmum est: verum est. Deinde quid de superbo dicitur mortali/ accincto pānis/ carnis pgrauato pondere: corruptibili corpore/ et tamen extollenti se/ et obliuiscenti quia pelle vestitus sit? Quid ei dicit scriptura? Quid superbit terra et cinis? Quid superbit? Dicat quid superbit? Quomō in vita sua proiecit intima sua: Quid est piecit, nisi porro iecit? hoc ē exire foras. Etenim intrare intro/ appetere intima est: proijcere ītima/ foras exire ē. Intima proiecit superbus: intima appetit humilis. Superbia eijcimur: humilitate regredimur. Caput omnium morborum superbia: quia caput omniū peccatorum superbia. Medicus quando egritudinem discutit/ si curet quod per aliquā causam factum est: et ipsam causam per quā factum est non curet: ad tempus videtur mederi. Causa manente: morbus repetitur. Verbi gratia: apti us hoc dicam. Humor in corpore scabiem vel vlcera gignit in corpore: fit magna febris et nō paruus dolor. Exhibētur qdā medicamēta q̄ scabiē cōpescāt: et feruorē illū vlceris sedant/ et adhibent et proficiunt: Vides hoīem q̄ fuit vlcerosus et scabiosus sanatū Sz qz humor ille nō eiectus ē: rursus ad vlcus redit. Cognoscēs hoc medicus/ purgat humorē: detrahit cām: et nulla erūt vlcera. Unde ergo abundat iniqtas? Per superbiā. Cura superbiā: et nulla erit iniqtas. Vt ergo causa oīm morborum curaretur: id est: supbia: descēdit et humilis factus ē filius dei. Quid supbis hō? Filius dei propter te hūilis factus est. Puderet te fortasse imitari hūilē hoīem: saltē imitare hūilē deū. Venit filius dei ī hoīe: et hūilis factus ē. Precipit tibi vt sis humilis: non tibi pcipit vt ex hoīe fias pecus. Ille deus factus ē hō: tu homo cognosce quia es hō Tota hūilitas tua ē: vt cognoscas te. Ergo qz hūilitatē docet deus: dixit non veni facere voluntatem meā sed eius volūtatē qui misit me. Hec enim cōmendatio humilitatis ē. Supbia quippe facit voluntatem suaz: hūilitas facit voluntatē dei. Ideo q̄ ad me venerit: nō eijtiā foras: Quare? Quia nō veni facē volūtatē meā: sz volūtatē eius q̄ misit me. Hūilis veni: humilitatē docere veni. Qui ad me venit: incorporatur mihi. Qui ad me venit: hūilis fit. Qui mihi adheret hūilis erit: quia n̄ facit volūtatē suā sed dei. Et iō nō eijcietur foras: quia cū superbus cēt: eiectus ē foras

Marginal notes: xxv. (left, beside "ge serue bone"); B (left, beside "rit anima a deo"); Ecci. x. (left, beside "omis peccati superbia"); Ecci. x (right, beside "ti quia pelle vestitus").

Uide illa interiora cōmēdari in psalmo. Filij autem hominum in protectione ala
rum tuarum sperabunt. Uide quid sit ire
ps. xxxv. intro. vide quid sit ad illius ꝓtectionē cō
fugere: vide quid sit etiā sub verbera pa
tris currere? Flagellat enim omnem filiū
quem recipit. Filij autem hominū in teg-
mine alarum tuarum sperabunt. Et quid
est intus? Inebriabūtur ab vbertate do-
mus tue: Cū miseris intro: intrātes i gau-
diū domini sui inebriabūtur ab vbertate
domus tue et torrēte voluptatis tue po-
tabis eos: quomō apud te ē fōs vite: nō fo
ris extra te: sed intus apud te: et in lu-
mine tuo videbim⁹ lumen. Pretende mi-
serirordiā tuā sciētib⁹ te: ⁊ iusticiam tuā
his qui recto sūt corde. Qui secuntur vo-
lūtatem domini sui: non querētes sua sed
q̄ iesu christi: ipsi sūt recti corde: ipsis nō
commouent̄ pedes. Bon⁹ enim deus isra
hel: rectis corde: Mei autē inquit ille/pe
ps. lxxij. ne commoti sūt pedes. Quare? Quia ze-
laui in peccatoribus pacem peccatorum
intuens. Ergo quibus bon⁹ est deus: nisi
rectis corde? Nam mihi toto corde dis-
plicuit deus. Quare displicuit? Quia de-
dit felicitatē malis. Et ideo nutarūt mi-
hi pedes: quasi sine causa seruissem deo
Ideo ergo mei pene commoti sunt pedes
quia non fui rectus corde. Quid est ergo
rectus corde? Sequens voluntatem dei
Felix est ille: laborat ille. Ille male viuit
et felix est: ille iuste viuit et laborat. Non
indignetur iuste viuens et laborans: int⁹
habet quod felix ille non habet. Non er-
go tristetur: non maceretur. non deficiat:
Felix ille/habet aurum ipse in arca: iste
deum in conscientia: Compara nunc aurū
et deum: arcam et conscientiā. Ille illud
habet quod perit: et ibi habet vnde perit
Iste deum habet et eum qui perire non
potest: et ibi habet vnde auferri nō potest
sed si sit rectus corde. Tuuc enim intrat
et nō exit. Ideo ille dicebat: quomodo
apud te ē fons vite: et nō aput nos Ideo
intrare debemus vt viuamus: non quasi
nobis sufficere vt pereamus: Non quasi
de nostro velle satiari vt arescamus: sed
os ad ipsum fontem ponere: vbi aqua nō
deficit: Quia voluit suo consilio viuere
adam: et lapsus est per eum qui ante ceci
derat per superbiam: qui ei calicem ipsuis
superbie ꝓpinauit. Quia ergo aput te est
fons vite et in lumine tuo videbimus lu-
mē: intus bibam⁹ intus videamus. Qua
re enim inde exitū est? Audi quare. Nō
veniat mihi pes superbie: Ergo ille exijt
cui venit pes superbie: Ostendit q̄a ideo
exijt. Et manus peccatorum non moueat
me: ꝓpter pedem superbie. Quare hoc di
cis? Ibi ceciderunt omnes qui operantur
iniquitatem. Ubi ceciderunt? In ipsa
superbia. expulsi sunt nec potuerūt stare:
Si ergo superbia expulit eos qui non po
tuerunt stare: humilitas intromittit qui
possunt in perpetuū stare. Ideo etenim il
le qui dixit: exultabunt ossa humiliata: p̄-
dixit: auditui meo dabis exultationem et
leticiam. Quid est auditui meo? Audien ps. l.
do te felix sum. De voce tua felix sum. In
tus bibendo: felix sum. Ideo non cado:
ideo exultabunt ossa humiliata: idō ami
cus sponsi stat et audit eum. Ideo stat:
quia audit. De interiore fonte bibit/ideo
stat. Illi q̄ noluerūt de īteriore fōte bibe
re: ideo ceciderūt et expulsi sunt nec po
tuerunt stare. ¶ Doctor itaq; humilitatis h
venit non facere volūtatem suam: sed vo
luntatem eius qui misit illum. Ueniam⁹
ad eum/intremus ad eū/incorporemur ei/
vt nec nos faciam⁹ volūtatem nostrā/sed
voluntatem dei: et non nos eijciet foras
quia membra eius sumus: quia caput no-
strum esse voluit docendo humilitatem.
Ad extremum ipsum audite concionan-
tem. Uenite ad me qui laboratis ⁊ one-
rati estis. Tollite iugum meum super vos
et discite a me quia mitis sum et humilis
corde. Et cum hoc didiceritis: inuenietis
requiem animabus vestris/vnde nō eijci
amini foras? Quia descendi de celo: non
vt faciam voluntatem meam/sed volunta
tem eius qui misit me. Humilitatem do-
ceo: ad me venire non potest nisi humilis
Non mittit foras nisi superbia. quomo-
do non exit foras qui seruat humilita-
tem: et non labitur a veritate. Dicta sunt
quantū dici potuerunt de abscondito sen
sus frēs. Satis enī h̄ latet sensus ⁊ nescio
vtr̄ congruis verbis a me sit depromtus

et exultus: quare ideo non eijciat foras qui venit ad illũ: quia nõ venit facere voluntatẽ suã sed voluntatẽ eius q̃ misit eũ **Hec ẽ autẽ iquit voluntas eius q̃ misit me patris: vt omne quod dedit mihi nõ pdam ex eo** Ipse illi datus est qui seruat humilitatẽ hoc accepit Qui non seruat humilitatẽ: lõge ẽ a magistro humilitatis Ut omne quod dedit mihi non pdam ex eo. Sic non est voluntas in conspectu patris vestri. vt pereat vnus de pusillis istis. De tumentibus potest perire/ de pusillis nihil perit: Quia nisi fueritis sicut pusillus iste non intrabitis in regnum celorum. Omẽ quod dedit mihi pater non perdam ex eo: **sed resuscitabo illũ in nouissimo die.** Uidete quẽadmodum ⁊ hic geminã illam resurrectõem diliniet. Qui venit ad me modo resurgit humilis factus in mẽbris meis: sed et resuscitabo eum in nouissimo die scd̃m carnez **Hec est em̃ volũtas patris mei q̃ misit me: vt omnis qui videt filiũ ⁊ credit in eũ habeat vitã eternã: ⁊ ego resuscitabo eũ i nouissimo die** Superius dixit qui audit verbum meũ et credit ei qui misit me: modo aũt: qui videt filiũ et credit in eum. Non dixit videt filium: ⁊ credit in patrem. Hoc est enĩ credere in filium quod et in patrem: Quia sicut habet pater vitam in semetipso sic dedit et filio vitã habere in semetipso: vt omnis qui videt filium ⁊ credit in eum habeat vitam eternam. Credendo et transeundo ad vitam: tanquã prima illa resurrectione. ⁊ quia non est sola: ⁊ resuscitabo ego eum inq̃t in nouissimo die

ruscitẽ

¶ Explicit tract. xxv. Incipit tracta. xxvi. Ab eo q̃d scriptum est: ⁊ resuscitabo ego eũ in nouissimo die. vsq̃ ad id vbi ait. Hec dixit in sinagoga docens in templo

A

Cum dominus noster iesus christus sicut i euãgelio cum legeretur audiuim⁹ panem se esse dixisset qui de celo descendit murmurauerunt iudei et dixerunt **Nonne hic est iesus filius ioseph: cuius nos nouimus patrẽ et m̃rem Quõ ergo hic dicit quia descendit de celo:** Isti a pane d̃ celo longe erant: nec eum esurire nouerant. Fauces cordis languidas habebant: auribus apertis surdi erant: videbant ⁊ ceci stabant. Panis quippe iste interioris hominis querit esuriẽ. Unde alio loco dicit. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiã: quoniaz ipsi saturabũtur. Iusticiam vero nobis eẽ christum: paulus apostolus dicit. Ac per hoc qui esurit hunc panem: esuriat iusticiam. Sed iusticiã que de celo descendit: iusticiam quã dat deus nõ quã sibi facit homo: Si enim nullam sibi homo faceret iusticiam: non diceret idẽ apostolus de iudeis. Ignorantes enĩ dei iusticiã ⁊ suã volentes constituere: iusticie dei non sũt subiecti. Inde erãt isti qui panem de celo descendentẽ non intelligebant: quia sua iusticia saturati: iusticiaz dei non esuriebãt Quid est hoc: iusticia dei ⁊ iusticia hoĩs: Iusticia dei hic dicitur. non quã iustus ẽ deus: sed quã dat homini deus: vt iustus sit homo per deum. Que autem erat illoꝝ iusticia q̃ d̃ suis virib⁹ p̃sumebant: ⁊ q̃si impletores legis seipsos ex sua virtute dicebãt: Nemo iplet legẽ nisi adiuuerit grã: id est panis qui de celo descendit. Legis enim plenitudo/ compendio vt ait apostolus/ caritas est: caritas non nummi: sed di. caritas non terre/ non celi/ sed ei⁹ qui fecit celum et terrã. Unde ista caritas homini: Ipm audiamus. Caritas inquit dei diffusa est in cordibus nostris: p spiritum sanctũ qui datus est nobis. Daturus ergo dñs spiritũsanctũ dixit se panẽ qui de celo descendit: hortans vt credamus i eũ Credere enim in eũ: hoc est mãducare panem viuum. Qui credit in eum mãducat. inuisibiliter saginatur: quia et inuisibiliter renascitur. Infans intus est: nouus intus est. Ubi nouellatur: ibi satiat. Quid ergo talibus murmurantibus respondit iesus: **Nolite murmurare inuicẽ.** Tanquam dicens. Scio quare non esuriatis: et istum panem non intelligatis neq̃ queratis. Nolite murmurare inuicem **nemo potest venire ad me nisi pr̃ q̃ misit me traxerit eũ** ¶ Magna gra=

Math. v.

Ro. x.

Ro. v.

de cõse. dis. ij. Credere, iiij. sen. ix. c. j. circa prin.

B

tie cõmendatio. Nemo venit nisi tractus Quē trahat ⁊ quē non trahat: quare illũ trahat/et illũ non trahat: Noli velle iudicare si non vis errare. Semel accipe ⁊ intellige. Nõ traheris: ora vt traharis. Quid
ij: sent. li. ij. hic dicimus fratres: Si trahimur ad christum: ergo inuiti credimus. Ergo violētia
dis. xxvj. ca. adhibetur: non voluntas excitatur: Intra
Nõ est tñ re quisquã ecclesiam potest nolens: accedere ad altare potest nolens: accipere potest sacramentũ nolens: credere nõ potest nisi volens. Si corpore crederetur: fieret in nolentibus. Sed non corpore creditur ad iusticiam: Apostolum audi dicentem.
Ro. x. Corde creditur ad iusticiam. Et quid sequitur: Ore autem confessio fit ad salutē. De radice cordis surgit ista confessio. Aliquã audis confitentem: ⁊ nescis ardentē. Vocas confitentem: et nescis credentē. Sed nec dēs vocare ꝯfitētē: quē iudicas nõ credentem. Hoc est enĩ cõfiteri: dicere qđ habes in corde. Si autē aliud ĩ corde habes aliud dicis: loqueris non confiteris. Cum ergo in xp̄m corde credatur/quod nemo vtiq; facit inuitus. Qui autē trahit: tanq̃ inuitus cogi videtur: quomõ istã soluimus questionē: Nemo venit ad me: nisi pater qui me misit traxerit eũ. Si trahit aliqs: inuitus venit. Si inuit⁹ venit nec credit: si non credit nec venit. Nõ enim ad christũ ambulando currimus/sed credendo: nec motu corporis/sed volũtate cordis acce-
Lu. viij. dim⁹. Jõ illa mulier q̃ fimbriã tetigit: magis tetigit q̃ turba q̃ p̄ssit. Jõ dñs dixit qs me tetigit: ⁊ mirãtes discipuli dixerũt. Turba te cõprimit: ⁊ dicis qs me tetigit. Et ille repetiuit. Tetigit me aliquis. Illa tangit: turba premit. Quid est tetigit: nisi credidit: Unde ⁊ mulieri post resurrectõem dixit volenti se mittere ad pedes ei⁹ No-
Joh. xx. li me tangere: nõdũ enĩ ascendi ad patrē. Quod vides: hoc solũ me esse putas. Noli me tangere quid est: Hoc me solum eē putas: quod tibi appareo. Noli me sic credere: hoc est noli me tangere: Nondũ enĩ ascendi ad patrem meum. Tibi nondum ascendi: nam inde nunq̃ recessi. Interea non tangebat stantem: ⁊ quomõ tangeret ad patrem ascendentem: Sic tamen sic se tangi voluit: si tangitur ab eis a quibus bene tangitur: ascendens ad patrem: manens cum patre: equalis patri // Jnde et C
hic si aduertis: nemo venit ad me nisi quē pater attraxerit. Noli te cogitare inuitũ trahi: Trahitur animus et amore. Nec timere debemus ne ab hominibus qui verba perpendunt: et a rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt: ĩ hoc scripturarũ sanctarũ euãgelico verbo: forsitan reprehēdamur: ⁊ dicat nobis. Quomodo voluntate credo si trahor: Ego dico. Parum est voluntate: etiã voluptate traheris. Quid est trahi voluptate: Delectare in dño et dabit tibi petitiones cordis tui: Est q̃dã voluptas cordis: cui panis dulcis ē ille celestis. Porro si poete dicē licuit: trahit sua quēq; voluptas: ñ necẽitas sȝ voluptas: ñ obligatio sȝ delectatõ. q̃nto forti⁹ nos dicere debē⁹ trahi hominē ad xp̄m qui delectat̃ veritate/delectatur beatitudine/delectatur iusticia/delectat̃ sempiterna vita qđ totũ xp̄s est: An vero habent corporis sensus voluptates suas: et animus deseritur a voluptatibus suis: Si animus non habet voluptates suas: vnde dicit̃: Filij autē hominũ sub tegmine alarum tuarũ sperabũt: inebriabunt̃ ab vber- Ps. xxx
tate domus tue ⁊ torrente voluptatis deliciarum tuaꝝ potabis eos: quomõ apud te est fons vite et in lumine tuo videbim⁹ lumen. Da amantem: ⁊ sentit quod dico. Da desiderantem: da feruentem/da ĩ ista solitudine peregrinantem atq; sitientē/et fontē eterne patrie suspirantē: da talē: et scit q̃d dicã. Si aũt frigido loquor: nescit q̃d loquor: Tales erãt isti: q̃ inuicē murmurabant. Pater inquit quē traxerit: venit ad me. Quid est aũt pater quē traxerit: cum ipse xp̄s trahat: Quare voluit dicere pater quem traxerit: Si trahendi sum⁹: ab illo trahamur cui dicit quedã que diligit. Post odorem vnguentorũ tuorũ curremus // Sed quid intelligi voluit ad- D
uertamus fratres: et quantũ possumus capiamus. Trahit pr̃ ad filium eos q̃ ꝓpterea credũt ĩ filiũ: q: eũ cogitãt pr̃em hr̃e deũ. De⁹ enĩ pr̃ equalē sibi genuit filium: et q̃ cogitat atq; ĩ fide sua sentit ⁊ rumiat eq̃lē eē pr̃i eũ in quē credidit: ip̄m trahit pr̃ ad filium. Arrius credidit creaturam non cum traxit pater: quia nõ considerat patrē q̃ filiũ nõ credit eq̃lē. Quid dicis o

arrie: quid dicis heretice: quid loqueris? Quid est xps? Non inquit deus verus: sed quem fecit deus verus. Non te traxit pater: Nō itellexisti prēz: cuius filiū negas. Aliud cogitas: nō ē ipse filius: Nec a prē traheris nec ad filiū. Aliud ē eni filius: aliud qd tu dicis. Fotinus dicit. Homo solus est xps: nō est et deus. Qui sic credit: nō pater eū trahit. Quē traxit pater? Tu es inqt xps filius dei viui: non sicut ppheta/ nō sicut iohānes: nō sicut aliquis magnus iustus sed sicut vnicus: sicut equalis. Tu es christus filius dei viui ait. Vide quia tractus ē: et a patre tractus ē. Et dñs quid? Beatus es simon bariona quia non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui in celis est. Ista est reuelatio: ista ē attractio. Ramū viridem ostendis oui: et trahis illam. Nuces puero demonstrant et trahit: et qd currit trahitur: Amando trahitur: sine lesione corporis trahitur: cordis vinculo trahitur. Si ergo ista que inter delicias et voluptates terrenas reuelant amantibus trahūt: quō verū est: trahit sua queqz voluptas: nō trahit reuelatus xps a patre? Quid eni fortius desiderat anima qz veritatez? Quo auidas fauces habere debet/ vñ optare/ vt sanum sit intus palatū vera iudicandi: nisi vt mäducet et bibat/ sapientiā/ iusticiā/ veritatē/ eternitatē? Ubi aūt hoc ibi melius: verius ibi/ plenius ibi. Nā hic facilius possumus esurire et hoc si bonam spem habemus: qz satari. Beati eni inquit qui esuriunt et sitiūt iusticiā/ sed hic: Qm̄ saturabunt/ sed ibi. Ideo cū dixisset: nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum: Quid subiecit? **Et ego resuscitabo eum in nouissimo die**

Reddo illi quod amat: Reddo quod sperat. Videbit: quod adhuc nō videndo credidit. Manducabit quod esurijt: saturabitur eo quod sitit. Ubi? In resurrectōne mortuorū/ quia ego resuscitabo eū i nouissimo die. Scriptū est enim i pphetis: **Et erunt omnes docibiles dei**

Quare hoc dixi o iudei? pater vos non docuit: quō potestis me agnoscere. Om̄s regni illius homīes docibiles dei erūt: nō ab hominibus audiēt. Et si ab homibus audiunt: tamen quod intelligunt/ intus datur: intus choruscat: intus reuelatur: Quid faciunt homines forinsecus annuncātes: Quid facio nō ego cū loquor? Strepitū verborū ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est: quid dico aut qd loquor? Exterior cultor arboris: interior est creator. Qui plantat et qui rigat: extrinsecus operatur. Hoc facimus nos: Sz neqz qui plātat est aliquid neqz q rigat: sz q incrementum dat deus. Hoc est erunt omnes docibiles dei. Qui omnes? **omīs q audiuit a patre et didicit venit ad me.** Uidete quomodo trahit pater. Docendo delectat: non necessitatē imponendo: Ecce quomodo trahit: erunt omēs docibiles dei. Trahere di ē. Ois q audiuit a prē et didic: venit ad me. Trahere eni di ē. Quid igit fratres? Si omis qui audiuit a patre et didicit ipse venit ad xpm: xps nihil hic docuit. Quid quod patrē magistrū hoīes non viderunt: filiū viderūt? Filius dicebat: sed pater docebat. Ego cū homo sim quem doceo? Quē fratres nisi eū qui audit verbum meū: Si ego cum homo sim illum doceo qui audit verbuz meū: illum docet pr q audit vbū eius. Si illum docet pater q audit verbum eius: Quere quid sit christus: et inuenies verbum eius. In principio erat verbum. Non in principio fecit deus verbum: quomō in principio fecit deus celū et terram. Ecce quia non est creatura. Disce trahi ad filiū a patre: doceat te pater: audi verbum eius. Qd verbum inquies audio? In pricipio erat verbum. Non factū est sed erat. et verbū erat apud deū: et deus erat verbum. Quō homines in carne constituti audiant tale verbum? Quia verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Exponit hoc et ipse et ostendit nobis quid dixerit: qui audiuit a patre et didicit venit ad me: Continuo subiecit: quod cogitare possemus. **Non quia patrem vidit quisquā nisi is qui ē a deo hic vidit patrem**

Quid est quod ait: ego vidi patrem: vos non vidistis patrem: et tamen nō venitis ad me nisi trahami a patre? Quid ē autē nobis trahi a patre: nisi discere a patre? Quid ē discere a patre: nisi audire a prē? Quid est audire a patre: nisi audire verbum patris? id est me. Ne forte g cū: dico vobis: oīs qui audiut a prē et didicit dicatis apud vos: sed nunqz vidimus patrem: quō ergo discere potuimus a patre. A me

[Margin notes: "xvi." beside "hit Quē traxit pater"; "j. Cor. iij" beside "secus operatur"]

ipso audit. Non quia patrē vidit quisꝙ̃
sed qui est a deo hic vidit patrē. Ego no-
ui patrē: ab illo sum. Sed quod verbū ab il
lo cui⁹ est verbū/ nō qd sonat ⁊ trāsit sȝ qd
manet cū dicēte: attrahit audientē: admo
neat qd sequit̃. Amē amē dico vobis
qui credit in me habet vitā eternā.
Reuelare se voluit quid esset. Nā cōpen-
dio dicere potuit: qui credit in me/ habet
me. Ipse enī xp̄s verus de⁹ ē: ⁊ vita eter-
na. Quid est aūt habere me? Habere vi-
tam eternā. vita eterna mortē assūpsit: vi
ta eterna mori voluit: Sed de tuo non de
suo. Accepit a te: vbi moreret̃ ꝓ te. Ab ho
homīb⁹ enī carnē assumpsit: sed non mo-
re hominū. Nam patrē habēs in celo: ma
trē elegit in terra: ⁊ illic nat⁹ sine matre: ⁊
hic sine patre. Assumpsit ergo vita mortē:
vt vita occideret mortē. Nā qui in me cre
dit inquit habet vitā eternā: Nō qd patet
sed quod latet. Vita enī eterna verbū in
principio erat apud deū: ⁊ deus erat ver-
bū: ⁊ vita erat lux hominū. Ipse vita eter
na: dedit ⁊ carni suscipe vitā eternā. Mo-
ri voluit: sed die tercio resurrexit. Int̃ ver
bum suscipiens ⁊ carnē resurgentē: mors
media cōsumpta est. Ego sum inq̄t pa
nis vite. Et vnd illi supbiebāt? Pr̄es
vr̄i inq̄t māducauerunt in deserto
mana: ⁊ mortui sunt. Quid est vnde
supbitis? Manducauerūt manna: ⁊ mor-
tui sunt. Quare manducauerunt et mor-
tui sunt? Quia quod videbāt credebant:
quod nō videbant nō intelligebāt. Ideo
patres vr̄i quia similes estis illoꝝ. Na q̄n
tū ꝑtinet frēs mei ad mortē istā visibilem
et corꝑalem: nunquid nos non morimur/
qui manducamus panē de celo descendē
tem? Sic sunt mortui ⁊ illi queādmodū ⁊
nos sum⁹ morituri: quantū attinet vt di-
xi/ ad mortē hui⁹ corporis visibilem atꝙ̃
carnalē. Quantū aūt ꝑtinet ad illā mortē
de qua terret dn̄s quia mortui sunt pr̄es
istoꝝ. Manducauit manna ⁊ moyses: mā
ducauit manna ⁊ aaron/ māducauit māna
et finees: māducauerunt ibi multi qui do
mino placuerunt: ⁊ mortui nō sunt. Qua-
re? Quia visibilē cibū spūaliter intellexe-
runt/ spiritaliter esurierūt/ spūalit gustaue
runt: vt spūaliter satiarent̃. Nā ⁊ nos ho-
die accepim⁹ visibilē cibū. Sȝ aliud ē sacra
mentū: aliud est virtus sacramenti. Quā
multi de altari accipiūt ⁊ moriunt̃: ⁊ acci
piendo moriūtur. Unde dicit apl's. Iudi
ciū sibi manducat ⁊ bibit. Non enī bucel-
la dn̄ica venenū fuit iude ⁊ tamē accepit:
et cuȝ accepit in eū inimicus intrauit: Nō
quia malū accepit/ sed quia bonum male
malus accepit. Videte ergo fratres: panē ce-
lestē spūaliter manducate: innocentiā ad al
tare apportate. Peccata ⁊ si sunt quotidia
na vel non sint mortifera: antequā ad al-
tare accedatis attēdite quod dicatis: Di-
mitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos di-
mittimus debitoribus nostris. Si dimittis
dimittetur tibi. Securus accede: panis nō
venenū est. Sed vide si dimittis. Nam si
non dimittis/ mētiris: ⁊ ei mentiris quem
non fallis. mentiri deo potes: deū fallere
non potes. Nouit ille quid agat: intus te
videt/ intus te examinat: intus inspicit/ in
tus iudicat: intus aut damnat aut coronat
Patres ergo istoꝝ: id est: mali patres ma
loꝝ: infideles patres infideliū: murmura-
tores/ patres murmuratorū. Nā de nulla
re magis dn̄m offendisse ille ꝑplus dictus
est: ꝙ̃ cōtra deū murmurando. Ideo et
dominus volens ostendere eos taliū fili-
os: hinc ad eos cepit. Quid murmuratis ī
inuicē murmuratores/ filij murmuratoꝝ?
Patres vestri māna māducauerūt ⁊ mor
tui sunt: Non quia malū erat māna: sȝ q̄a
male manducauerūt. hic est panis qui
de celo descēdit. Hunc panē significa-
uit māna. Hūc panē significauit altare dī:
Sacramenta illa fuerūt: in signis diuersa
sunt: sȝ in re q̄ significat̃ paria sūt. Apl'm
audi. Nolo enī vos inq̄t ignorare frēs: q̄r
patres nostri omēs sub nube fuerūt ⁊ om-
nes mare transierunt: et omnes ꝑ moysen
baptizati sunt in nube ⁊ in mari: ⁊ omnes
eandē escā spūalem manducauerunt. Spi
ritualem vtiꝙ̃ eandē. Naȝ corporalē alte
rā: quia illi manna/ nos aliud: spūalem ve
ro quā nos. sed patres nostri/ non patres
illoꝝ: quibus nos similes sumus/ non qui
bus illi similes fuerūt. Et adiungit. Et om
nes eundē potū spiritalē biberūt. Aliud
illi/ aliud nos. sed specie visibili quidē: ta
mē hoc idē significāte ꝟtute spūali. Quō
enī eundē potum? Bibebant inquit d̄ spi
rituali sequēte petra. Petra aūt erat xp̄s
Inde panis: inde potus. Petra christus
in signo: verus christus ī verbo ⁊ in carne

j. Cor. de cōs. ij. Et Sicut

de cōs. ij. pan tari. Math

j. Cor.

de cōse ij. Inq

obedientiã credendi / ꝛ dixerim dñm ihm xp̄m hoc ip̄m adiunxisse in cõsequẽti sententia: inuenimus eũ dixisse: Si quis voluerit voluntatẽ eius facere. cognoscet de doctrina eius. Quid est cognoscet? Hoc est intelliget. Quid est autẽ: si qͥs voluerit voluntatem eius facere? Hoc est credere. Sꝫ quia cognoscet: hoc intelliget omẽs intelligũt. Quia vo qḋ ait: Si qͥs voluerit voluntatẽ eius facere: hoc ꝑtinet ad credere: vt diligentius intelligat / opus est nobis ip̄o dño nr̄o expositore: vt indicet nobis vtrꝫ reuera ad credere ꝑtineat facere voluntatẽ patris ei⁹ Qui nesciat hoc eẽ facere voluntatem dei operari opus eius: id est qḋ illi placet? Ipse aũt dñs apte alio loco dicit. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quẽ ille misit. Sed si creditis in eũ / creditis ei. Non autem cõtinuo qui credit ei: credit in eum. Nã et demones credebãt ei: et non credebant in eum. Rursus etiaꝫ de ap̄lis ipsius possumus dicere Credim⁹ paulo: sed nõ credimus in paulũ. Credim⁹ petro: sed non credimus in petꝝ. Credenti eni in eũ qui iustificat impiũ: deputat fides ei⁹ ad iusticiã. Quid ẽ ḡ credere in eũ? Credẽdo amare / credendo diligere: credendo in euꝫ ire / et ei⁹ mẽbris incorporari. Ipsa est ergo fides: quã de nobis exigit deus: Et non inuenit quod exigat: nisi donauerit qḋ inueniat. Que fides nisi quã definiuit alio loco apostolus plenissime dicens: Neqꝫ circumcisio aliquid valet: neqꝫ preputiũ: sed fides que ꝑ dilectionẽ operatur. Nõ qualiscũqꝫ fides sed fides que ꝑ dilectionẽ operat. Hec in te sit: ꝛ ĩtelliges ḋ doctrina dĩ. Quid enĩ intelliges? Quia doctrina ista nõ est mea: sed eius qui misit me: id est: intelliges qꝛ christus filius dei qui est doctrina patris non est ex seipso: sed filius est patris. Sabellianam heresim sentẽtia ista dissoluit Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum esse filium qui est ꝛ pater: Duo esse nomina sed vnam rem. Si duo essent nomĩa ꝛ res vna: non diceretur: mea doctrina non est mea. Utiqꝫ si tua doctrina non est tua o domine: cuius est: nisi alius sit cuius sit? Quod dixisti / sabelliani non intelligunt. Non enim trinitatem viderũt: sed sui cordis errorem secuti sunt. Nos cultores trinitatis ꝛ vnitatis: patris ꝛ filij et spiritus sancti et vnius dei: intelligamus de doctrina christi quomodo nõ est eius: ꝛ ideo dixit se nõ a seipso loqͥ / quoniã christ⁹ patris est filius: et pater christi est pater: ꝛ filius de deo patre deus est: pater aũt de⁹ non de filio deo: deus ẽ. Qui a semet ipso loquitur: gloriã ꝓpriã querit Hoc erit ille qui vocatur antichristus: extollens se: sicut apostolus ait: supra omne quod dicit deus: ꝛ quod colitur Ipsũ qꝫ pe annuntiãs dñs gloriã suã quesiturũ nõ gl'iam patris: ait ad iudeos. Ego veni in nomine patris mei ꝛ nõ suscepistis me: alius veniet in nomine suo ꝛ hũc suscipietis. Significauit eos antixp̄m suscepturos qꝛ gloriam nominis sui quesiturus est: Inflatus non solidus: ꝛ idõ non stabilis sꝫ vtiqꝫ ruinc sus Dominus aũt noster iesus christus magnũ exemplũ nobis prebuit humilitatis. Nempe equalis est patri: nempe in pͥcipio erat verbũ: ꝛ verbũ erat apud deũ ꝛ deus erat verbũ: Nempe ipse dixit et verissime dixit. Tanto tempe vobiscuꝫ sũ et nõ cognouistis me? Philippe: qͥ videt me videt ꝛ pr̄eꝫ. Nẽpe ip̄e dixit / ꝛ verissime dixit: ego et pater vnum sumus. Si ergo ille cum patre vnum: equalis patri deus de deo: deus apud deũ / coeternus / immortalis / pariter incõmutabilis / pariter sine tempe / pariter creator ꝛ dispositor tẽporũ: tamẽ quia venit in tempe ꝛ formã serui accepit ꝛ habitu est inuentus vt homo / querit gl'iam patris non suam: Quid tu homo facere debes: Qui quãdo aliqͥd boni facis gl'iam tuã queris: quando autem aliquid mali facis / deo calumniã meditaris: Intẽde tibi: creatura es: agnosce creatorem. Seruus es: ne contempnas dominũ. Adoptatus es: sed non meritis tuis. Quere eius gloriam a quo habes hanc gratiam Homo assũptus: cuius gloriam quesiuit: Eius cui⁹ ẽ vnicus nat⁹ Qui aũt querit gloriã eius qͥ misit illũ hic verax est: ꝛ iniusticia ĩ illo nõ ẽ In antichristo aũt iniusticia est ꝛ verax nõ ẽ: qꝛ gl'iam suã quesitur⁹ est nõ eius a quo missus ẽ: Nõ enĩ ẽ missus: sed venire permissus. Omẽs ergo ꝑtinentes ad corpus xp̄i: ne inducamur ĩ laqueos antixp̄i nõ queramus gl'iam nr̄am: Sed si ille qͥsiuit gl'iam eius qui eũ misit: quãto magis nos eius qui nos fecit?

Ioh. vi. iij. sent. dis. xxiij. c. Aliud est.

Ro. iiij.

Gal. v.

Ioh.

¶ Explicit tractatus. xxix. Incipit tractatus. xxx. Ab eo ꝙ ait: Nonne moyses dedit vobis legem ⁊ nemo ex vobis facit legē: Quid me queritis interficere. vsq₃ ad id qḋ ait. Nolite iudicare scḋm faciē sed iustum iudiciū iudicate.

A Euāgeliū sancti lectionē de qua pridē charitati vestre locuti sum⁹: ista que modo lecta ē hodierna ꝯsequitur. Dñm loquentē audiebāt: ⁊ discipuli ⁊ iudei. Ueritatē loquentē audiebant: ⁊ veraces ⁊ mēdaces. Charitatē loquentem audiebāt. ⁊ amici ⁊ inimici. Bonum loquentē audiebāt: ⁊ boni ⁊ mali. Illi audiebant: sed ille discernebat. Et qb⁹ sermo ꝓdesset ⁊ ꝓfuturus esset: videbat ⁊ ꝓuidebat. In illis enī qui tunc erant videbat: in nobis qui futuri eramus ꝓuidebat Nos itaq₃ sic audiam⁹ euangeliū: quasi ꝑsentem dñm. Nec dicamus o illi felices q̄ eum videre potuerūt: quia multi in eis q̄ viderūt ⁊ occiderūt. multi autē in nobis qui non viderūt ⁊ crediderūt. Qḋ enī preciosum sonabat de ore dñi: ⁊ ꝓpᵗ nos scriptum est ⁊ nobis seruatum est: ⁊ ꝓpᵗ nos recitatur: ⁊ ꝓpter posteros recitabiᵗ: ⁊ donec seculū finiatur. Sursū est dñs: sed etiam hic est veritas dñs. Corpus enī dñi in quo resurrexit: vno loco esse potest: Ueritas eius vbiq₃ diffusa est. Dñm ergo audiamus: ⁊ qḋ ipse donauerit de verbis ei⁹ ⁊ nos dicam⁹. Nōne moyses inquit: dedit vobis legē: Et nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere: Ideo enī queritis interficere: quia nemo ex vobis facit legem. Nā si legem faceretis: in ipsis litteris christū cognosceretis: ⁊ ꝑntem non occideretis. ¶ Et illi rñderūt. Rñdit enim turba. † Respondit q̄si turba non ꝑtinentia ad ordinē. sed ad ꝑ turbationē. Deniq₃ turba turbata: videte quid rñderit: Demoniū habes: quis te querit † occidere: Quasi non peius fuit dicere / dmoniū habes: q̄₃ eum occidere. Ei quippe dictum est ꝙ demoniū haberet: qui demones expellebat. Quid possit aliud dicere turba turbulēta

[margin: Illa dixit] [margin: Illa interficere]

Quid possit aliud olere cenū cōmotum. Turba turbata ē: Unde: A vitate. Turbam lippitudinis: turbauit claritas lucis. Oculi enī nō habētes sanitatē: nō possunt ferre lumīs claritatē. Dñs autē nō planc turbatur: sed in sua veritate trāquillus / nō reddidit malū ꝓ malo: nec maledictū pro maledicto. Quibus si diceret: demonium habetis vos. verū vtiq₃ diceret. Nō enim talia illi veritati dicerēt: nisi eos falsitas diaboli irritaret. ¶ Quid ergo rñdit: audiamus tranquille: ⁊ tranquillū bibamus B Unū opus feci: ⁊ omnes miramini Tanq₃ dicens. Quid si oīa opa mea videritis: Ipsius enī opa erant que in mundo videbāt: ⁊ ipsū qui fecit oīa nō videbant Fecit vnam rem ⁊ turbati sunt: quia saluum fecit hominem sabbato. Quasi vo si q̄s q̄₃ egrotus sabbato sincraret: alius illū sanū fecisset q̄₃ ille q̄ eos scādalizauit. qz vnū hoīem saluū fecit sabbato. Quis enī alius alios saluos fecit q̄₃ ipsa salus: q̄ illā salutem quam dedit huic hoī dat ⁊ iumēris: Sal⁹ enī corpalis erat. Salus carnis ⁊ reparatur ⁊ moritur. Et cū repatur / mors differtur non aufertur. Tamen frēs etiam ipsa salus a dño est: ꝑ quēlibet deᷣ. Quocunq₃ curātc ⁊ mīstrāte impti aᷣ: ab illo datur a quo est oīs salus. Cui diciᷣ in psalmo. hoīes ⁊ iumēta saluos facies dñe: sicut multiplicasti mīam tuam deus. ps. xxxv. Quia enī deus est / multiplicat mīā suam: puenit etiam ad salutem carnis humane: puenit etiam ad salutē mutoꝝ aīaliū. Sed q̄ dat salutē carnis hoībus iumentisq₃ cōmunē: nunq̄d nulla salus ē quā seruat hominibus: Est certe alia que nō solū cōmunis est hoībus ⁊ iumentis: sed nec ipsis hoīb⁹ cōmunis est bonis ⁊ malis. Deniq₃ cū ibi de ista salute dixisset quā cōmuniᷣ accipiunt peccora ⁊ hoīes: ꝓpter illam salutem quā sperare debent homines / secutus adiunxit. Filij autem hominū sub tegimine alarum tuarum sperabūt. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: ⁊ torrente voluptatis tue potabis eos. Quō apud te est fons vite: ⁊ in lumine tuo videbim⁹ lumē Hec est salus que ad bonos pertinet q̄s appellauit filios hominū: cum supra dixisset: homines ⁊ iumenta saluos facies dñe. Quid enim: illi homines non erāt filij hominū: vt cum dixisset homines: sequereᷣ

et diceret: filij autem hominũ in tegmine alarum tuarum sperabunt? Quasi aliu erant homies: et aliud filij hominũ. Nõ tamen arbitror sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse spiritũsanctum. Homines ad primũ adaz: filij hominũ ad christum. Forte enim homines pertinent ad primũ hominem: filij autem hominum pertinent ad filium hominis. Unum opus feci: et omnes miramini: et continuo iungit Propterea moyses dedit vobis circumcisionez. Bene factum est vt acciperetis circũcisionem a moyse: non q̃a ex moyse est sed ex patribus. Abraam quippe primus accepit circũcisionez a dño: et in sabbato circũciditis. † Conuincit vos Moyses. In lege accepistis: vt circumcidatis octauo die. Accepistis i lege: vt vacetis septimo die. Si octauus dies illius qui natus est occurrerit ad diem septimũ: quid facietis? Uacabitis vt seruetis sabbatum: an circũcidetis vt impleatis sacramentum diei octaui. Sed noui inqt quid facitis. Circumciditis hominẽ. Quare? Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis: et non debent homines sabbato vacare a salute. ergo nec mihi irascimini: qui saluum feci totum hominem sabbato. Si circumcisionẽ inquit accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi. † aliquid enim p moysen in illa constitutiõe circũcisionis salubriter institutum est: mihi operanti salutem in sabbato quare indignamini? Forte enim illa circumcisio ipsum dñm significabat: cui isti curanti et sananti indignabant. Iussa est enim adhiberi octauo die circumcisio. Et quid est circũcisio: nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista circũcisio expoliationẽ a corde cupiditatũ carnalium. Non ergo sine causa data est: et in eo membro iussa fieri quoniam per illud membrum procreatur creatura mortaliũ: et per vnũ hominẽ mors: sicut per vnum hominẽ resurrectio mortuorum: et per vnum hominẽ peccatum intrauit in mundũ: et p peccatum mors. Ideo quisque cum preputio nascitur: quia omnis homo cum vicio ppaginis nascitur: et non mundat deus siue a vitio cum quo nascimur: siue a vicijs que male viuendo addimus: nisi per cultellum petrinũ. id est. dñm iesum christum

† Al. hoiem.

† Hic p̃mittitur tex. mihi indignamini: vsque in sabbato

Petra enim erat christus. Cultellis enim petrinis circũcidebant: et petre noĩe christum figurabant: et presentez non agnoscebant: sed insuper eum occidere cupiebant. Quare autez octauo die: nisi quia post septimũ sabbati dñs die dñico resurrexit? Ergo resurrectio christi que facta est tertio quidem die passionis sed octauo die ĩ diebus hebdomadis: ipsa nos circũcidit. Audi circũcisos vera petra: apostolo admonente. Que sursum sunt querite: non q̃ super terram. Circũcisis loquitur. Resurrexit christus: abstulit vobis desideria carnalia: abstulit ɔcupiscentias malas: abstulit supfluũ cum q̃ nati eratis: et multo peius q̃ male viuẽdo addideratis. Circũcisi per petram: quare adhuc sapitis terram? Et ad extremũ quia legem dedit moyses et circũciditis hominem sabbato: intelligite hoc significari opus bonũ qd ego feci totum hominẽ saluũ sabbato: quia et curatus est vt sanus esset in corpore: et credidit vt sanus esset in anima. Nolite iudicare † psonaliter: sz rectũ iudiciũ iudicate. Quid ẽ hoc? Modo qz per legem moysi circũciditis sabbato: non irascimini moysi: et quia ego die sabbati saluũ feci hominem irascimini mihi. Personalit' iudicatis: veritatem attendite. Ego ñ me prefero moysi ait dñs: qui erat et ipsius moysi dñs. Sic attendite quomodo homines nos duos tanq̃ ambos homines. Iudicate inter nos sed verum iudicium iudicate. Nolite me honorare: et honoratũ illum damnare: sed illo intellecto/me honorate. Hoc enĩz eis alio loco dixit. si crederetis moysi: crederetis vtique et mihi. De me enim ille scripsit. Sed hoc loco noluit dicere: tãq̃ se et moyse ante illos constitutis. Propter legem moysi, circũciditis quando etiam sabbatũ occurrerit: et ego sanitatũ faciendarũ beneficientiã non vultis vt exhibeam p sabbatum? Quia dñs circũcisionis et dñs sabbati: salutis ẽ auctor. Et seruilia opera phibiti estis facere sabbato: si vere intelligatis seruilia opera/non peccatis. Qui eñ facit peccatum: seruus est peccati. Nunquid seruile opus est hominẽ sanare sabbato? Manducatis et bibitis: vt aliquid dicam ex admonitione dñi nostri iesu christi et ex verbis eius. Utique quare manducatis et bibitis in sabbato: nisi quia pertinet

Collo[...]

† Al. fr[...] em. sz iudiciũ [...] cate P

ad salutem qd facitis? Per hoc ostenditis opera salutis/non esse vllo modo die sabbati omittenda. Ergo nolite personalit iudicare: sed rectũ iudiciũ iudicate. Attendite me quõ hominem: attendite moysen quomodo hominem. Si sm veritatem iudicetis: neq moysen neq me dēnabitis. Et veritate cognita/me cognoscetis: quia ego sum veritas. Hoc vitiũ fratres qd dñs notauit hoc loco: euadere i hoc seclo magni laboris est: non personalit iudicare sz rectum iudicium retinere. Ammonuit quidem dñs iudeos: sed monuit et nos. Illos conuincit et nos instruxit. Illos redarguit: nos exacuit. Non putemus hoc nobis non ideo dictum: quia tunc ibi non fuimus. Scriptum est/legit/cum recitaretur audiuimus. Sed tanq iudeis dictum audiuimus. Non nos ponamus post nos: et quasi intueamur iniquos reprehensos: et ipsi nos faciamus qd in nobis veritas ipsa reprehendat. Judei quidem personaliter iudicabant. Sed ideo non pertinēt ad nouũ testamentũ: ideo non habent in christo regnum celorum: ideo nō iungunt sanctorum societati angelorum. Terrena qrebant a dño. Terra enim pmissionis/victoria ab inimicis/fecũditas pariendi/multiplicatio filiorũ/abundantia fructuum: q illis omnia a deo quidem vo et bono/tam vt carnalibus promissa sunt. Omnia hec fecerat illis vetus testamentũ. Quid ē vetus testamentũ? Quasi hereditas ptinēs ad hominē veterem. Nos innouati sumus homo nouus facti sum⁹: quia et ille homo nouus venit. Quid tam nouũ q nasci de virgine? Quia ergo non erat qd in illo innouaret preceptũ: quia nullum habebat peccatum: nouus partus est datus. In illo partus nouus: in nobis homo nouus. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus: Ad quam rem innouatus? Ad desideranda celestia: ad concupiscēda sempiterna: ad patriam que sursum est/que hostem non timet desiderandā: Ubi nō perdimus amicum: non timemus inimicum. vbi viuemus cum bono affectu sine defectu: vbi nemo nascitur quia nemo morit: vbi nemo iam proficit et nemo deficit: vbi non esuritur et non sititur: sed facietas est imortalitas et cibus veritas. Hec habētes promissa et ad nouũ testamentum pertinētes et noue hereditatis facti heredes et ipsius dñi coheredes: aliam spem valde habemus. Non personaliter iudicemus: sed rectum iudicium teneamus. Quis est qui nō iudicat personaliter? qui diligit equaliter. Dilectio equalis: facit non acceptari personas. Nam cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus: tunc timēdum est ne personas accipiamus. Sed qñ inter duos iudicamus: et aliquando inter necessarios. Fit nonnunq iudicium inter patrem et filium. Queritur pater de malo filio: aut queritur fili⁹ de duro patre. Seruam⁹ honorificētiā que debet patri a filio que deficit a filio. Non equamus filiũ patri in honore: sed preponimus si bonam causam habet. Filiũ equamus patri in veritate: et sic tribuimus honorem debitum: vt nō perdat equalitas meritũ. Ita verbis dñi proficimus: et vt proficiamus: gratia illius adiuuamur. ij.q.vij.qrit. Ecc.xlj.

Explicit tractatus tricesimus: Incipit tractatus tricesimus primus Ab eo qd ait: Dicebāt ergo quidā ex hierosolymis: Nōne hic est quē querebant iudei interficere: et ecce palam loquitur et nihil ei dicunt: vsqz ad id quod ait: Queritis me et non inuenietis: et vbi sum ego vos non potestis venire:

Meminit charitas vestra pstinis sermonib⁹ et lectum esse in euangelio et a nobis vt potuimus disputatum: qd dñs iesus ideo velut occulte ascēdit ad diem festũ non quia timebat ne teneretur: sed vt significaret etiam in ipso die festo qui celebrabat a iudeis/se occultari: et suum esse mysterium. Hodierna ergo lectione apparuit potestas que putabatur timiditas. Loquebatur enim palam i die festo: ita vt mirarentur turbe et dicerēt quod audiuimus cum lectio legeretur. A Nonne hic est quem querebant interficere: Et ecce palam loquitur: nihil illi dicunt: Nunquid vere co

† Snia text⁹ ponit verbis pax mutatis

gnouerunt principes quia hic est christus? Qui nouerāt qua seuitia querebatur: mirabantur qua potentia non tenebatur. Deinde non plene intelligentes illius potentiam/putauerunt principū eē scientiam: quod ipsi cognouerāt eundem esse christum. Ideo pepercerunt ei: quem tantopere occidendum quesierunt. Deinde illi ipsi apud seipsos qui dixerant: nunquid cognouerunt principes quia hic est christus: fecerūt questionem: qua eis videret̄ q̄ nō ipse eēt christ᷒. Adiungētes ei dixerunt. Sed istum nouimus vnde sit: christus autem cum venerit nemo scit vnde sit. Nō enī inanit̄ opinio nata ē. Si ɔsideremus scripturas inuenimus fratres: quō sancte scripture dixerint de christo: qm̄ nazareus vocabit̄. Ergo predixerunt vnde sit. Rursus si locum nativitatis eius queramus/tanq̄ inde sit vbi natus est: nec hoc latebat iudeos propter scripturas que ista predixerant. Naz cum cum visa stella magi quererent adorare: venerunt ad herodem ꝛ dixerunt q̄d quererent ꝛ quid vellent. Ille autem conuocatis eis qui legem sciebant: quesiuit ab eis vbi christus nasceretur. Illi dixerūt In bethleem iude. Et testimoniū etiaz ꝑpheticum protulerunt. Si ergo prophete predixerant ꝛ locum vnde erat origo carnis eius: locum vbi eum peperit mater eius: vnde nata est ista opinio apud iudeos quā modo audiuimus/christus cum venerit nemo scit vnde sit: nisi quia vtrunq̄ p̄dicauerāt ꝛ prenūciauerāt scp̄ture. Scd̄m hominem predixerūt scripture vnde essz: ꝓm deum latebat impios ꝛ querebat pios Ad hoc enim ꝛ isti dixerunt/ christus cum venerit nemo scit vnde sit: quia hanc illis opinionem generauerat q̄ð per esa am dictum est. Generationem autem eius q̄s enarrabit? Deniq̄ ꝛ ip̄e domin᷒ ad vtrū q̄ respondit: ꝛ quia nouerant eum vnde essz et quia non nouerant: vt attestetur ꝑphetie sancte que de illo ante predicta est/et ꝓm humanitatez infirmitatis: ꝛ ꝓm diuinitatem maiestatis: Audite ergo verbū domini fratres: Uidete quemadmodū confirmauit eis q̄ð dixerunt: christus cum venerit nemo scit vnde sit. ¶ Clamabat ergo docens in templo iesus. Et me

Matth. ij.

Matth. ij.

B

scitis ꝛ vnde sim scitis: ꝛ a meipso non veni sed est verus qui me misit quem vos nescitis. Hoc est dicere et me scitis ꝛ me nescitis. Hoc est dicere: et vnde sim scitis: ꝛ vnde sim nescitis. Unde sim scitis /iesus a nazareth: cuius etiaz parentes nostis. Solus enim in hac causa latebat virginis partus: cui tamen testis erat maritus. Ipse enim hoc poterat fideliter indicare: qui possit maritaliter ꝛ zelare. Hoc ergo excepto virginis partu: totū nouerant in iesu q̄ð ad hominem pertinet Facies ipsius nota erat: patria ipsius nota erat: genus ipsius notum erat: vbi nat᷒ est sciebatur. Recte ergo dixit ꝛ me nostis et vnde sim scitis ꝓm carnem ꝛ effigiē hominis quam gerebat. Scd̄m autem diuinitatem ꝛ a meipso non veni: sed verus est q̄ me misit quem vos non scitis. Sed vt euz sciatis: credite in eum quem misit ꝛ scietis Deum enim nemo vidit vnq̄: nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrabit. Et patrem non cognoscit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Deniq̄ cuz dixisset: sed est verus qui misit me quem vos non scitis: vt ostenderet eis vnde possent scire quod nesciebant/subiecit. Ego scio eum. Ergo a me querite: vt sciatis eum. Quare autez scio eum? † Quia ab ipso sum: ꝛ ipse me misit. Magnifice vtrunq̄ monstrauit. Ab ipso inquit sum: quia filius ð patre. Et quicquid est fili᷒: de illo est cuius est filius. Ideo dn̄m iesum dicimus de deo: patrem non dicimus deum de deo sed tantum deum. Et dicimus dn̄m iesum lumen de lumine: patrem non dicimus lumen de lumine /sed tantuz lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit: ab ipso sum. Quod autem videtis me in carne: ipse me misit. Ubi audis ipse me misit/ noli itelligere nature dissimilitudinē: sed generantis auctoritatē. ¶ Querebant ergo euz apprehendere: ꝛ nemo misit in illum manus: quia nōdum † venit hora eius. Hoc est: quia nolebat. Quid est enim nondum venit hora eius. Non enī dn̄s sub fato nat᷒ ē. Hoc nec de te credendum est: q̄tominus de illo per quem factus es? Si tua hora voluntas est illius: illius hora que est nisi volū-

† Preeminetur h ter si dixero q̄ sz scio

C

† Al. venerat.

tas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori: sed qua dignaretur occidi. Tēpus enim expectabat quo moreretur: quia et tempus expectare voluit quo nasceretur De hoc apostolus loquens ait. Cum autē venit plenitudo temporis: misit deus filium suum. Ideo multi dicunt. Quare non ante venit christus? Quibus respondendum ē/quia nondum venerat plenitudo tēporis: moderante illo per quem facta sūt tempora. Sciebat enim quādo venire deberet. Primo per multam seriem temporum et annorum predicendus fuit. Non enim aliqd puū vētu fuit: diu fuerat pdicād9 semp tenēd9. Quāto maior iudex veniebat tanto preconum longior series precedebat. Denique vbi venit plenitudo temporis venit et ille q̄ nos liberaret a tēpore. Liberati enim a tempore: venturi sumus ad eternitatem illam vbi non est tēpus: Nec dicitur ibi quando veniet hora. Dies est enim sempitern9: qui nec pceditur hester no: nec excluditur crastino. In hoc autem seculo voluuntur dies: et alij transeunt et alij veniunt/nullus manet. Et momenta quibus loquimur inuicē se expellūt: Nec stat prima syllaba vt sonare posset secunda. Ex quo loquimur aliq̄ntum senuimus: et sine vlla dubitatione senior sum modo q̄ mane. Ita nihil stat: nihil fixum manet in tempore. Amare itaque debemus p quem facta sunt tempora vt liberemur a tempore et figamur in eternitate: vbi iam nulla ē mutabilitas temporum. Magna igitur misericordia domini nostri iesu christi/factū esse eum propter nos in tempore per quem facta sunt tempora: factum esse inter omnia per quem facta sunt omnia: factum eē quod fecit: Factus ē enim qd fecerat. Factus est enim homo qui hominem fecerat: ne periret quod fecerat. Scdm hanc dispēsationem iam venerat hora natiuitatis: et natus erat. Sed nōdum venerat hora passionis: ideo nondum passus erat. Denique vt noueritis non necessitatem sed potestatem morientis/propter nonnullos hoc loquor: qui cum audierint nōdum venit hora eius/edificantur ad credenda facta eius et fiunt corda eorum fatua. Vt ergo noueritis potestatem moriētis: ipsam passionem recolite. Crucifixum intuimini. Dixit in ligno pendens. Sitio. Illi hoc audito/in arundine per spongiam obtulerunt ei acetum in cruce. Accepit et ait: Perfectum est: et inclinato capite tradidit spiritum. Videtis potestatem morientis: quia hoc expectabat volens donec omnia complerentur que de illo predicta fuerant: ante mortem futuram. Dixerat enim propheta. Dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Expectabat vt hec omnia complerentur. Postea q̄ completa sunt dixit: perfectum est. Et abscessit potestate: quia non venerat necessitate. Ideo quidam plus mirati sunt istā potestatem morientis: q̄ potentiam miracula facientis. Ventum est enim ad crucem vt corpora deponerentur de ligno: quoniam sabbatum illucescebat. Et inuenti sūt latrones viuentes. Supplicium quippe crucis ideo durius erat quia diutius cruciabat: et omnes crucifixi longa morte necabantur. Illi autem ne remanerent ī ligno/cruribus fractis coacti sunt mori: vt possent inde deponi. Dominus autem inuentus est mortuus: et admirati sunt omnes: Et qui eum viuū contempserūt/mortuū sic mirati sunt: vt dicerent quidam: Vere filius dei est hic. Vnde est illud fratres/vbi ait querentibus se: ego sum: et illi retro redeuntes omnes ceciderunt: Erat ergo in illo potestas summa. Nec hora cogebatur mori/sed horam expectabat qua oportune fieret voluntas: non qua inuite impleretur necessitas. ¶ **De turba autē multi crediderunt in eum.** Humiles et pauperes saluos faciebat dominus. Principes insaniebant: et ideo medicum non solum non agnoscebant sed etiam occidere cupiebant. Erat quedam turba que suam egritudinem cito vidit: et illius medicinam sine dilatione cognoscebat. Videte quid sibi dixerit turba ipsa cōmota miraculis. **Nunquid christus cū venerit plura signa † facturus est?** Vtique si duo fi erunt hic est. Crediderunt ergo in eum dicentes ista. † Principes vero illi audita multitudinis fide et eo murmure quo christus glorificabatur. **Miserunt ministros vt apprehenderent eum.** Quem ap

Ad ga. iiij. (left margin, beside "venit plenitudo temporis")

Johan. xix. (right margin, beside "Perfectum est")

V (right margin, beside "De turba autē")

† Al. faciet q̄ que h fac

† Tex. hz audierūt pharisei tur. murmurātē de illo h: et miserūt pncipes et pharisei ministros

prehenderent: adhuc nolentem? Quia ergo nō poterant apprehendere nolentem: missi sunt vt audirent docētem. Quid docentem? Dicit ergo iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quod modo vultis facere/ facturi estis/ sed non modo: quia adhuc modicum tempus vobiscum sum: et tunc vado ad eum qui me misit. Implere debeo dispensationē meam: et sic peruenire ad passionem meam Queritis me et non inuenietis: et vbi sum ego: vos non potestis venire. Hic iam resurrectionē suam predixit. Noluerunt enim agnoscere presentem et postea quesierunt cum viderent in eum multitudinē iam credentem. Magna enim signa facta sunt: etiam cum dominus resurrexit et ascendit in celum. Tunc per discipulos facta sunt magna: sed ille per illos qui et per seipsum. Ipse quippe illis dixerat: sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille qui sedebat ad portam ad vocem petri surrexit/ et suis pedibus ambulauit vt homines mirarentur/ sic eos allocutus est petrus: quia non i sua potestate ista fecit sed in virtute illius quem ipsi occiderunt: Multi cōpuncti dixerunt. Quid faciemus? Viderunt enim se ingenti crimine impietatis astrictos: quando illum occiderunt quem venerari et adorare debuerāt et hoc putabant esse inexpiabile. Magnū enim facinus erat: cuius cōsideratio illos faceret desperare. Sed non debebant desperare: pro quibus in cruce pendens dominus est dignatus orare. Dixerat enim/ pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciūt Videbat quosdam suos inter multos alienos: illis iam petebat veniam a quibus adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat quod ab ipsis moriebatur: sed quia pro ipsis moriebatur. Multum est quod illis cōcessum est et ab ipsis et pro ipsis: vt nemo de sui peccati dimissione desperet/ quando illi veniam meruerunt qui occiderunt christum. Mortuus est christus pro nobis: sed nunquid a nobis? At vero illi viderūt christum suo scelere morientem: et crediderunt in christum suis sceleribus ignoscentē Quousque biberēt sanguinē quē fuderāt: de sua salute desperauerūt. Ergo hoc dixit

Actuum .ij.

Luce .xxiij.

de pse. dis. ij Accesserunt in fi.

Queritis me et non inuenietis: et vbi sum ego vos non potestis venire. Quia quesituri illum erant post resurrectionē compūcti: nec dixit vbi ero: sed vbi sum. Semper enim ibi erat christus: quo fuerat rediturus Sic enim venit vt non recederet. Unde alio loco ait. Nemo ascendit in celum/ nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo: Non dixit qui fuit in celo. In terra loquebatur: et in celo se esse dicebat. Sic venit: vt inde non abscederet. Sic rediit: vt non nos derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit. Homo enim secundum corpus in loco est: et de loco migrat. Et cū ad alium locum venerit: in eo loco vnde venit non est. Deus autem implet omnia: et vbique totus est: non secundum spacia tenetur locis: Erat tamē christus secundum visibilem carnem in terra. Ideo ait: vbi ego sum vos non potestis venire. Nec dixit non poteritis: sed non potestis. Tales enim tunc erant/ qui non possent. Nam vt sciatis non hoc ad desperationē dictum: et discipulis suis dixit tale aliquid: quo ego vado vos non potestis venire: cum pro illis orans dixerit/ pater volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecū. Denique hoc petro exposuit: et ait illi. Quo ego vado non potes me sequi modo: Sequeris autem postea. Dixerunt ergo iudei: nō ad ipsum: sed ad semetipsos Quo hic iturus est quia non inuenienus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est: aut docturus gētes? Non enim sciebāt quid dixerunt: sed quia ille voluit/ prophetauerunt. Iturus enim erat dominus ad gentes: non presentia corporis sui sed tamen pedibus suis. Qui erāt pedes eius? Quos pedes conculcare volebat persequēdo saulus: quādo ei caput clamabat. Saule saule quid me persequeris? Quis est hic sermo quem dixit: Queritis me et nō inuenietis: et vbi ego sum vos non potestis venire? Unde hoc dixit dominus nescierunt: et tamen aliquid quod futurum erat/ nescientes prenūciauerunt. Dixit enim hoc dominus: quia locū/ si tamen dicendus est locus. id est. sinū patris vnde nunquam discessit vnigenitus filius: non

Johan

E

illi nouerant. Nec cogitare idonei erāt vbi erat christus: vnde non recessit christus: quo rediturus erat christus: vbi manebat christus. Unde hoc cordi humano cogitare/aut lingue explicare. Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt: et tamen ex hac occasione salutem nostram predixerunt φ iturus esset ad dispersionē gentium: ⁊ impleturus qđ legebant ⁊ non intelligebant. Populus quem non cognoui seruiuit mihi: in obauditu auris obaudiuit mihi. Illi non audierunt in quorū oculis fuit: illi audierunt in quorum auribus sonuit. Illius enim ecclesie nature de gentibus: typum gerebat mulier que fluxum sanguinis patiebatur: tangebat et non videbatur: nesciebatur ⁊ sanabatur Figura quippe erat. qđ dominus interrogauit. Quis me tetigit? Quasi ignorans ignoratam sanauit: Sic fecit ⁊ gentibus. Non cum didicimus in carne: ⁊ meruimus carnem eius manducare/⁊ in carne eius membra eē. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Precones suos/ discipulos suos/seruos suos/redemptos suos quos creauit. sed quos ⁊ redemit fratres suos Totuz pax dixi. mēbra sua: semetipsuz. Misit enim ad nos mēbra sua: ⁊ fecit nos membra sua. Tamen ꝯm speciem corporis quam iudei viderunt ⁊ contempserūt non apud nos fuit christus. Quia ⁊ hoc de illo dictuz erat: sicut apostolus dicit: dico enim christum ministrū fuisse circūcisionis propter veritatem dei ad confirmandas ꝓmissiones patruz: Ad illos debuit venire a quorum patribus ⁊ quorū patribus est promissus. Ideo ⁊ ipse sic ait: Non sum missus nisi ad oues que perierant domus israel. Sz quid dicit apostolus in sequenti? Gentes autem super misericordia glorificare deum. Quid et ipse dominus? Habeo alias oues: que nō sunt ex hoc ouili. Qui dixerat non sum missus nisi ad oues que perierant domus israel: quō habet alias ad q̄s non est missus. nisi quia significauit per presentiam corporalem non se missum exhibere nisi solis iudeis qui viderunt ⁊ occiderunt: et multi tamen inde ⁊ antea ⁊ postea crediderunt? Messis prima de cruce ventilata est: vt esset semen vnde alia messis consurgeret. Nunc vo cuz fama euangelij ⁊ bono eius odore excitati/credunt fideles eius per omnes gentes: erit expectatio gentium quando veniet qui iam venit: quando ab omnib⁹ videbitur qui tunc a quibusdam visus non est: a quibusdam visus est. quando veniat iudicaturus qui venit iudicandus. quando veniat discreturus qui venit vt discerneret Non enim ab impijs christus est discret⁹ sed cum impijs iudicatus. De illo enim dictum est. inter iniquos reputatus est. Latro euasit: christus damnatus est. accepit indulgentiaz criminosus: damnat⁹ est qui omniū crimina confitentiū relaxauit. Tamen ⁊ ipsa crux si attendas: tribunal fuit. In medio enim iudice constituto: vnus latro qui credidit liberat⁹: alter qui insultauit damnatus est. Jam significabat quod facturus est de viuis et mortuis: alios positurus ad dexterā: alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit Similis ille latro futuris ad sinistrā: similis alter futuris ad dexteram. iudicabat et iudicium minabatur.

Margin (left): [Mar]ce. viij. — Math. xv.

Margin (right): Genes. xlix. — Marci. xv.

Explicit tractat⁹ tricesimusprimus: Incipit tractatus tricesim⁹ secundus: Ab eo loco vbi ait: In nouissimo autem die festiuitatis stabat iesus et clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me et bibat: vsqꝫ ad id quod ait: Non enī erat spiritus datus quia iesus nō dum fuerat glorificatus:

Inter dissensiones ⁊ dubitatiōes iudeorum de dn̄o iesu christo /inter cetera que dixit quibus alij confunderent alij docerentur † Nouissimo festiuitatis die illius: tūc enim ista agebantur: que appellatur scenophegia: id est. tabernaculorū constructio. de qua festiuitate iam ante meminit charitas vestra fuisse disertum: vocat dn̄s iesus christus ⁊ hoc non vtcunqꝫ loquendo a

Margin (right): † Ar. In nouissimo autē die magno.

sed clamando: vt qui sitit veniat ad eum Si sitimus/veniamus et non pedibus sed affectibus: nec migrando sed amādo veniamus. Quāq̄ scđm interiorem hominē et q̄ amat migrat. Et aliud ē migrare corpore aliud corde. Migrat corpore: qui motu corporis mutat locum. Migrat corde: q̄ motu cordis mutat affectum. Si aliud amas aliud amabas: non ibi es vbi eras. Clamat ergo nobis dñs. Stabat enim et clamabat: Si quis sitit veniat ad me et bibat: Qui credit in me: sicut† scriptum est: flumina de vētre eius fluent aque viue. Quid h ē et quando euangelista exposuit: immorari non debemus. Unde enim dixerit dominus: si quis sitit veniat ad me et bibat: et qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque viue: consequentē exposuit euangelista dicens. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: Nondum enim erat spiritus datus: quia iesus nōdum erat glorificatus. Est ergo sitis interior et venter interior: quia est homo interior. Et ille quidē homo interior inuisibilis: exterior autem visibilis. Sed melior interior q̄ exterior: Et qđ non videtur hoc plus amatur. Constat enim plus amari hominem interiorem q̄ exteriorē Unde hoc constat: vnusquisq; in seipso probet. Quis enim qui male viuūt animos suos corpori addicant/viuere tamē volunt: qđ non est nisi animi. Magisq; se ipsos indicant qui regunt: q̄ illa que reguntur. Regunt enim animi: reguntur corpora. Gaudet vnusquisq; voluptate: et capit de corpore voluptatem. Sed separa animū/nihil restat in corpore qđ gaudeat: et si đ corpore gaudet/animus gaudet. Si gaudet de domo sua: de se nō debet gaudere. Et si habet animus vnde delectetur extrinsecus: sine delitijs manet intrinsecus. Omino constat plus amare hominem animam suam q̄ corpus suum Sed et in alio hoīe plus amat homo animam q̄ corpus. Quid enim amatur ī amico: vbi est amor sincerior et castior? Quid amatur in amico: animus an corpus? Si fides amatur: animus amatur. Si beniuolentia amatur: beniuolentie sedes animus est. Si hoc amas in altero quia et ipse amat te/animū amas. Quia non caro sed animus amat. Ideo enim amas: quia te amat Quere vnde te amet: et vides qđ amas. Plus ergo amatur et non videtur: Aliqđ etiam volo dicere vbi magis appareat dilectioni vestre q̄ntum ametur animus: et quemadmodū corpori preponatur. Illi ipsi lasciui amatores qui pulchritudiē corporum delectantur/et forma membrorum accenduntur: tunc amant amplius quando amantur. Nam si amet et sentiet quia odio habetur: magis irascitur q̄ diligit. Quare magis irascitur q̄ diligit? Quia nō ei redditur qđ impēdit. Si ergo ipsi corporum amatores redamari se volunt: et h magis eos delectat si amentur: quales sunt amatores animorum? Et si magni sunt amatores animorum: quales sunt amatores dei: qui pulchros animos facit? Sicut enim animus facit decus ī corpore: sic deus in animo. Non enim facit corpori vnde ametur nisi animus. Qui cum migrauerit: cadauer horrescis. Et q̄ntumcunq; pulchra illa membra dilexeris: sepelire festinas. Decus ergo corporis animus. Decus animi deus. ¶ Clamat ergo deus B vt veniamus et bibamus si intus sitiamus et dicit: Quia cū biberimus flumina aq̄ viue fluent de ventre nostro. Uenter interioris hominis: conscientia cordis est. Bibito ergo isto liq̄re: reuiuiscit purgata conscientia. Et hauriens fontē habebit: Etiam ipsa fons erit. Quid est fons/et quid est fluuius qui manat de ventre interioris hominis? Beniuolentia qua vult cōsulere proximo. Si enim putet quia qđ bibit soli ipsi debet sufficere: non fluit aq̄ viua de ventre eius. Si autem proximo festinat consulere: ideo non siccat quia manat. Uidebimus nunc quid sit qđ bibūt qui credunt in domino. Quia vtiq; christiani sumus: et si credimus bibimus: Et vnusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit: et si viuit ex eo qđ bibit. Non enim nos deserit fons: si non deseramus fontem. Exposuit euangelista vt dixi/vnde dominus clamasset: ad qualem potū in-

† Al. dicit scriptura.

uitasset: et quid bibentibus propinasset dicens. Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: Nondum enim erat spiritus datus: quia iesus nondum erat glorificatus. Quem dicit spiritum: nisi sanctũ spiritum? Nam vnusquisque homo habet ĩ se propriũ spiritum: de quo loquebar cum animũ commendarem. Animus enim cuiusque/ proprius est spiritus eius. De quo dicit paulus apostolus. (Corint. ij.) Quis enim scit hominum que sunt hominis: nisi spiritus qui in ipso est? Deinde adiunxit. Sic et que dei sunt nemo scit: nisi spiritus dei. Nostra nemo scit: nisi spiritus noster. Non enim noui quid cogitas: aut tu quid cogito. Ipsa enim sunt propria nostra que interius cogitam⁹: et cogitationũ vniuscui⁹que hoĩs ipsi⁹ spirit⁹ testis est. Sic et q̃ dei sunt nemo scit: nisi spiritus dei. Nos cum spiritu nostro: deus cum suo. Ita tamen vt deus cum suo spiritu sciat etiam q̃d agatur in nobis: nos autem sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in deo. Deus autem scit in nobis: et q̃d ipsi nescimus in nobis. Nam infirmitatẽ suam petrus nesciebat quando a domino q̃d ter esset negaturus audiebat. et eger se nesciebat: medicus egrum sciebat. Sunt ergo quedam que deus nouit in nobis: nescientibus nobis. Tamen q̃tum ad homines ptinet/ nemo sic se nouit: quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur: sed spiritus eius nouit. Accepto autem spiritu dei: discimus et quid agat̃ in deo. Non totum: quia non accepimus totum. De pignore multa nouimus. Pignus enim accepimus: et huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interim ĩ hac peregrinatione pignus nos consolatur: quia qui nos dignatus est oppignerare: multum paratus est dare. Si talis est arra: quid est cuius est arra? ¶ Sed quid (C) est quod ait: non erat spiritus datus: q̃ iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus. Non enim non erat spiritus dei: qui erat apud deum? Sed nondum erat in eis qui crediderant in iesum. Ita enim disposuit dominus iesus/ non eis dare spiritum istum de quo loq̃mur nisi post resurrectionem suam: et hoc non sine causa. Et forte si queramus/ annuet vt inueniamus: Et si pulsemus/ aperiet vt intremus. Pietas pulsat non manus: q̃q̃ pulsat et manus: si ab operibus misericordie non cesset manus. Que igitur causa est: cur dominus iesus christus statuerit non nisi cum esset glorificatus dare spiritumsanctum? Quod anteq̃ dicamus vt possumus: prius querendũ est ne quẽ forte moueat quomodo nondũ erat spiritus in hominibus sanctis: cum de ipso domino recẽs nato legatur ĩ euãgelio/ q̃d eum in spiritusancto agnouerit symeon. Agnouit etiam anna vidua prophetissa: agnouit iohannes ipse qui eũ baptizauit. (Luce. ij.) Impletus spiritusancto Zacharias multa dixit: Spiritũsanctũ ipsa maria vt dominũ conciperet accepit. Multa enim indicia precedentia d̃ spiritusancto habemus: anteq̃ dominus glorificaretur resurrectione carnis sue. Non eniẽ alium spiritum etiam prophete habuerunt: qui christum venturum prenunciauerunt. Sed modus quidã futurus erat dationis huius: qui oĩno antea non apparuerat. De ipso hic dicitur. Nusq̃ eniẽ legimus antea congregatos homines accepto spiritusancto: linguis omniũ gentiũ locutos fuisse. Post resurrectionẽ auteẽ suam primũ quando apparuit discipulis suis: dixit illis. Accipite spiritumsanctuẽ (Johan. xx.) De hoc ergo dictuẽ est: non erat spiritus datus: quia iesus nondum erat glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum/ qui flatu primũ hominem quem fecit viuificauit et de limo erexit: quo flatu animam membris dedit: significans eum se esse q̃ insufflauit in faciem eorum vt a luto exurgerent: et luteis operibus renunciarent. Tunc primum post resurrectionẽ suam dominus quã dicit euangelista glorificationem: dedit spiritũsanctuẽ. Deinde cõmoratus cuẽ eis quadraginta diebus: vt liber actuum apostolorum demonstrat: ipsis videntibus et videndo deducentibus ascendit in celum. Ibi peractis decẽ diebus: die pentecostes misit desuper spiritumsanctum. Quo sicut dixi qui fuerãt in vno loco congregati accepto impleti: oĩuẽ gentiũ linguis locuti sunt. (Actuũ. ij.) ¶ Quid ergo fratres quia modo qui baptizat̃ in

christo & credit in christū non loquit͛ omnium gentium linguis: non est credend⁹ accepisse spiritūsanctū? Absit vt ista pfidia temptetur cor nostrum. Certi sumus omnem hominez accipere. Sed q̄tū vas fidei attulerit ad fontem: tantū implet. Cum ergo & modo accipiatur: dixerit aliquis. quare nemo loquitur linguis omnium gentiū? Quia iam ipsa ecclesia linguis omnium gentium loquitur? Antea in vna gente erat ecclesia: vbi omniū linguis loquebantur. Loquēdo linguis oīum significabat futuꝝ: vt crescendo per gentes/ loqueretur linguis omniū gentium. In hac ecclesia qui non est: nec modo accipit spiritūsanctum. Precisus enī et diuisus ab vnitate membrorum / que vnitas linguis omniū loquitur: renunciet sibi. Non habet. Nā si habz: det signū qd tunc dabatur. Quid est det signū qd tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis. Respondet mihi. Quid enim tu loqueris omnibus linguis? Loquor plane Quia omnis lingua mea est. id est. eius corporis cuius membrum sum. Diffusa ecclesia per gentes: loquitur omnibus linguis. Ecclesia corpus est christi. In hoc corpore membrum es. Cum ergo membrum sis eius corporis quod loquit͛ omnigus linguis: crede te loqui omnibus linguis. Unitas enim membroꝝ charitate concordat: & ipsa vnitas loquit͛ quomodo tunc vnus homo loquebatur. Accipimus ergo & nos spiritūsanctum si amam⁹ ecclesiam: si vnitate compaginamur: si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres: q̄tuz quisq₃ amat ecclesiaz christi/ tantum habet spiritūsanctū. Datus est enim spiritus/ sicut apostolus dicit: ad manifestationē. Quam manifestationē? Sicut ipse idez dicit/ quia alij datur per spiritum sermo sapiētie: alij sermo scientie s̄m eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu: alij donatio curationū in vno spiritu: alij operatio virtutum in eodem spiritu. Multa enim dantur ad manifestationē: sed tu forsitan eorū omniū que dixi nihil habes. Si amas: non nihil habes. Si enim amas vnitatē: etiam tibi habet quisqs in illa habet ali-

j. Corint. xij

quid. Tolle inuidiaz: & tuū est qd habeo Tollam inuidiam: & meum est qd habes Liuor separat: sanitas iūgit. Oculus solus videt in corpore: Sed nunquid soli sibi oculus videt? Et manui videt & pedi videt/ & ceteris membris videt. Nō eī si aliquis ictus in pedem veniat: auertit se oculus inde vt non precaueat. Rursus sola manus operatur in corpore: sed nūquid sibi soli operatur? Et oculo operatur. Nam si ictus aliquis veniens nō eat in manum sed tantum in faciem: nunqd dicit manus non moueo quia non tendit ad me? Sic pes ambulando omnib⁹ mēbris militat. Mēbra cetera tacent: & lingua omnibus loquitur. Habemus ergo spiritumsanctū: si amam⁹ ecclesiā. Amamus autem: si in eius compage & charitate consistimus. Nam ipse apostolus cum dixisset diuersa dona dari diuersis hominibus tanq̄ officia quorumq₃ membroꝝ: adhuc inquit supeminentiorē viam vob demonstro. Et cepit loqui de charitate. j. Coꝛ. Preposuit eam linguis hominū & angelorum: preposuit miraculis fidei: preposuit scientie & prophetie: preposuit etiaz illaz magno opi mīe/ quo sua que possidet distribuit quisq₃ paupibus: Et ad extremū preposuit etiam corporis passionibus. His omnibus tam magnis rebus preposuit charitatem. Ipsam habeto et cuncta habebis: Quia sine illa nihil proderit q̄cquid habere potueris. ¶ Quod vero ad spiritūsanctū pertinet charitas ō qua loquimur. Questio enim modo ī euangelio de spiritusancto retractatur: audi apostolū dicentez: charitas dei diffusa ē ī cordib⁹ nr̄is p spm̄ q̄ dat⁹ ē nob. Quare ergo dominus spiritū cuius maxima beneficia sunt in nobis/ quia charitas dei p ipsum diffusa est in cordibus nostris: p⁹ resurrectionē suam dare voluit? Quid significauit? Ut in resurrectiōe nostra charitas flagret/ & ab amore seculi separetur vt tota currat in deum. Hic enim nascimur & morimur: hoc non amemus. Charitate migrem⁹: charitate sursuz habitem⁹ charitate illa qua diligimus deū. Nihil aliud in hac vita nostre peregrinationis meditemur nisi q2 & h n̄ sp erim⁹: & ibi no

bis locum bene viuendo preparabimus. vnde nunq̄ migremus. Dominus enī noster iesus postea q̄ resurrexit iam non moritur: mors illi vltra: sicut apostolus dicit: non dn̄abitur. Ecce qd amemus si viuim⁹ si in ipsum credimus qui resurrexit: ⁊ dabit nobis non quod hic amant homines/ qui deu3 non amant. aut tanto plus amāt q̄to illum minus amant. Tanto autem h̄ minus amant: q̄to illu3 plus amant. Sed videamus q̄d nobis promisit. Non diuitias terrenas ⁊ temporales: non honores et potestates in seculo isto: Videtis enī omnia hec dari ⁊ hominib⁹ malis: ne magnipendantur a bonis. Non ipsam postremo corporis sanitatem. non quia ipse illā nō dat: sed quia vt videtis ⁊ pecorib⁹ dat: nō vitam longam. Quid est enim longum qd aliquando finitur? Non p magno nobis credentibus promisit longeuitate3 aut decrepitam senectutem quam omnes optant anteq̄ veniat: omnes de illa cum venerit murmurant. Non pulchritudinem corporis: quā vel corporis morb⁹ vel ipsa senectus que optatur/ exterminat. Vult esse pulcher: ⁊ vult esse senex. Ista duo desideria sibiinuicem concordare non possunt Si senex eris: pulcher non eris. Quando senectus venerit: pulchritudo fugiet. Et ī vno habitare non possunt: vigor pulchritudinis: ⁊ gemitus senectutis. Omnia ergo ista non nobis promisit qui dixit. Qui credit in me veniat ⁊ bibat: ⁊ flumina de ventre eius fluent aque viue. Vita3 eternam promisit vbi nihil timeamus/ vbi non conturbemur: vnde non migremus: vbi nō moriamur: vbi nec decessor plangitur: nec successor speretur. Quia ergo tale est qd nobis promisit amantibus ⁊ per spiritussancti charitate3 feruentibus: ideo ipsum spiritum noluit dare nisi cum esset glorificatus: vt in suo corpore ostenderet vitam quam modo non habemus: sed in resurrectione speramus.

Explicit tractatus tricesimussecundus: Incipit tractatus tricesimustertius: ab eo loco vbi ait: Ex illa ergo turba cu3 audissent hos sermones eius: vsq3 ad id qd ait: Nec ego te condemnabo: vade et amplius noli peccare.

Meminit charitas vestra sermōe pristino ex occasione lectionis euangelice locutos nos esse vobis de spiritusancto. Ad hunc potandum cū dominus inuitasset credentes in se: loquens inter eos qui illum tenere cogitabāt ⁊ interficere cupiebant: nec valebant quia ille nolebat. Cu3 ergo hec locutus esset: nata est de illo in turba dissensio: alijs putantibus qd ipse esset christus: alijs dicentibus quia d galilea non exurget christus. Qui do missi fuerant vt eum tenerent: redierūt īmunes a crimine ⁊ pleni admiratiōe. Nā et testimoniū perhibuerunt diuine doctrine eius: cum dicerent a quibus missi fuerant. Quare non adduxistis eum? Responderunt enim nunq̄ se audisse hominem sic locutum: Nō eni3 quisq̄ sic loquitur homo. Ille aute3 sic locutus est: quia deus erat ⁊ homo. Tamen pharisei testimoniū eorum repellentes: dixerunt eis. Nunquid ⁊ vos seducti estis? Videmus enim delectatos vos eē sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eū aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt: Qui non nouerant legem: ipsi credebant in eum qui miserat legem. Et eum qui miserat legem contēnebant illi qui docebāt lege3: vt impleretur quod dixerat ipse dominus. Ego veni vt non videntes videāt et videntes ceci fiant. Ceci enim facti sunt pharisei doctores: illuminati sunt populi nescientes legem: ⁊ in auctorem legis credentes. Nicodemus tamen vnus ex phariseis qui ad dominū nocte venerat ⁊ ipse non quidem incredulus sed timidus: nam ideo nocte venerat ad lucē quia illuminari volebat ⁊ sciri nolebat: respondit iudeis. Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi audierit ab ipso prius et cognouerit q̄d faciat? Volebant enim illi peruerse ante esse dānatores q̄ cognitores. Sciebat enim nico

A

Aug⁹ in hoc trac. nō semper notat textum s̄m formam verborum: s3 q̄nq̄ mutat verba q̄nq̄ p̄terit sensum dū taxat ponēdo.

Johan. ix.

demus vel potius credebat: quia si tm̄mo do eū vellēt patient audire/forte ill'es fierent illis qui missi sunt tenere: ꝛ maluerūt credere. illi Responderunt ex preiudicio cordis sui: qd ꝛ illis. Nunquid et tu galileus es? Id est. quasi a galileo seductus. Dn̄s enim galileus dicebatur: quoniam de nazaret ciuitate erant parentes eius. Scd̄m mariam dixi parentes: non ſm virile semen. Non enim quesiuit in terra nisi matrem: qui iam habebat desup patrem. Nam vtraq; eius natiuitas mirabilis fuit: Diuina sine matre/hūana sine patre. Quid ergo illi quasi legisdoctores ad nicodemum dixerunt? Scrutare scripturas et vide: quia ꝓpheta a galilea non surgit. Sed dominus ꝓphetarum inde surrexit. Reuersi sunt inq̄t euangelista: vnusquisq; in domū suam: Inde iesus perrexit in monte olueti. In mōtē aūt olueti: i montē fructuosum: in montem vngenti: in montē chrysmatis. Ubi eni decebat docere christum: nisi in monte olueti? Christi eni nomen a chrysmate dictum est. Chrysma autem grece: latine vnctio nuncupat. Ideo autem nos vnxit: quia luctatores contra diabolū fecit. Et diluculo iterū vēit in templum et omnis popolus venit ad eum: et sedens docebat eos et non tenebatur: quia nondum pati dignabatur. Nunc iam attendite: vbi ab inimicis temptata sit domini mansuetudo. Adducunt autem illi scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam: et statuerunt eam in medio et dixerunt ei: Magister hec mulier modo deprehēsa est in adulterio: in lege autem moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare Tu ergo quid dicis? Hec autem dicebant temptantes eum: vt possent accusare eum. Un̄ accusare? Nū quid ipsum in aliquo facinore deprehenderant: aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur? Quid est ergo temptantes eum vt possent accusare eu3?

Capitul. viij B

Intelligamus fratres admirabilē mansuetudinē in domio fuisse. Animaduerterūt eum nimiū esse mitem: nimiū esse mansuetum. De illo quippe fuerat ante predictū. Accinge gladium super femur tuum potētissime. Speciem tuam ꝛ pulchritudinē tuam intēde prospere procede ꝛ regna: Propter veritatem ꝛ mansuetudinē ꝛ iusticiā. Ergo attulit veritatem vt doctor: mansuetudinem vt liberator: iusticiam vt cognitor. Propter hec eum esse regnaturum in spiritusancto propheta predixerat. Cum loqueretur: veritas agnoscebat. Cum aduersus inimicos non moueretur: mansuetudo laudabatur. Cu3 ergo de duob' istis id est. de veritate ꝛ māsuetudine eius inimici liuore ꝛ inuidia torquerent: in tertio id est. iusticia scandalum posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidare Et vtiq; lex qd iniustum erat/iubere non poterat. Si quis aliquid diceret quā lex iusserat: iniustus deprehenderet. Dixerāt ergo apud semetipsos. Uerax putat: māsuetus videtur: de iusticia illi querēda calumnia est. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam: dicamus quid de illa in lege preceptum sit. Si eam iusserit lapidare. mansuetudinē non habebit. Si eā dimitti censuerit: iusticiā non tenebit. Ut autem mansuetudinē inquiūt non perdat in qua iam populis amabilis factus est: sine dubio eam dimitti debere dicturus est hinc nos inueniemus accusandi occasionem: ꝛ eum reum faciemus tanq; legis preuaricatorem dicentes ei. Hostis es legis/ contra moysen respōdes: immo contra eū qui per moysen legē dedit. Reus es mortis: cum illa ꝛ tuipse lapidandus es. Posset his verbis atq; his sententijs inflammari inuidia: feruere accusatio: flagitari damnatio. Sed cui hoc? Peruersitas rectitudini/falsitas veritati: corruptum cordi recto/stulticia sapiētie. Quando illi laqos prepararēt. in quos non prius ipsi caput inijcerent. Ecce dominus in respondendo ꝛ iusticiam seruaturus est: ꝛ a mansuetudine non recessurus. Non est captus cui tendebatur: sed potius capti sunt qui tendebant: quia in eum qui eos posset de laqueis eruere non credebant. Quid

ps. xliiij

C

ergo respondit dominus iesus? Quid ergo respondit veritas? Quid respondit sapientia? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iusticia? Non dixit non lapidetur: ne contra legem dicere videretur Absit autem vt diceret lapidetur. Uenit enī nō pdere qd īuenerat: sed q̄rere quod perierat. Quid ḡ respōdit? Uidete q̄ plenū sit iusticia: plenū mā̄suetudīe ⁊ vitate Qui sine peccato est vestrum inquit prior in illam lapidem mittat. O responsio sapientie: quomodo eos intromisit in semetipsos. Foris enim calū̄niabā̄t: seipsos intrinsecus non pscrutabant. Adulteram videbant: se ñ perspiciebā̄t. Preuaricatores legis legem implere cupiebā̄t Et hoc calū̄niando non vere/ tanq̄ adulteram a castitate damnā̄do. Audistis iudei: audistis pharisei: audistis doctores legis: legis custodez: sed nōdū̄ intellexistis legislatorem. Quid vobis aliud significat: cum digito scribit in terra? Digito eī dei lex scripta est: sed ppter duros in lapide scripta est. Nunc iam dn̄s in terra scribebat: quia fructum querebat. Audistis ergo. Impleat lex: lapidet adultera. Sz nunquid ī illa punienda/ lex implenda ē a puniendis? Consideret se vnusquisq̄ vestrum: intret in semetipsum: ascendat tribunal mentis sue: cō̄stituat se ante conscientiam suam: cogat se confiteri. Scit enim quis sit: Quia nemo scit hominū̄ que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est. Unusquisq̄ in se intendens: peccatorem se inuenit. Ita plane. Ergo aut istam dimittite: aut simul cum illa penam legis excipite. Si diceret non lapidetur adultera: iniustus conuinceret. Si diceret lapidetur: mansuetus nō videretur. Dicat qd dicere debet: ⁊ mansuetus ⁊ iustus. Qui sine peccato est vestrum: prior in illam lapidem mittat. Hec vox iusticie est. Puniatur peccatrix: sed non a peccatoribꝰ. Impleatur lex: sed nō a preuaricatoribꝰ legis Hec vox oīno iusticie est. Qua iusticia illi tanq̄ trabali telo pcussi/ sese inspicientes ⁊ reos inuenientes: vnus post vnū omnes recesserunt: Relicti sunt duo: misera ⁊ misericordia. Dn̄s autem cū̄ eos illo telo iusticie percussisset: nec dignatus est cadentes attendere: sed auerso ab eis obtuitu: rursum digito scribebat in terra. Relicta autem sola illa muliere oībusq̄ abeuntibus: leuauit oculos suos ad mulierem. Audiuimus vocē iusticie: audiamus ⁊ mā̄suetudinis. Plus eī credo territa erat illa cum audisset a dn̄o dictum: qui sine peccato est vestrum: prior in illam mittat lapidem. Illi ergo attē̄dentes se ⁊ abscessu ipso confessi de se: reliquerant mulierem cum grandi peccato ei qui erat sine peccato. Et quia illa h̄ audierat/ qui sine peccato est prior in illaz lapidem mittat: ab illo se sperabat puniendam in quo peccatum inueniri non poterat. ¶ Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iusticie: leuans in eam oculos mansuetudinis interrogauit eam. Nemo te condemnauit? Respondit illa: Domīe: nemo: Et ille: Nec ego te condemnabo. A quo te forte damnari timuisti: quia in me peccatum nō inuenisti: Nec ego te ꝯdemnabo. Quid ē domine? Faues ergo peccatis? Non plane. Ita attende quod sequit. Uade deinceps iam noli peccare. Ergo ⁊ dominus damnauit: sed peccatum non hominem. Nam si peccatorum fautor esset diceret/ nec ego te condē̄nabo: vade ⁊ viue vt vis: de mea liberatione esto secura. ego q̄tumcū̄q̄ peccaueris te ab omni pena etiam gehenne ⁊ inferni terroribus liberabo Non hoc dixit. Intendant ergo qui amā̄t in domino mansuetudinem: ⁊ timeant veritatem. Etenim dulcis ⁊ rectus dominus Ama qd dulcis est: time qd rectꝰ est Taq̄ mansuetus dixit tacui: sed tanq̄ iustus/ nū̄quid semper tacebo? Misericors ⁊ miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde longanimis. Adde adhuc ⁊ misericors. Sed time qd est in nouissimo ⁊ verax. Qd eniz modo sustinet peccantes: iudicaturus est ꝯtemnē̄tes. An diuitias longanimitatis ⁊ mansuetudinis eius contemnis: Ignoras quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Tu autem sm̄ duriciam cordis tui et cor impenitē̄s: thesaurizas tibi iram in die ire ⁊ reuelationis iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq̄ scd̄m opera sua. Mansuetus dominus/ longanimis dn̄s/ misericors dn̄s: sed ⁊ iustus dn̄s/ ⁊ verax dn̄s. largitur

D

ps. xxiiij.

Rhoma. ij.

tibi spaciuz correctiōis: sed tu plus amas dilationem q̄ emendationem. Malus fu sti heri: hodie bon⁹ esto. Et hodiernū diē i malicia pegisti: vel cras mutare. Semp expectas: ⁊ de mia dei tibi plurimū polli ceris. Quasi ille q̄ tibi p patiētiā pmisit in dulgētiā: pmiserit tibi etiā plixiorē vitā. Vñ scis q̄d pariat crastin⁹ dies? Recte di cis in corde tuo. quādo me correxero: de us mihi omnia peccata mea dimittet. Ne gare non possumus: q̄ correctis atq̧ con uersis indulgentiā deus promisit. Nam in quo ppheta mihi legis quia promisit cor recto indulgentiā: Non mihi legis quia p misit tibi deus longam vitam. Ex vtroq̧ igitur homines periclytanť: ⁊ sperando et desperando. Contrarijs rebus/contrarijs affectionibus. Sperando qui decipitur? qui dicit: Bonus est deus: misericors est deus: faciam quod mihi placet quod libet: laxem habenas cupiditatib⁹ meis impleam desideria anime mee. Quare h? Quia misericors est deus: bonus est deus mansuetus deus. spe isti piclytanť. Despe ratione autem: qui cum inciderint in gra uia peccata: putantes sibi non posse iaz ig nosci penitent. b⁹: ⁊ statuentes se ad dam nationem sine dubio destinatos: dicunt apud semetipsos. Jam damnādi sumus: quare nō q̄d volumus facimus? Animo gladiator/ferro destinator. ideo molesti sunt desperati. Jam enim q̄d timeant non habent: ⁊ vehementer timendi sunt. Jstos desperatio necat: spes illos. Jnter spem ⁊ desperationem fluctuat animus. Metuen dum est ne te occidat spes: ⁊ cum multum speras de mia/incidas in iudicium. Metu endum est rursus ne te occidat dsperatio: et cum putas iam tibi non ignosci que gra uia cōmisisti: non agas penitentiā ⁊ incur ras in iudicem sapientiā que dicit: ⁊ ego vestre perditioni supridebo. Quid ergo agit dn̄s cum periclytantib⁹ vtroq̧ morbo Jllis qui spe periclytanť: h dicit. Ne tar des conuerti ad dn̄m: neq̧ differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: et in tēpore vindicte disperdet te. Jllis qui desperatione periclytātur quid dicit? Jn quacunq̧ die iniquus conuersus fuerit: omnes iniquitates eius obliuiscar: Pro pter illos ergo qui desperatione periclytantur: pposuit indulgentie portum. Pro pter illos qui spe periclytanť ⁊ dilationi bus illuduntur: fecit diez mortis incertuz q̄n veniat vltim⁹ dies nescis. Jngrat⁹ es q̄ hodiernū habes: in q̄ corrigaris? Sic ḡ dixit ad istā mulierē: nec ego te ꝯdēnabo: Sz facta secura d p̄terito/caue futura: nec ego te ꝯdemnabo. Deleui quod cōmisisti obserua q̄d precepi vt inuenias q̄d pmisi.

Eccl. v:

Ezech. xviij

Explicit tractat⁹ tricesimus terti⁹: Incipit tractatus tricesimusquar tus. d eo q̄d dictū est: Ego sum lux mūdi: qui sequiť me non ambulat in tenebris sed habebit lumē vite

Quod modo audiuimus ⁊ intenti accepi mus cum sanctum euangeliū legeretur: non dubito q̄ om nes etiam intelligere conati sumus: et quisq̧ nostrum de re tam magna que le cta est: pro suo modulo cepit q̄d potuit: et posito pane verbi: nemo est qui se querať. nihil gustasse. Sed interim non dubito: q̄ difficile quisq̧ est qui totum intellexerit. Tamen etiam si est qui omnia verba do mini nostri iesu christi modo ex euange lio recitata satis intelligat: toleret ministe rium nostrum: quousq̧ si possumus illo ad iuuante tractando faciamus: vt vel omēs vel multi intelligant quod se pauci intel lexisse letantur. q̄d ait dn̄s: Ego suz lux mundi. Clarū puto esse eis qui habent oculos: vnde huius lucis participes fiant. Qui autem non habent oculos nisi in sola carne: mirātur q̄d dictū est a dn̄o iesu chri sto. Ego sum lux mundi. Et forte non de sit qui dicat apud semetipsum: Nunquid forte dn̄s christ⁹ ē sol iste: qui ortu ⁊ occa su peragat diem? Non eniz defuerūt here tici qui ista senserunt. Manichei solē istū oculis carneis visibilē: expositum ⁊ publi cum non tantum hominibus sed etiam pe coribus ad videndū: christum dn̄m eē pu tauerunt. Sed catholice ecclesie recta fi des improbat tale comentum: ⁊ diabolicā doctrinam esse cognoscit. Non solum ag noscit credendo: sed in quibus potest cō

uincit etiam disputando. Improbemus itaqz huiusmodi errorem: quem sancta ab initio anathematizauit ecclesia. Non arbitremur ꝫ dñm iesum christum hunc esse solem quem videmus oriri ab oriente: occidere in occidente: Cuius cursui nox successit: cuius radij nube vmbrantur: qui certo de loco in locum motione commigrat. Non est hoc dñs christus. Non est dominus christus sol factus: sed per quē sol factus est. Omnia enī per ipsum facta sūt et sine ipso factum est nihil. Est ergo lux que fecit hanc lucem. Hanc amemus: hāc intelligere cupiamus. ipsaz sitiamus: vt ad ipsam lucem aliqñ veniamus: ꝫ in illa ita viuamus: vt nunqꝫ oīno moriamur. Ista enim lux est: de qua ꝓphetia olim ꝑmissa ita in psalmo cecinit. Homines ꝫ iumenta saluabis dñe: sicut multiplicata ē mīa tua

XV. deus. Psalmi sancti ista vba sunt. ¶ Aduertite quid de tali luce antiquus sctōꝝ hominū dei sermo ꝑmiserit: Homines inquit ꝫ iumenta saluos facies dñe: sicut multiplicata est mīa tua deus. Quō enim deus es ꝫ habes multiplicem mīam: ꝑuenit eadem multiplicitas mīe tue non solum ad homines quos creasti ad imaginē tuam: sed etiam ad pecora que hoībus subdidisti. A quo enī salus hominis: ab illo salus et pecoris. Non erubescas hoc sentire de dño deo tuo: Immo presumas ꝫ fidas et caueas ne aliter sentias. Qui saluuz facit te: ipse saluū facit equū tuū: ipse ouez tuam. Ad mīma oīno veniamus: ipse gallinam tuam. Dñi est salus: ꝫ ista deus saluat Mouet te / interrogas: miror qd dubitas Dedignabit saluare: qui dignatus ē creare? Dñi est salus. Angeloꝝ hominū pecorum: dñi est salus. Sicut nemo est a seipso ita nemo saluus est a seipso. Proinde verissime psalmus atqꝫ optime ait: homines et iumenta saluos facies dñe. Quare? Sicut multiplicata est mīa tua deus. Tu enī es deus: tu creasti: tu saluas. tu dedisti eē te das sanū esse. Si ergo sicut multiplicata est mīa dei / ab illo homines ꝫ iumenta saluantur: nonne homines habent aliqd aliud quod eis deus prestet creator: qđ iumentis non prestet? Nulla ne discretio ē inter animal factum ad imaginem dei: et animal subditum imagini dei? Est plane. Preter salutem istam cōmunē nobiscum animantibus mutis: est qđ nobis ꝑstet deus: illis autem non prestet. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo. Filij aūt hominū sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Habentes modo salutem cōmunem cum pecoribus suis: filij hominū sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Aliam habent salutez in re: aliam in spe. Salus ista que in presenti est: hoībus pecoribusqꝫ cōmunis est. Sed est alia quā sperant homines ꝫ accipiunt qui sperant: nō accipiunt qui desperant. Filij autem hominū sub tegmine inquit alarum tuarum sperabunt. Qui autez ꝑseuerant sperant: a te proteguntur ne de spe a diabolo deijciantur: sub tegmine alarum tuarum sperabūt. Si ergo sperabunt / quid sperabūt nisi qꝫ pecora non habebunt? Inebriabuntur ab vbertate domus tue ꝫ torrente voluptatis tue potabis eos. Quale vinū est. vnde inebriari laudabile est? Quale vinum est? Qđ non turbat sed dirigit mentē Quale vinū est? Qđ facit perpetuo sanū non inebriando facit insanū. Inebriabūt Unde? Ab vbertate domus tue ꝫ torrente voluptatis tue potabis eos. Uñ? Qm apud te est fons vite. Ipse fons vite ambulabat in terra. Ipse dicebat: qui sitit veniat ad me. Ecce fons. ¶ Sed nos de lu- C mine loqui ceperamus ꝫ ꝓpositaz ex euāgelio questionē de lumine tractabamus. Lecta est enim nobis dicēte dño / Ego suz lux mundi. Inde questio: ne quis carnaliter sapiens solem istum intelligendū putaret. Uenimus inde ad psalmū. Quo cōsiderato: inuenimus interim dñm fontē vite: Bibe ꝫ viue. Apud te inqt fons vite: ideo sub vmbraculo alarum tuarum sperabūt filij hominū / inebriari isto fonte qrentes. Sed de lumine dicebamus: sequere ergo. Nam ꝓpheta cū dixisset: apud te ē fons vite: secutus adiunxit: ꝫ ī lumine tuo videbimus lumen: deum de deo: lumē de lumine. Per hoc lumen factum est solis lumen. Et lumen qđ fecit solem: sub quo fecit ꝫ nos: factū est sub sole ꝓpter nos. Factum est inqꝫ ꝓpter nos sub sole lumē qđ fecit solem Noli ꝯtemnere nubem carnis Nube tegitur / non vt obscuretur sed vt temperetur. Loquens ergo per nubē carnis lumen indeficiens: lumen scientie: lumen sapientie: ait hominibus. Ego sum lux

t Ar. ābulat mundi:q̄ seq̄tur me nō t ambulabit ī tenebris sed habebit lumen vite. Quō te abstulit ab oculis carnis: ꝛ reuocauit ad oculos cordis? Non enim sufficit dicere. qui me sequit̄ nō ambulabit in tenebris sed habebit lumen: addidit enī vite: Sicut ibi dictū est / quō apud te ē fons vite. Uidete itaq̄ frēs mei: quō verba dn̄i cum illius psalmi veritate ꝯcordent: et ibi lumen positū est cum fonte vite. ꝛ a dn̄o dictuȝ est: lumen vite. In istis autem vsibus corpalib⁹ aliud ē lumē: aliud fons Fontē fauces querūt: lumen oculi. Quādo sitimus: querimus fontē. Qn̄ in tenebris sumus. querim⁹ lumen. Et si forte nocte sitiamus: lumen accendim⁹ vt ad fontem veniamus. Non est sic apud deū. Qđ lumen est: hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas: ipse tibi manat vt bibas. Uidetis ergo frēs mei: videtis si intus videtis: quale hoc lumen est: de quo dn̄s dicit: qui me sequitur non ambulabit in tenebris. Seq̄re istum solem: videam⁹ si non ambulabis in tenebris. Ecce oriēdo exit a te. Ille cursu suo ad occidentē pgit: tibi forte ad oriētē: profectio est. Nisi tu in ꝯtrariā ptē pgas: non qua ille tendit: sequēdo eum ꝑfecto errabis: pro oriente occidentem tenebis. Tu eum in terra si sequaris errabis. Nauta si eum in mari sequatur errabit. Postremo videtur tibi sequendum esse solem: ꝛ tendis etiaȝ ipse ad occidentē quo et ille tendit. Uideam⁹ cū occiderit: si nō ambulabim⁹ in tenebris. Uide queādmodum ꝛ si nolueris eum deserere tu: ipse te deseret: seruitutis sue necessitate pagens diem. ¶ Dn̄s autem noster iesus christus interim ꝛ cum per carnis nubem non omnibus apparebat: p sapie potestatē omīa tenebat. Deus tuus vbiq̄ totus est. Si nō ab illo facias casum: nunq̄ a te ipse facit occasum. Qui ergo me inquit sequit̄ non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vite. Qđ promisit / futuri temporis verbo posuit. Non enim ait habet: sed habebit lumen vite. Non ait tamen qui sequetur me: sed q̄ seq̄t̄ me. In eo qđ facere debemus / presens tempus posuit. Qđ autē ꝑmisit facientibus: futuri temporis verbo significauit. Qui sequitur habebit. Modo seq̄tur: post habebit. Modo sequit̄ per fidem post habebit per speciem. Q̄diu enim sumus in corpe ꝛe ait apostolus: pegrinamur a dn̄o. Per fidem enī ambulamus non per speciem. Quando per speciem? Cum habuerimus lumen vite: cum ad illam visionem venerim⁹: quando nox ista transierit De illo quippe die qui exortur⁹ est dictuȝ est. Mane astabo tibi ꝛ ꝯtēplabor. Quid est mane? Transacta nocte seculi huius: transactis erroribus temptationū: superato illo leone qui nocte rugiēs circūit quē deuoret querens. Mane astabo tibi ꝛ videbo. Nunc v̄o quid putamus fratres huic tempori congruere: nisi qđ rursus ī psalmo dicitur? Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meū rigabo. Per singulas noctes inquit flebo in desiderio lucis ardebo. Uidet dn̄s desiderium meum: Quō dicit illi alter psalmus Ante te est omne desideriū meum: ꝛ gemitus meus a te non est absconditus. Desideras aurum: videri potest. Querens enī aurum: manifestus eris hominib⁹. Desideras frumentū / interrogas qui habeat: ꝛ cupiens peruenire ad id qđ desideras / indicas te. Desideras deum: quis videt nisi deus? A quo enim petis deum sicut panem. sicut aquam: sicut aurum: sicut argentum: sicut frumentum? A quo petis deum nisi a deo? Ipse petitur a seipso: qui ꝑmittit seipsum. Extendat anima cupiditatē suā et sinu capatiore querat comp̄hēdere: qđ oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Desiderari potest / cōcupisci pōt / suspirari pt: ī illud potest digne cogitari ꝛ verbis explicari non potest ¶ Ergo fratres mei: qđ dn̄s breuiter ait. Ego sum lux mundi: qui me sequitur non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vite. Quibus verbis aliud est qđ iussit: aliud qđ promisit. Faciamus q̄ iussit: ne impudenti fronte cōsideremus qđ promisit: ne dicat nobis in iudicio suo. Fecisti eniȝ quod iussi: vt petas qđ promisi? Quid ergo iussisti dn̄e deus noster? Dicet tibi Ut seq̄reris me. Consiliū vite petisti. Cuius vite? nisi de qua dictū est: apud te est fons vite. Audiuit quidam. vade vende omnia que habes ꝛ da pauperib⁹ ꝛ habebis thesaurum in celo ꝛ veni sequere me: tristis abscessit: non est secutus. Quesiuit magistrum bonum: interpellauit doctorē et contempsit docentē. Tristis abscessit:

Marginalia: D; ij. Co; ps̄. v.; ps̄. l.; ps̄. xx; j. Cor; E

ligatus cupiditatib⁹ suis. Tristis abscessit: habens grandem sarcinam auaricie super humeros suos. Laborabat/estuabat: et qui ab illo sarcinaz deponere voluit: ñ est sequẽdus putatus sed deserẽdus. Postea vero ꝙ dñs per euangeliũ clamauit: venite ad me omnes qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego vos reficiam. Tollite iugũ meum sup vos ꝛ discite a me quia mitis sum et humilis corde: ꝙ multi fecerunt audito euãgelio / qd ex ore ipsius audito diues ille non fecit. Ergo modo faciamus: sequamur dñm: soluamus compedes: quib⁹ impedimur sequi. Et quis idoneus soluere tales nodos nisi ille adiuuet cui dictum ẽ: dirupisti vincula mea? De quo alius psalmus dicit. Dñs soluet cõpeditos: dñs eriget elisos. Et quid sequunt̃ soluti ꝛ erecti nisi lumen a quo audiunt/ ego sum lux mundi: qui me sequit̃ non ambulabit ĩ te
F nebris? Quia dñs illuminat cecos. // Illuminamur ergo modo fratres: habẽtes col-
.ix. lyrium fidei. Precessit enĩz eius saliua cũ terra: vnde inũgeret̃ qui cecus est natus. Et nos de adam ceci nati sumus: illo illuminante opus habemus. Miscuit saliuam in terra. verbum caro factum est ꝛ habitauit in nobis. Miscuit saliuam cum terra: ideo predictuz est: veritas de terra orta ẽ Ipse autem dixit: ego sum via veritas et vita. Veritate pfruemur cum viderimus facie ad faciem: quia ꝛ hoc pmittitur nob Nam quis auderet sperare: qd deus nõ dignatus esset vel polliceri vel dare? Videbimus facie ad faciẽ: apostolus dicit. Nũc scio ex parte/ nunc in enigmate p speculuz tunc autem facie ad faciem: Et iohannes apostolus in epistola sua. Dilectissimi nũc filij dei sumus: ꝛ nondum apparuit q̃d erimus. Scimus quia cuz apparuerit/ similes ei erimus: quõ videbimus eum sicuti est. Hec est magna pmissio. Si amas sequere
.xiiij Amo inquis. Sed qua sequor? Si dixissz tibi dñs deus tuus/ ego sum veritas ꝛ vita: desiderãs veritatẽ: concupiscẽs vitam: viam qua ad hec puenire posses pfecto q̃reres ꝛ diceres tibi. Magna res veritas: magna res vita: si esset quõ illuc pueniret anima mea. Queres qua? Audi eum dicẽtem primo: ego sum via. Anteꝙ diceret q̃: premisit qua. Ego sum inquit via. Quo via? Et veritas ꝛ vita. Primo dixit q̃ venias: postea dixit quo veĩas. Ego sum via ego sum veritas: ego suz vita: Manẽs apd patrem: veritas ꝛ vita. Induens se carne: factus est via. Non tibi dicit̃ labora querendo viam: vt puenias ad veritatẽ ꝛ vitam. Non hoc tibi dicitur. Piger surge: via ipsa ad te venit: ꝛ te de somno dormientem excitauit. Si tamẽ excitauit: surge et ambula. Forte conaris ambulare: ꝛ nõ potes quia dolent pedes. Unde dolent pedes? An iubente auaricia p aspera cucurrerunt? Sed dei verbuz sanauit ꝛ claudos. Ecce inquis sanos habeo pedes: sed ipsam viam non video. Illuminauit ꝛ cecos. Hoc totum per fidem: ꝙdiu pegrinamur a dño manẽtes in corpore. Cum autẽ pambulauerim⁹ viam ꝛ ad ipsam patriam puenerimus: quid erit nobis letius? Quid erit nobis beatius? Quia nihil pacatius: nihil enĩ aduersus hoĩez rebellabit. Nũc vero fratres difficile sine rixa sumus. Ad cõcordiã quidem vocati sumus: iubemur pacem habere inter nos: ad hoc conandũ est oĩbusꝙ nitendũ viribus: vt aliquando pueniamus ad pfectissimã pacẽ. Modo autem litigam⁹ plerũꝙ cum eis: quibus consulere volumus. Ille errat: tu vis ducere ad vitam. Resistit paganus: Disputas cõtra errores idoloꝝ ꝛ demonioꝝ. Resistit hereticus: Disputas contra alias doctrinas demonioꝝ. Malus catholicus ñ vult bene viuere. Corripis etiam interiorẽ fratrem tuũ: tecum manet in domo ꝛ pditas vias querit. Estuas quõ illud corrigas: vt de illo bonam rationẽ dño amboꝝ reddas Ꝺn̄te vndiꝙ rixarum necessitates? Plerumꝙ homo tedio affectus dicit apud semetipsum. Quid mihi est pati ꝯtradictores: pati eos qui reddunt mala pro bonis Ego volo consulere: illi volunt pire Con summo vitam meam litigãdo: pacem non habeo. Inimicos insup facio quos amicos habere deberem: si beniuolentiã consulentis attẽderẽt. Quid mihi est ista perpeti? redeam ad me: mecum ero: deum meũ inuocabo. Redi ad teipsum: ibi inuenies rixam. Si cepisti deuz sequi: ibi inuenis rixam. Quam rixam inquis inuenio? Caro concupiscit aduersus spiritũ: ꝛ spirit⁹ aduersus carnem. Ecce tuipse es: ecce tu solus es: ecce tecũ es: ecce aliũ nullũ hoĩem pateris. Sed vides aliam legem in mem- Rhoma .vij

bris tuis repugnantem legi mentis tue: et
captiuantē te in lege peccati que est ī mē-
bris tuis. Exclama ergo ⁊ a rixa interiore
clama ad deum: vt tibi pacificet te. Miser
ego homo: quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei per iesum chri-
stum dn̄m nostrum: quia qui me inquit se-
quitur non ambulabit in tenebris sed ha-
bebit lumen vite. Finita tota rixa/ imorta-
litas consequetur: quia nouissima inimica
destruetur mors. Et qualis pax erit? Opor-
tet corruptibile hoc induere incorruptio-
nem: ⁊ mortale hoc induere imortalitatē.
Quo vt veniamus quia tunc erit ī re: nūc
sequamur in spe eum qui dixit. Ego sum
lux mundi: qui me sequitur non ambula-
bit in tenebris sed habebit lumen vite.

¶ Explicit tractat⁹ tricesimusquar-
tus: Incipit tractatus tricesimus-
quintus: Ab eo quod dictum est:
Dixerunt ergo pharisei: Tu de te-
ipso testimoniū perhibes testimo-
nium tuum non est verum: vsq3 ad
id quod dictum est: Uerum est te-
stimoniū meum: quia scio vnde ve-
ni et quo vado:

A DE verbis do-
mini nostri iesu christi vbi ait
Ego sum lux mundi qui me
sequitur non ambulabit ī te-
nebris sed habebit lumen vite: hesterno
die qui affuistis diu disputatū esse memi-
nistis. Et si adhuc velimus de illo lumine
disputare diu loqui possumus: Nam non
possumus explicare compēdio. Itaq3 fra-
tres mei sequamur christū lumen mundi:
ne ambulemus in tenebris. Tenebre me-
tuende sunt morū: non oculorū. Et si ocu-
lorum/ non exteriorū sed interiorum. Un-
de discernitur non album ⁊ nigrum / sed
iustum ⁊ iniustū. Cū hec ergo dixisset do-
minus noster iesus christus. † Respon-
derunt iudei: Tu de teipso testimo-
nium † dicis: testimoniū tuum non
est verum. Anteq3 veniret dn̄s noster ie-
sus christus: multas ante se lucernas pro-

† Text⁹ habet dixerunt ḡ ei pharisei
† Al. phibes

pheticas accendit ⁊ misit. De his etiā erat
iohannes baptista: cui tam magnū ipsum
lumen quod est dn̄s christus/ phibuit testi-
moniū: quale nulli hominū. Ait enim: In
natis mulierū: non surrexit maior iohan-
ne baptista. Hic tamē quo nemo erat ma-
ior in natis mulierū: dicit de domino iesu
christo. Ego quidem baptizo vos in aqua
Qui autem venit fortior me est: cuius nō
sum dignus calciamentum soluere. Uide-
te: quēadmodū se lucerna diei submittat.
Lucerna vero ipsum iohannem fuisse domi-
nus ipse testatur. Ille erat inquit lucerna Joha.
ardens ⁊ lucens: ⁊ vos voluistis ad horā
exultare in lumine eius. Quando autem
dixerunt iudei domino: dic nobis in q̄ po-
testate ista facis: sciens dominus quia io-
hannem baptistam pro magno habebant
et q ipse quē pro magno habebant/ eis d
domino testimoniū perhibuisset respōdit
eis: Interrogabo ⁊ ego vos vnū sermonē
dicite mihi. Baptismū iohannis vnde est
de celo an ex hominibus? Turbati illi in-
tra semetipsos cogitabant quia si dicerēt
ab hominibus: lapidari possent a turba: q̄
iohannem prophetam esse credebant. Si
dicerent d celo: responderet eis. Ille quē
confitemini de celo habuisse prophetiam
mihi testimoniū perhibuit: ⁊ ab illo audi-
stis in qua ego ista faciam potestate. Ui-
derunt ergo quodlibet horum respondis-
sent in laqueos se casuros: ⁊ dixerunt. Ne Math.
scimus. Et domin⁹ eis. Nec ego dico vo-
bis: in qua potestate ista facio. Non vobis
dico qd scio: quia non vultis fateri quod
scitis. Iustissime vtiq3 repulsi: confusi ab-
scesserunt. Et impletum est qd in psalmo
per prophetam dicit deus pater: paraui
lucernam christo meo. id est. ipsum iohan-
nem. Inimicos eius induam confusione: ps. cx
super ipsum autem efflorebit sanctificatio
mea. Habebat ergo domin⁹ iesus christ⁹
testimoniū prophetarū ante se premisso-
rum: preconum iudicē precedentiū. Ha-
bebat testimoniū a iohanne: sed ipse ma-
ius testimoniū erat quod sibi perhibebat
Illi autem infirmis oculis lucernas que-
rebant: quia diē ferre non poterant ¶ Nā B
iohannes idemipse apostolus cuius euan-
gelium in manibus habem⁹: in ipsius euā-
gelij sui capite ait d iohanne. Erat homo
missus a deo: cui nomen erat iohānes. Hic

venit vt testimoniũ perhiberet de lumine vt omnes crederent per eum. Non erat ille lumen: sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lumen verum: quod illuminat omnem hominẽ venientem in hũc mũdum. Si omnẽ: ergo & iohannem. Unde dicit & ipse iohannes. Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Discernite ergo ista vt proficiat mẽs vr̃a ĩ fide christi. Ne semper infantes sitis vbera querentes & a cibo solido resilientes. Debetis apud matrem sanctam ecclesiam christi nutriri & ablactari: & ad escas solidiores accedere mẽte non ventre. Hoc ergo discernite: aliud esse lumen quod illuminatur: aliud quod illuminat. Nam & oculi nostri lumina dicuntur: & vnusquisq; ita iurat tangẽs oculos super lumina sua: sic viuãt lumĩa mea Usitata iuratio est. Que lumina si lumĩa sunt: desit lumẽ in cubiculo tuo clauso/ pateant & luceant tibi. Non vtiq; pñt. Quomodo ergo ista in facie que habemus & lumina nuncupamus & quando sana sunt et quando patẽt / indigent extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato & non illato/ sana sunt/ aperta sunt nec tamen vident: sic mens nostra que est oculus anime/ nisi veritatis lumine radietur & ab illo qui illuminat nec illuminatur mirabiliter illustretur: nec ad sapientiam nec ad iusticiã poterit peruenire. Ipsa est enim vita nostra iuste viuere. Quomodo autem non offendit in via: cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est: in tali via videre magnũ est. Nã tobias in facie oculos clausos habebat/ & filius patri manũ dabat: pater filio viam precipiẽdo monstrabat. Respõderunt ergo iudei. Tu de te testimoniũ dicis. Testimoniũ tuum nõ est verum. Uideamus quid audiant: audiamus & nos: sed non sicut illi. Illi contẽnentes: nos credentes. Illi occidere christum volentes: nos per christũ viuere cupientes. ¶ Interim ista distantia distinguat aures mentesq; nostras: & audiamus quid responderit dñs iudeis. Respondit iesus et dixit eis: Et si ego de me testimoniũ perhibeo verum est testimoniũ meum: Quia scio vnde veni & quo vado. Lumen & alia demõstrat & seipsum. Accendis lucernam: verbi gratia: vt queras tunicã: & prestat tibi ardens lucerna vt inuenias tunicam. Nũquid accendis lucernam: vt videas ardentem lucernã? Lucerna quippe ardẽs/ idonea est & alia que tenebris operiebantur nudare: & seipsam tuis oculis demonstrare. Sic & dñs christus/ & inter fideles suos & inimicos iudeos / tanq̃ inter lucem & tenebras distinguebat: tanq̃ inter illos quos radio fidei perfũdebat/ & illos quorum clausos oculos circũfundebat. Nam etiam sol iste: & videntis faciem illustrat & ceci. Ambo pariter stantes & faciem ad solem habẽtes illustrantur in carne: sed non ambo illuminantur in acie. Uidet ille: sed ille nõ videt. Ambobus sol presens est. sed p̃sente sole vnus absens. Sic & sapientia dei verbum dei dñs iesus christus vbiq; presens est: quia vbiq; est veritas: vbiq; est sapiẽtia. Intelligit quis ĩ oriente iusticiam: intelligit alius in occidente iusticiam. Nunquid alia est iusticia quam ille intelligit: alia quã iste? Separati sũt corpe: & ĩ vno habent acies mentium suarum. Quã video iusticiam hic cõstitutus si iusticia est: ipsam videt iustus nescio quot mansionibus a me carne seiunctus: & ĩ illius iusticie luce coniũctus. Ergo testimoniũ sibi p̃hibet lux: aperit sanos oculos: & sibi ipsa testis est vt cognoscatur lux. Sed quid agimus de infidelibus? Nunquid illis nõ est presens? Est presens & illis: sed quibus eam videant/ oculos non habent cordis. Audi de illis ex euangelio ipso prolatam sententiam. Et lux lucet in tenebris: & tenebre eã non comprehenderũt. Ergo ait dñs & verum ait. Et si ego de me testimoniũ perhibeo: verũ est testimoniũ meũ. Quia scio vnde veni & quo vado. Patrẽ volebat intelligi: patri gloriam dabat filius. Equalis glorificat eum a quo est missus: q̃tum debet homo glorificare eum a quo est creatus? Scio enim vnde veni & q̃ vado. ¶ Iste qui in presentia vobis loquitur/ habet qd̃ non deseruit: sed tamen venit. Non enim veniẽdo inde discessit: aut redeundo nos reliquit. Quid miramini? Deus est. non potest hoc fieri/ sed ab homine. non potest hoc fieri / ab ipso sole. Quãdo pergit ad occidentẽ/ deserit orientem: & donec oriturus redeat ad orientem/ non est in oriente: Dñs autem noster

iesus christus et venit et ibi est: et rediit et hic est. Audi ipsum euangelistam alio loco dicentem: et si potes cape. si non potes crede
Johan. j. Deum inquit nemo vidit unquam nisi unigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrauit. Non dixit fuit in sinu patris: quasi veniendo deseruerit sinum patris. Hic loquebatur: et ibi se esse dicebat. Qui et hinc
Mat. xxviij. discessurus quid dixit? Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ergo verum est testimonium luminis siue se ostendat siue alia: Quia sine lumine non potes videre lumen: et sine lumine non potes videre quodlibet aliud quod non est lumen. Si idoneum est lumen ad demonstranda ea que non sunt lumina: nunquid in se deficit? Nunquid se non aperit sine quo alia patere non possunt? Locutus est propheta verum: sed unde haberet nisi de fonte hauriret? Locutus est iohannes verum: sed unde locutus est/ipsum interroga. Nos inquit de plenitudine eius accepimus. Ergo idoneus est dominus noster iesus christus: qui sibi perhibebat testimonium. Sed plane fratres mei: in nocte huius seculi audiamus et prophetiam intente. Modo enim ad fragilitatem nostram nocturnasque cordis nostri intimas tenebras: humilis voluit venire dominus noster. Homo venit contemnendus et honorandus: venit negandus et confitendus. Contemnendus et negandus a iudeis: honorandus et confitendus a nobis. Judicandus iniuste: iudicaturus iuste. Talis ergo venit: ut oporteret ei lucernam testimonium perhibere. Nunquid opus erat ut iohannes tanquam lucerna perhiberet testimonium diei: si dies ipse ab infirmitate nostra posset videri? Sed non poteramus Infirmus factus est infirmis. per infirmitatem sanauit infirmitatem: Per mortalem carnem carnis abstulit mortem. De corpore suo collyrium fecit luminibus nostris.

E ¶ Quia ergo dominus venit et in nocte seculi adhuc sumus: oportet ut et prophetias audiamus. Nam de prophetia conuincimus contradicentes paganos: Quid est christus dicit paganus? Cui respondemus Quem prenunciauerunt prophete. Et ille Qui prophete? Recitamus esaiam/danielem/hieremiam/alios sanctos prophetas. dicimus quam longe ante illum venerint. quanto tempore aduentum eius precesserint. Hoc ergo respondemus. Preuenerunt eum prophete: predixerunt eum esse venturum. Respondet aliquis eorum. Qui prophete? Nos recitamus: qui nobis quotidie recitantur. Et ille. Qui sunt hi prophete? Nos respondemus. Qui et predixerunt ea: que fieri videmus. Et ille. Vos inquit vobis ista finxistis. Vidistis ea fieri: et quasi ventura que predicta sunt essent/in libris quibus voluistis conscripsistis. Hic contra inimicos paganos: occurrit nobis aliorum testimonium inimicorum. Proferimus codices a iudeis: et respondemus. Nempe et vos et illi/fidei nostre estis inimici: ideo sparsi sunt per gentes ut alios ex aliis conuincamus inimicis Codex esaie proferatur a iudeis: videamus si non ibi lego. Sicut ouis ad immolandum ductus est: et sicut agnus coram tondente fuit sine voce: sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Liuore eius sanati sumus. Omnes ut oues errauimus: et ipse traditus est pro peccatis nostris. Ecce lucerna una. Alia proferatur. Psalmus aperiatur: etiam inde predicta passio christi recitetur. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt me: diuiserunt omnia vestimenta mea: et super vestimentum meum miserunt sortem. Apud te laus mea: in ecclesia magna confitebor tibi. Commemorabuntur et conuertentur ad dominum: vniuersi fines terre. Et adorabunt in conspectu eius vniuerse patrie gentium: quia domini est regnum et ipse dominabitur gentium. Erubescat vnus inimicus: quia codicem ministrabat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis/ab vno inimico alterum vici: et ipse qui mihi codicem protulit non relinquatur. Ab illo proferatur: vnde et ipse vincatur. Lego alium prophetam: et inuenio dominum loquentem ad iudeos. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus/nec accipiam sacrificium de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum sacrificium mundum offertur nomini meo. Non venis iudee ad sacrificium mundum? Conuinco te immundum. Ecce et lucerne perhibent testimonium diei propter infirmitatem nostram: quia diei claritatem tolerare et videre non possumus. Nam et nosipsi christiani: in comparatione quidem infidelium lux iam sumus. Unde di-

Esaie. liij.
Ps. xxj.
Mala. j.

cit apostolus. Fuistis enim aliquando tenebre nunc autem lux in dño: sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit. Nox precessit dies autem appropinquabit: abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Tamen quia in comparatione illius lucis ad quam venturi sumus/adhuc nox est etiam dies in quo sumus: audi petrum apostolū. Delatam dicit domino christo voce à magnifica potestate. Tu es filius meus dilectus: in quo bene complacui. Hanc vocem inquit nos de celo audiuimus delatam: cū essemus cum illo in monte sancto. Sed quia nos non ibi fuimus & istam vocem de celo tunc non audiuimus: ait ad nos ipse petrus. Et habemus certiorem propheticum sermonem. Preuidens enim dominus iesus christus impios quosdam futuros qui miraculis eius calumniarentur magicis artibus ea tribuendo: prophetas ante premisit. Nunquid enim si magus erat & magicis artibus fecit vt coleretur: & mortuus magus erat antequam natus? Prophetas audi o homo mortue & vermescendo calumniose prophetas audi: lege: audi quia ante dominū venerunt. Habemus inquit apostolus petrus certiorem propheticum sermonem cui benefacitis attendentes sicut lucerne in obscuro loco: donec dies lucescat & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quando ergo dominus iesus christus venerit: & sicut dicit apostolus etiam paulus: illuminauerit occulta tenebrarum & manifestauerit cogitationes cordis vt laus sit vnicuique a deo: tūc presente tali die lucerne non erunt necessarie. Non legetur nobis propheta: non aperietur codex apostoli: non requiretur testimoniū iohannis: non ipso indigebimus euangelio. Ergo omēs scripture tollentur de medio que nobis in huius seculi nocte tanquam lucerne accendebantur: ne in tenebris remaneremus. Istis omnibus sublatis/ne quasi nobis luceceant indigentibus/& ipsis hominibus dei per quos hec ministrata sunt/nobiscum lumen illud verum clarumque videntibus: remotis ergo his adiumentis quid videbimus? Unde pascetur mens nostra? Unde obtutus ille letabitur? vnde erit illud gaudium: quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit? Quid videbimus? Obsecro vos amate mecum: currite credendo mecum: patriam supernam desideremus: superne patrie suspiremus: peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tunc videbimus: dicat nunc euāgelium. In principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Unde tibi ros inspersus est ad fontem venies. vnde radius per obliqua & per anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est. nudā ipsam lucē videbis: cui vidende ferendeque mundaris. Dilectissimi quod & hesterno cōmemoraui: iohannes ipse dicit. Filij dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quō videbimus eum sicuti est. Sentio vestros affectus attolli mecum in superna: sed corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Depositurus sum & ego codicem istum. discessuri estis & vos quisque ad sua. Bene nobis fuit in luce cōmuni: bene gauisi sumus: bene exultauimus: sed cum ab inuicem recedimus/ab illo non recedamus.

¶ Explicit tractatus tricesimusquintus: Incipit tractatus tricesimussextus: Ab eo quod dictum est: Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam: vsque ad id quod dictum est: Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso: et testimonium perhibet de me qui misit me pater

In quatuor euangelijs vel potius quatuor libris vnius euāgelij/sanctus iohannes apostolus nō immerito secundum intelligentiā spiritualem aquile comparatus/altius multoque sublimius alijs tribus erexit predicationē suam: & in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres euāgeliste tanquam cum homine dño in terra ambulabant/de diuinitate eius pauca dixerunt: istum autem quasi piguerit in terra ambulare: sicut ipso exor

dio sui sermonis intonuit: erexit se non solum super terram et super omnem ambitũ aeris et celi/sed super omnez etiam exercitum angelorum/omnẽq3 constitutionẽ invisibiliũ potestatum: et peruenit ad euz p quem facta sunt omnia/ dicendo. In principio erat verbum: et verbum erat apd deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omĩa per ipsum facta sunt: et sine ipso factũ est nihil. Huic tante sublimitati principij /etiam cetera congrua predicauit: et de dñi diuinitate quomodo nullus alius est locutus: Hoc ructabat: qd biberat. Non enim sine causa de illo in isto euangelio narratur: quia et in conuiuio super pectus dñi discũbebat. De illo ergo pectore in secreto bibebat. Sed qd ĩ secreto bibit/ ĩ manifesto eructauit. Ut p ueniat ad omnes gentes non solũ incarnatio filij dei: passio et resurrectio: sed etiam qd erat ante incarnationez/vnicus patri: verbum patris/ coetern⁹ generanti/equalis ei a quo missus est: sed in ipsa missione minor factus q̃ maior esset pater. Quicquid ergo humiliter positũ auditis de domino iesu christo: suscipite carnis dispẽsationẽ. Cogitate qualis factus est propter nos non qualis erat vt faceret nos. Quicquid autem sublime et supra omnes creaturas excelsum atq3 diuinũ et patri equale atq3 coeternũ de illo audieritis in euangelio poni vel legeritis: scitote vos hoc legere qd ad formam dei pertinet nõ qd ad formam serui: Quia si istam regulam tenueritis qui capere potestis: non autẽ omnes capere potestis sed oẽs credere debetis: Si ergo hanc regulam tenueritis aduersus calumnias tenebrarum hereticarũ tanq3 in lumine ambulantes securi pugnabitis. Non enĩ defuerũt qui sola euangelica testimonia legẽdo sectarent quę d humilitate christi posita sunt: qui aduersus ea testimonia que de diuinitate eius locuta sunt surdi fuerũt. Iõ surdi vt maleversosi. Itẽ quidam illa sola attendẽtes que de dñi sublimitate dicta sũt: etiã ipsi miaz eius qua homo factus est ppter nos et si legerunt nõ crediderũt: et ab hoib⁹ inducta atq3 falsa esse putauerũt: ptendẽtes deuz tm̃modo fuisse dñm nostr̃ christũ: nõ etiã hoiem. Alij sic alij sic: vtriq3 in errore. Catholica autẽ fides ex vtroq3 verũ tenens qd tenet: et pdicans qd credit: et deũ christum intellexit: et hoiem credidit. Utrũq3 enĩ scriptũ est: et vtrũq3 verũ est. Si deum tm̃ dixeris christũ: medicinã negas qua sanatus es. Si hoiem tm̃ dixeris christũ: potentiã negas qua creat⁹ es. Utrũq3 igitur tene aĩa fidelis et cor catholicũ /vtrũq3 tene: vtrũq3 crede: vtrũq3 fideliter cõfitere. Et deus christ⁹ est: et hõ christus. Qualis deus christus? Equalis patri: vn⁹ cũ patre. Qualis hõ christus? De virgine natus trahẽs de hoie mortalitatẽ: nõ trahẽs iniquitatẽ. Isti ergo iudei videbant hoiem: nec intelligebãt nec credebãt deũ. Atq3 inter cetera audistis iam queadmodũ ei dixerũt. Tu de teipso testimoniũ dicis: testimoniũ tuũ nõ est ver. ¶ Audistis etiam quid ille respõderit: cũ hesterno die lectũ esset et p nostris viribus disputatũ. Hodie verba eius hec locuta sunt: Vos fm carnem iudicatis. Ideo inquit mihi dicitis: tu de te testimoniũ dicis: testimonium tuũ non est verũ/quia fm carnẽ iudicatis quia deũ non intelligitis: et hoiem videtis. et hoiez psequendo /deũ latentẽ offenditis: ergo fm carnẽ iudicatis. Ideo vob arrogans videor: quia ego testimoniũ phibeo. Oĩs enĩ homo quando de se phibere vult testimoniũ laudabile: arrogans et superbus videtur. Ideo scriptũ ẽ: Nõ te laudet os tuũ: sed laudet te os pximi tui Sed hoc hoĩ dictũ est/ infirmi enĩ sumus et apud infirmos loqmur: verum dicere et mentiri possumus: et si ver dicere debem⁹ et mentiri tamẽ possum⁹ cũ volum⁹. Lux mẽtiri nõ potest: Absit vt ĩ lucis dĩne splẽdore: tenebre mẽdacij repiant. Loquebatur ille tanq3 lux. loquebat tanq3 veritas: sed lux ĩ tenebris lucebat et tenebre eã nõ cõphenderũt. Ideo fm carnem iudicabant Uos inquit fm carnẽ iudicatis: ego nõ iudico quemq3 Non ergo iudicat quemq3 dñs iesus christ⁹? Nonne ipse est quem cõfitemur resurrexisse tertia die: ascendisse ĩ celũ / ibi sedere ad dexteram patris: inde esse venturũ ad iudicãdos viuos et mortuos? Nonne ipsa est fides nr̃a d qua dicit apl's. corde creditur ad iusticiam: ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ? Ergo quãdo ista cõfitemur: cõtra dñm loqmur?

Johan. j. — Johan. xiiij — B — Prouẽ. — ij. Tim.

Nos dicim⁹ venturũ iudicẽ viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ: ipse autẽ dicit/ego nõ iudico quẽq̃ id est. modo: sicut dicit alio loco: ego non veni vt iudicẽ mundũ sed vt saluũ faciã mũdũ: nõ iudiciũ suũ negãdo sed differẽdo: Aut certe quia dixerat: vos ſm carnẽ iudicatis: ita subiũxit: ego ñ iudico quẽq̃ vt subaudias/ſm carnẽ. Nullus ergo nob contra fidem quã tenem⁹ ꝛ annũciam⁹ de iudice christo scrupulus dubitatiõis ĩ corde remaneat. Venit christ⁹ sed primo saluare postea iudicare: eos iudicãdo in penam q̃ saluari noluerũt: eos pducẽdo ad vitã qui credẽdo salutẽ nõ respuerũt. Prima ergo dispẽsatio dñi nr̃i iesu christi medicinalis ẽ nõ iudicialis. Nã si primo venisset iudicatur⁹: neminẽ inuenisset cui pmia iusticie redderet. Qr ergo vidit omẽs peccatores ꝛ oĩno neminẽ esse ĩmunem a morte peccati: prius erat eius mĩa ṗrogãda: ꝛ post exercendũ iudiciũ. Quia d illo cantauerat psalmus. Miam ꝛ iudiciũ cantabo tibi dñe. Non enĩ iudiciũ ait ꝛ miaз. Nã si primo esset iudiciũ: nulla esset mĩa: Sed primo mĩa/ postea iudiciũ. Que est primo mĩa? Creator hoĩs/hõ esse dignat⁹ est: fact⁹ ẽ q d fecerat: ne piret q d fecerat. Quid huic mĩe addi potest? Et tamẽ addidit. Parũ fuit ei hoĩem fieri. sed etiã ab hoĩbus reprobari. Parũ fuit reprobari/ꝛ exhonorari: Parũ erat exhonorari/ꝛ occidi. Sed hoc paꝝ est/morte crucis? Nam ꝛ cũ eius obediẽtiã vsq̃ ad mortẽ factã cõmendaret apl's: parũ illi fuit dicere: fact⁹ obediens vsq̃ ad mortẽ: nõ enĩ qualecũq̃ mortem: sed addidit/mortẽ autez crucis. Illa morte peius nihil fuit: int oĩa genera mortiũ. Deniq̃ vbi dolores acerrimi exagitant: cruciatus vocatur/a cruce noĩat⁹. Pendentes enĩ in ligno crucifixi: clauis ad lignũ pedibus manibusq̃ confixi: pducta morte necabant. Nõ enĩ crucifigi hoc erat occidi/ſз diu viuebat ĩ cruce: Nõ qr longior vita eligebat sed quia mors ipsa ptendebat: ne dolor citius finiret: Mori voluit p nobis: parũ dicim⁹ crucifigi dignatus est: vsq̃ ad mortẽ crucis obediens fact⁹. Elegit extremũ ꝛ pessimũ gen⁹ mortis: q oẽm fuerat ablatur⁹ mortẽ. De morte pessima: occidit oẽm mortẽ. Pessima eĩ erat nõ intelligẽtib⁹ iudeis: nam a dño electa erat. Ipsaз eĩ crucẽ suã signũ habitur⁹ erat: ipsam crucẽ de diabolo supato tanq̃ tropheũ in frontib⁹ fideliũ positur⁹: vt diceret apl's: Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nr̃i iesu christi: p quẽ mihi mundus crucifixus est ꝛ ego mũdo. Nihil erat tunc in carne intolerabili⁹: nihil est nũc in fronte gloriosi⁹. Quid seruat fideli suo: q talem honorẽ dedit supplicio suo? Deniq̃ modo in penis reoꝝ non est apud rhomanos. Ubi enĩ dñi crux honorata est: putatum est q d ꝛ reus honoraret ſi crucifigeretur. Qui ergo ideo venit/neminẽ iudicauit: et mala passus est. Pertulit iniustum iudiciũ: vt ageret iustũ. Sed ĩ eo quod ptulit iniustum: mĩe fuit. Deniq̃ ita humilis factus est: vt perueniret ad crucem. distulit quidem potentiã: sed publicauit misericordiã. Unde distulit potẽtiã? Quia de cruce noluit descendere: qui potuit de sepulchro resurgere. Unñ publicauit misericordiã? Quia pendens ĩ cruce dixit. Pater ignosce illis: quia nesciũt quid faciũt Siue ergo ppter hoc quia non venerat iudicare mũdũ ſз saluare mũdũ/dixit: ego non quemq̃ iudico. siue queadmodũ cõmemoraui quõ dixerat/vos ſm carnẽ iudicatis: addidit: ego ñ iudico quemq̃: vt intelligam⁹ xp̃m nõ ſm carnẽ iudicare sicut ab hoĩb⁹ iudicat⁹ ẽ. Nã vt agnoscatis iã ꝛ iudicẽ xp̃m: audite q d seqtur. Et si iudico ego iudiciũ meum verũ est. Ecce habes ꝛ iudicẽ. Sз agnosce saluatorẽ: ne sentias iudicẽ. Quare aũt dixit iudiciũ suum verũ esse? Quia solus inq̃t ñ suз sed ego ꝛ q̃ misit me pr. Dixi vobis frẽs: qr iohãnes iste euãgelista sctũs multũ alte volat. Uix est eũ mẽte cõphẽdere. Mysteriũ aũt altius volantis: op⁹ est vt cõmemorẽ charitati vr̃e Et apud ezechielẽ pphetã in apocalypsi ipsi⁹ iohãnis ci⁹ ẽ h̄ euãgeliũ cõmemorat aĩal q̃drupes hñs q̃ttuor psonas: hoĩs: vituli: leonis: aq̃le. Qui aũ nos scripturaꝝ scãruз mysteria tractauerũt: plerĩq̃ in h̄ aĩali: vel potius in his animalibus quattuor euangelistas intellexerunt Leoneз p rege positũ: quõ videtur leo rex esse quodãmodo bestiarũ propter potentiam ꝛ terribilem fortitudinem. Hec persona tributa est mattheo: qr in generationib⁹ domini/regum seriem p

Margin notes: Joh. iij. — Ps. c. — C — Philippen. ij — Gal. vj. — D — Ezechiel. j. — Apocal. iiij.

secutus est: quemadmodū esset dominus
per stirpem regiam de semine dauid regis
Lucas autem quod cepit a sacerdotio za-
charie sacerdotis/faciens mentionem pa-
tris iohannis baptiste: vitulo deputatus ē
quia magna victima vitulus erat in sacri-
ficijs sacerdotum. Marco homo christus
merito assignatus est: quia neq; de regia
potestate aliquid dixit/neq; de sacerdota
li cepit: sed tantum ab homine christo ex-
orsus est. Hi omnes prope de terrenis. id
est. de his que in terra gessit dominus no-
ster iesus christus non recesserunt: De di-
uinitate eius perpauca locuti sunt tanq̃ i
terra cum illo ambulantes. Restat aquila
ipse est iohannes sublimiū predicator: et
lucis interne atq; eterne fixis oculis con-
templator. Dicuntur enim ⁊ pulli aquila-
rum a parentibus sic probari: patris scilicȝ
vngue suspendi ⁊ radijs solis opponi. q̄ fir
me contemplatus fuerit filius agnoscitur.
Si acie palpitauerit: tanq̃ adulterinus ab
E vngue dimittitur. ¶ Jam ergo videte quā
sublimia loqui debuit: qui est aquile com
paratus. Et tamen etiam nos humi repen
tes/ infirmi ⁊ vix vllius momenti inter ho
mines/audemus tractare ista ⁊ ista expo-
nere. Et putamus nos aut capere posse cū
cogitamus aut capi dum dicimus. Quare
ista dixi? Forte enim post hec verba quisq;
mihi iuste dicat: pone ergo codicem. qd ex
cedit mensuram tuam: quid sumis in ma-
num tuam? quid ei cōmittis linguaȝ tuā?
Ad hoc respondeo. Multi heretici abun-
dant: ⁊ ad hoc eos deus abundare permi-
sit ne semper lacte nutriamur: ⁊ i bruta in-
fantia remaneamus. Quia enim non intel
lexerunt quomodo cōmendaretur diuini
tas christi: sapuerunt sicut voluerunt. Nō
autem recte sapiendo: fidelib⁹ catholicis
questiones molestissimas intulerunt. Ce-
perunt exagitare ⁊ fluctuare corda fideliū
Jam tunc necessitas facta est spiritualib⁹
viris qui aliquid ſm diuinitatem domini
nostri iesu christi non soluȝ legerant i euā
gelio sed etiaȝ intellexerant: vt contra ar
ma diaboli christi arma proferrēt: ⁊ d chri
sti diuinitate aduersus falsos fallacesq; do-
ctores q̄ntum possent virib⁹ apertissima cō
flictatione pugnarent: ne cuȝ ipsi tacerēt:
alij perirent. Quicunq; enim senserunt do
minū nostrum iesum christum aut diuerse
substantie esse q̄ pater est. aut tantuȝ esse
christum solum vt ipse sit pater/ipse sit fili
us/ipse sit spiritussanctus: quicunq; etiam
sentire voluerunt hominē fuisse solū/ nō
deum factū hominē. aut ita deū vt in sua
diuinitate mutabilem: aut ita deuȝ vt nō
et hominem: a fide naufragauerūt ⁊ d por
tu ecclesie ꝓiecti sunt: ne inquietudīe sua
naues secum positas frangerent. Que res
coegit vt etiam nos minimi ⁊ q̄ntū ad nos
pertinet prorsus indigni/ q̄ntum autem ad
illius misericordiā in aliquo dispensatoꝝ
eius numero constituti: non vobis tacea-
mus qd aut intelligatis mecumq; gaudea
tis: aut si intelligere nondum valetis/cre-
dendo securi in portu maneatis. Dicaȝ er
go/capiat qui potest: credat qui non po-
test. Tamen dicam quod ait domin⁹: vos
ſm carnem iudicatis ego nō iudico quēq;
aut modo aut ſm carnem. Sed ⁊ si ego iu-
dico: iudicium meum veruȝ est. Quare iu
dicium meum verum est? Quia solus non
sum inquit: sed ego ⁊ qui misit me pater.
¶ Quid ergo domine iesu? Si solus esses F
falsum esset iudicium tuum: ⁊ ideo verum
iudicas quia solus non es/ sed tu ⁊ qui te
misit pater. Quid responsurus sum: ipse
respondeat. Uerum est inquit iudiciū me
um. Quare? quia solus non sum. sed ego ⁊
qui misit me pater mecuȝ est. Si tecum ē:
quomodo te misit? Et te misit: ⁊ tecum est
Ita ne ⁊ missus non recessisti: ita ne ⁊ ad
nos venisti: ⁊ ibi māsisti? Quomodo istud
creditur: quomodo capitur? Ad hec duo
respōdeo. Quomodo capitur/ recte dicis
Quomodo creditur/non recte dicis. Jm-
mo ideo bene creditur: quia non cito capi
tur. Nam si cito caperetur: non opus erat
vt crederetur quia videretur. Ideo cre-
dis quia non capis. Sed credendo fis ido
neus vt capias. Nam si non credis/nunq̃
capies: quia minus idone⁹ remanebis. Fi
des ergo mundat te: vt intellectus imple-
at te. Uerum est inquit iudicium meum:
quia solus nō sum: sed ego ⁊ qui misit me
pater. Ergo domine deus noster iesu chri
ste: missio tua: incarnatio tua est. Sic vi-
deo: sic intelligo. Postremo sic credo: ne
arrogātie sit dicere sic intelligo. Prorsus
et hic ē dn̄s nr̄ iesus xp̄s. Jmmo hic erat

ſm carnem:modo hic eſt ſm diuinitatem:
et cum patre erat ⁊ a patre non receſſerat
Quod ergo dicitur miſſuſ veniſſe ad nos:
incarnatio ipſiꝰ cōmēdat. qꝛ pr̄ nō ē incar
natꝰ. Nā ſabelliani dicti ſūt quidā hereti
ci qui vocantur ⁊ patripaſſiani :qui dicūt
ipſum patreꝫ paſſum fuiſſe. Noli tu catho
lice. Si enim fueris patripaſſianuſ:nō eriſ
ſanus. Ergo intellige miſſionem filij noīa
tam/incarnationeꝫ filij. Patrem autē in=
carnatum eſſe non credas. Sed ⁊ a filio in
carnato patrem receſſiſſe non credas. Il=
le carnem poꝛtabat:ille autē cuꝫ filio erat
Si in celo pater/in terra filius :quomodo
pater cum filio erat? Quia ⁊ pater ⁊ filius
vbiq; erant. Non enim ī celo ſic eſt deus:
vt non ſit in terra. Audi illuꝫ qui volebat
fugere iudicium dei: ⁊ non īueniebat qua
cxxviij. Quo ibo inquit a ſpiritu tuo: ⁊ a facie tua
ꝗ fugiā? Si aſcendero in celum tu ibi es.
De terra erat queſtio:audi quod ſequit:
Si deſcendero in infernū ades. Si ergo
et in infernū dicitur ꝙ aſſit :quid rerū re=
manet vbi non ſit? Uox enim dei eſt apd̄
ei.xxiij. pꝛophetaꝫ. Celum ⁊ terram ego impleo.
Ubiq; ergo eſt:qui nullo clauditur loco.
Noli ab illo auerti: ⁊ tecum eſt. Si vis ad
eum peruenire:noli piger eſſe amare. Nō
enim pedibus ſed affectibꝰ curris:vno lo=
co manens venis/ ſi credis ⁊ diligis. Er=
go vbiq; eſt. Si vbiq; eſt: quomodo cū fi=
lio non eſt. Ita ne cum filio non eſt :qui ſi
credis ⁊ tecum eſt? Unde ergo verum eſt
iudicium eius:niſi quia verus eſt filius?
Hoc enim dixit. Et ſi iudico verū eſt iudi
cium meum:quia ſolus non ſum ſed ego ⁊
qui miſit me pater. Tanq; diceret. Ueruꝫ
eſt iudicium meum: quia filiꝰ dei ſum. Un
de pꝛobas:quia filius dei es? Quia ſolus
non ſum:ſed ego ⁊ qui miſit me pater.
G ¶ Erubeſce ſabelliane. Audis filium:au=
dis patrem. Pater pater eſt : Filius filius
eſt. Non dixit ego ſuꝫ pater ⁊ ego ipſe ſuꝫ
filius:ſed ſolus non ſum inquit. Quare ſo
lus non es? Quia mecum eſt pater. Ego
ſum: ⁊ qui me miſit pater. Audis ego ſum
et qui me miſit. Ne perdas perſonam. di=
ſtingue perſonas/diſtingue intelligentiaꝫ
noli ſeparare ꝑfidia: ne iterum quaſi
fugiens caribdim in ſcillam incurras. Uo
rabat enim te gurges impietatis ſabellia=
noꝛum: vt diceres ipſum eſſe patrē qui eſt
filius. Modo didiciſti/ſolus non ſum:ſed
ego ⁊ qui miſit me pater. Agnoſcis qꝛ pa=
ter pater eſt: ⁊ filius filius eſt. Bene agno
ſcis:ſed noli dicere:pater maioꝛ eſt/filius
minoꝛ eſt. Noli dicere pater aurum eſt:fi=
lius argentum eſt. Una ſubſtantia ē /vna
diuinitas:vna coeternitas : ꝑfecta equali
tas:diſſimilitudo nulla. Nam ſi tm̄modo
alterum credideris eſſe chꝛiſtum:non euꝫ
qui pater ē : ⁊ ī aliquo tamen diſtantē ſm
naturam eſſe putaueris: a caribdi quideꝫ
euaſiſti:ſed in ſcilleis ſcopulis naufraga=
ſti. In medio nauiga :vtrunq; ꝑiculoſum
latus euita. Pater pater eſt:filius filius ē
Jam dicis pater pater eſt:filius filius eſt.
bene periculum abſoꝛbentis gurgitis eua
ſiſti. Quid vis ire in alteram partem:vt di
cas aliud eſt pater:filius aliud? Alius eſt
recte dicis:aliud non recte. Aliuſ enim fi=
lius/quia non eſt ipſe qui pater: ⁊ aliuꝰ pr̄
quia non eſt ipſe qui filiuſ. Non tamē ali
ud ſed hocipſum eſt ⁊ pater ⁊ filiuſ. Quid
eſt hocipſum eſt? Unus deus eſt. Audiſti
quia non ſuꝫ ſolus. ſed ego ⁊ qui miſit me
pater. Audi quomodo credas patrem ⁊ fi
lium. Audi ipſum filium: ego ⁊ pater vnū Johan.x.
ſumus. Non dixit pater ego ſum: aut ego
et pater vnū eſt. Sed cum dicit ego ⁊ pat
vnū ſumuſ:vtrunq; audi/ ⁊ vnū ⁊ ſumus: ⁊
a caribdi ⁊ a ſcilla liberaberis. In duobuſ
iſtis verbis. qd̄ dixit vnū/liberat te ab ar=
rio:qd̄ dixit ſumꝰ/liberat te a ſabellio. Si
vnū:non ergo diuerſuꝫ. Si ſumus:ergo ⁊
pater ⁊ filius. Sumus enim non diceret d̄
vno:ſed vnū non diceret de diuerſis. Er=
go ideo verum eſt inquit iudicium meum
bꝛeuiter vt audias/quia filiuſ dei ſum. Sꝫ
ſic tibi perſuadeo inquit quia filiꝰ dei ſum
vt intelligas quia mecum eſt pater. Non
ſic ſum filius: vt ipſuꝫ deſeruerim. Nō ita
hic ſum vt cum ipſo non ſim:non ita ibi il=
le eſt vt mecum non ſit. Foꝛmam ſerui ac=
cepi/ſed foꝛmam dei non amiſi. Solus er=
go inquit non ſum:ſed ego ⁊ qui miſit me
pater. ¶ Dixerat de iudicio: de teſtimo= H
nio vult dicere. In lege inquit veſtra
ſcriptum eſt: quia duorum ho-
minū teſtimoniū verum eſt: Ego
ſum qui teſtimoniū ꝑhibeo de me
ipſo: et teſtimoniū perhibet de me
ꝗ miſit me pꝛ. Expoſuit ill' ⁊ legē: ſi in=

grati ñ eēn. Magna enī q̄stio ē frēs mei: ꝛ valde mihi videt̄ in mysterio res esse con stituta: vbi deus dixit: in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Veritas queritur per duos testes? Ita plane: sic se habet humani generis consuetudo. Sed tamen fieri potest: vt ꝛ duo mentian tur. Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur. Nunquid quia duo erāt: ideo falsi testes non erant? De duobus dicim⁹ aut de tribus: vniuersus populus mentit⁹ est contra christum. Si ergo populus con stans ex magna hominū multitudine/ falsus testis inuentus est: quomodo accipiē dum est/ in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: nisi quia hoc modo per mysterium trinitas cōmendata est: In qua est perpetua stabilitas veritatis? Uis habere bonam causam? habeto duos vel tres testes: patrem ꝛ filium ꝛ spiritū sanctū. Denique quando susanna casta femina fide lisque coniūx/ duobus falsis testibus vrgebatur: trinitas illi in consciētia atque in occulto suffragabatur. Illa trinitas de occulto vnū testem danielez excitauit: ꝛ duos conuicit. Ergo quia in lege vestra scriptum est duorum hominū testimoniū verum esse: accipite nostrum testimoniuz ne sentiatis iudicium. Ego enim inquit non iudico quenq̄: sed testimoniū perhibeo de me. Differo iudicium: non differo testimoniū. Eligam⁹ nob frēs contra linguas hoīum: ꝯ īfirmas suspiciōes generis hūani/ deum iudicem: deum testem. Non enī dedignatur testis esse qui iudex est: aut ꝓmouetur cum sit iudex: quō qui testis est/ ipse iudex erit. Quare ipse testis? Qz nō querit aliuz vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? Quia ipse habet potestatē mortificādi ꝛ viuificādi: damnādi ꝛ absoluendi: in gehennaz precipitādi ꝛ in celos leuandi: diabolo ꝯiungendi ꝛ cum angelis coronādi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatez/ iudex est. Quia ꝟo vt te cognoscat non querit alium testem: qui tunc iudicabit te modo videt te. Non est vnde illum fallas: cum ceperit iudicare. Nō eniz adhibes tibi aliquos falsos testes: qui iudicem illum possent circūuenire. Quando cepit iudicare deus: hoc tibi dicet. Qñ contēnebas ego videbam. ꝛ quando non credebas/ sententiaz meaz non frustrabā. differebam non auferebam. Noluisti audire quod precepi: senties quod predixi. Si autez audias que precepi/ nō mala senties que predixi: sed bona percipies que promisi. Ne aliquem sane moueat qđ ait: verum est iudicium meum quia solus nō sum sed ego ꝛ qui misit me pater: cum alibi dixerit. pater ñ iudicat quemq̄ sed oē iudiciū dedit filio: Iam in eisdem verbis euangelij disputauim⁹ ꝛ nunc admonem⁹ non hoc iō dictū quia pater nō erit cū filio iudicante: sed quō bonis ꝛ malis in iudicio solus filius apparebit: in ea forma in qua passus est ꝛ resurrexit ꝛ ascendit in celum. Discipulis quippe tunc aspicientibus ascendentem vox angelica sonuit sic veni et quemadmodū vidistis eum euntem in celum. id est. in forma hominis in qua iudicatus est iudicabit: vt etiam illud ꝓphe ticum impleatur: videbunt in quem pupu gerunt. Cum ꝟo euntibus iustis in vitam eternam videbim⁹ eum sicuti est: non erit illud iudiciuz viuorum ꝛ mortuorum: sed premium tantummodo viuorum. Itez ne moueat quod ait: in lege vestra scriptū ē: quia duorum hominū testimoniū verum est: Et ideo quisq̄ existimet non fuisse illam legē dei/ quia non dictum est in lege dei: sciat ita dictū esse ī lege vestra: tanq̄ diceret que vobis est data. A q̊ nisi a deo? Sicut dicimus: panem nostrum quotidianum: ꝛ tamen dicimus: da nobis hodie.

Daniel. xiij. Math. xxvi Johan Actuum

Explicit tractatus tricesimussextus: Incipit tractatus tricesimusseptimus: Ab eo quod dictum est: Dicebant ergo: Ubi est pater tu⁹: vsque ad id quod dictum est: et nemo apprehendit eum quia nōdū venerat hora eius:

Quod in sancto euangelio breuiter dicit̄: non breuiter oportet exponi vt quod auditur intelligatur Uerba eniz pauca domini sed magna sūt Non numero estimanda sed pondere: nec ideo contemnenda quia pauca: sed ideo querēda qz magna. Qui affuistis hester-

A

no die audistis: vt potuimus disputauim⁹ ex eo q̄ ait dominus: vos sm carnē iudicatis: ego non iudico quem̄q̄. Sed et si iudico/ego /iudicium meum verū est: quia solus non sum: sed ego et qui misit me pater. In lege vestra scriptum est: quia duorum hominū testimoniū verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me: et testimonium perhibet qui me misit pater. Ex his verbis hesterno vt dixi die/redditus est sermo auribus et mentibus vestris. Hec cum dominus dixisset: illi qui audierant: vos sm carnē iudicatis/manifestauerunt qd audierunt. Responderūt ei dn̄o loquenti de deo patre suo et dixerūt. Ubi est pater tuus? Patrē christi carnaliter acceperunt: quia verba christi sm carnem iudicauerūt. Erat autē qui loquebatur in aperto caro: in occulto verbum. homo manifestus: deus occultus. Uidebant indumētū: et ꝯtemnebāt indutū. Cōtemnebant: quia nesciebāt. Nesciebāt: qr non videbant. Non videbant: qr ceci erāt. Ceci erant: quia non credebant. Uideamus ergo: et ad hec dn̄s quid responderit. Ubi est inquiūt pater tuus? audiuim⁹ eū te dicere/solus non sum: sed ego et qui me misit pater. Nos solū te videmus: patrem tuū tecū non videmus. Quō te dicis solum non esse: sed cum patre tuo esse? Aut ostende nobis tecū esse patrē tuū. Et dominus. Nunquid me videtis: vt patrem ostendā vobis? Hoc enī sequitur: hoc suis verbis ipse respondit: quoꝝ verboꝝ expositionem nos ante p̄misimus. Uidete enī quid dixerit. Neq̄ me scitis: neq̄ patrem meum. Si me sciretis: forsitā et patrem meum sciretis. Dicitis ergo vbi est pater tuus/quasi iā me sciatis. quasi totum hoc sim qd videtis. Ergo qr me non nostis: ideo vobis patrem meum non ostendo. Me quippe hominē putatis: ideo patrem meū hominē queritis: qr sm carnem iudicatis. Quia ergo sm qd videtis aliud sum: et aliud sm qd non videtis. patrem autē meū loquor occultus occultum. prius est vt me noueritis: tunc et prēm meū scietis. Si enim me sciretis: et prēm meum forsitan sciretis. Ille qui oīa scit qn̄ dicit forsitan: non dubitat sed increpat. Attende enī quō increpatiue dicatur ipsum forsitan: quod videtur esse verbū dubitationis. Sed dubitationis verbum est quando dicitur ab homine: ideo dubitante quia nesciēte. Cū vō dicitur a deo verbum dubitatiōis: cum deum nihil vtiq̄ lateat: illa dubitatione arguitur infidelitas non opinaꝛ diuinitas. Homines enī d̄ his rebus quas certas habent aliq̄n increpatiue dubitant. id est: verbū dubitatiōis ponunt/cū corde non dubitent. Uelut si indigneris seruo tuo et dicas. Contēnis me: considera: forsitan dn̄s tuus sum. Hinc et apostolus ad quosdam contēptores suos loquens ait. Puto autē q̄ et ego spiritum dei habeo. Qui dicit puto: dubitare videtur. Sed ille increpabat nō dubitabat: Et ipse dn̄s christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani: cū venerit inquit filius hominis putas inueniet fidem in terra? Iam q̄tum existimo intellexistis quomodo sit positum forsitan: ne quis verborum appensor et syllabarū examinator veluti latine loq̄ sciēs/rep̄hēdat vbū qd dixit dei vbū. et rep̄hēdendo dei vbū: non eloq̄ns sed mutus remaneat. Quis enī sic loquitur quomodo loquitur verbum quod erat in principio apud deum? Noli verba ista considerare: et ex his verbis assuetis illud verbum metiri velle qd deus est. Audis enim verbum et contēnis: Audi deum et time. In principio erat verbum. Tu reuocas ad vsum sermocinationis tue: et dicis apud te. Quid ē verbum? Quid magnū est verbum? Sonat et transit. Uerberato aere aurē percutit: postea non erit. Audi adhuc. Uerbum erat apud deum. Manebat: non sonando trāsibat. Adhuc forte contēnis? De⁹ erat verbum. Apud teipsum o homo cum est ī corde tuo verbum: aliud est q̄ sonus. Sꝫ verbum qd est apud te vt transeat ad me: sonum quasi vehiculū querit. Assumit enī sonum imponit se quodāmodo in vehiculum /transcurrit aerē: venit ad me non recedit a te. Sonus autem vt veniret ad me recessit a te: nec perstitit apud me. Uerbum enim quod erat in corde tuo: nunq̄d sono pretereunte preteriit? Quod cogitabas dixisti: Sed vt ad me perueniret qd apud te latebat/syllabas sonuisti. Sonus syllabarum perduxit ad aurem meam cogitatōnē tuā. Per aurē meā descēdit ī cor meū cogitatio tua: son⁹ medi⁹ trāsuolauit

i. Cor. vij.

Luce. xviij.

Johan. i.

Verbum vo illud qd assumpsit sonū: añq̃
sonares erat apud te: quia sonuisti/ē apd
me ⁊ non recessit a te. Hoc attende quis-
quis es examiator sonoꝝ. Verbū dei con
temnis: quia verbū hoīs non cōphēdis
Scit ergo oīa per quem facta sunt omnia
et tamen dubitādo increpat: Si me scire-
C tis: forsitan ⁊ patrem meū sciretis. ¶ In-
crepat infideles. Nam talem sententiā di
xit discipulis suis: Sed ibi non est verbuȝ
dubitationis/quia non fuit causa increpā
de infidelitatis. Nam quod dixit iudeis: si
me sciretis forsitan ⁊ patrē meum sciretis:
dixit ⁊ discipulis suis: quando eum philip
pus interrogauit imo postulauit ⁊ ait: do-
Johan .xiiij mie ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis.
Quasi diceret ⁊ ipse. Te iam nouim⁹/appa
ruisti nobis/videmus te: dignatus es elige
re nos secuti sumus te: mirabilia tua vidi-
mus/verba salutis audiuim⁹: precepta su-
scepimus: ꝓmissa speram⁹: multū nob cō-
ferre p̄sentia tua ipse dignatus es. Sed ta
men cum te nouerim⁹ quia patreȝ nondū
nouimus: inflāmamur desiderio illius vi-
dendi quē nondū nouim⁹. Ac per hoc qꝛ
te nouimus sed non nobis sufficit donec ⁊
patrem nouerim⁹: ostende nobis patreȝ ⁊
sufficit nobis. Et dñs: vt scirent non se nos
se qd se putabāt iam nosse: tanto tempore
Johan .xiiij vobiscū sum ⁊ me nescitis? Philippe q̄ me
videt videt ⁊ patrē meū. Nunquid habȝ
ista sentētia verbū dubitatiōis? Nunqd
dixit: qui me videt forsitan videt ⁊ patrē
Quare? Quia fidelis audiebat non fidei
persecutor: ideo non erat dñs increpator
sed doctor. Qui me videt videt ⁊ patrem
meū. Et h: si me sciretis. ⁊ patreȝ sciretis.
Tollamus verbū quo notata est infideli
tas audientiū: ⁊ ipsa sentētia est. ¶ Iā he
sterno die cōmendauim⁹ charitati vestre:
et diximus sentētias iohannis euangeliste
quibus nobis narrat qd a dño didicit: nec
discutiēdas fuisse si fieri posset: nisi hereti
corum cōmenta compellerēt. Breuiter er
go hesterno die insinuam⁹ charitati vestre
esse hereticos qui vocantur patripassiani
vel a suo auctore sabelliani. Hi dicūt ip-
sum esse patrem qui est filius: noīa diuer-
sa vnam vo esse personam. Cū vult pater
est inquiūt. cuȝ vult filius: tamen vnus ē.
D ¶ Iterum sunt alij heretici qui vocantur
arriani. Confitentur quidem vnicum pa-
tris filium dñm nostrum iesum christū: Il
lum patrem filij: istum filium patris. Eum
qui pater est non esse filium: eum qui fili⁹
est non esse patrem. Confitenꝰ generatio-
nem sed negant equalitatē. Nos. id est. ca
tholica fides veniens de doctrina aposto
lorum/plantata ī nobis/per seriem succes
sionis accepta/sana ad posteros trāsmittē
da: inter vtrosq̄. id est. inter vtrunq̄ erro-
rem tenuit veritatē. In errore sabelliano-
rum vnus est solus: Ipse pater qui filius:
In errore arrianoꝝ alius est quidem pa-
ter alius filius: sed ipse filius non solū ali-
us sed etiam aliud est. Tu ī medio quid?
Exclusisti sabellianū: exclude ⁊ arrianū.
Pater pater est/filius filius est: alius non
aliud. Quia ego ⁊ pater inquit vnū sum⁹ Johan
Sicut etiam hesterno die q̄tum potui cō-
mendaui. Cum audit sumus: abscedat cō-
fusus sabellianus. Cum audit vnū: absce-
dat confusus arrianus. Gubernet catholi-
cus inter vtrunq̄ fidei sue nauigiū: quod iā
cauendum est in vtroq̄ naufragiū. Dic er
go tu qd dicit euangeliū: ego ⁊ pater vnū
sumus. Non ergo diuersum quia vnū: nō
vnus quia sumus: Pauloante dixit: iudi
cium meum verum est: quia solus nō sum
sed ego ⁊ qui misit me pater. Tanq̄ dice-
ret. Ideo iudiciū meū est verū/quia fili⁹
dei sum: quia verū loquor: quia ipse veri
tas ego sum. Isti carnaliter intelligentes
dixerunt. Ubi est pater tuus? Modo au-
di arriane: neq̄ me scitis neq̄ patrē meum
Quia si me sciretis forsitan ⁊ patrē meum Johan
sciretis. Quid est si me sciretis ⁊ patrē me
um sciretis: nisi ego ⁊ pater vnū sumus?
Quando vides aliqueȝ alicui similem: in
tendat charitas vestra/quotidiana locu-
tio est: non sit vobis arduū qd esse aduer-
titis vsitatū: Quando ḡ vides aliquē ali-
cui similem ⁊ nosti tu cui similis sit: ad-
mirans dicis. Quomodo iste homo simil'
est illi homini? Hoc non diceres: nisi duo
essent. Hic ille qui euȝ ignorat cui tu istū
simileȝ dicis. Ita ne inquit simil' est. Et tu
ad eū. Quid eni? Tu illū ñ nosti? At ille.
Non noui inquit. Iam tu vt illū quē ne-
scit ei notum facias: ex presente quem
cernit respondes ⁊ dicis. Hunc vidisti: il-
lum vidisti. Non vtiq̄ qꝛ hoc dixisti: vnū
esse asseuerasti ⁊ duos negasti: sed ꝑpter
similitudinē tale dedisti responsum. Istū

nosti τ illũ nosti: valde enĩ similis est τ nihil distat oĩno. Hinc τ dñs. Si me inq̃t sciretis τ patrẽ meũ sciretis: Non q2 pater ẽ filius: sed quia patri similis est filius. Erubescat arrianus. Gratias dño q2 τ ipse arrianus recessit ab errore sabelliano: τ non est patripassian⁹. Non dicit ipsum patrez indutũ carne venisse ad hoĩes/ipsum esse passum: ipsum resurrexisse: τ quodãmodo ad se ascẽdisse. Hoc ñ dicit. Agnoscit mecum patrẽ patrẽ esse: τ filiũ filiũ esse. Sed o frater euasisti illud naufragiũ: quare tẽdis in alterũ? Si pater pater est: filius filius est. Quare dicis similem? quare diuersum? quare aliã substantiã? Si dissimilis
.xiiij esset: nunquid diceret discipulis suis: qui me videt videt τ patrẽ? Nunq̃d dicerз iudeis: si me sciretis τ patrem meũ sciretis? Unde hoc verũ esset: nisi τ illud verũ: ego
E et pater vnũ sumus? Hec verba locutus est in gazophilatio: docens in templo. Magna fiducia sine timore. Non enĩ patereẽ qđ nollet: qui nec nasceretur si nollet. Deniq3 qđ sequiẽ τ nemo apprehẽdit eum: quia nõdũ venerat hora eius. Hoc item nõnulli cũ audiunt/sub fato fuisse dñm christũ credũt τ dicũt. Ecce christ⁹ habebat fatũ. O si cor tuũ nõ esset fatuũ: nõ crederes fatũ. Si fatum sicut nõnulli intellexerũt/a fando dictum est. id est. a loquẽdo: verbũ dei quõ habet fatũ: qñ in ipso verbo oĩa sunt que cõdita sunt? Nõ enĩ aliq̃d deus constitu-
[...]nis. j. it: qđ ante nesciuit. In verbo ipsi⁹ erat qđ factum est. Mũdus factus est: τ factus est et ibi erat: Quõ τ factus ẽ τ ibi erat? Or domus quã edificat instructor prius in arte erat: Et ibi melius erat sine vetustate: sine ruina. Tamen vt ostendat artez/fabricat domũ τ pcessit quodãmodo dom⁹ ex domo: Et si domus ruat: ars manet. Ita apud dei verbũ erant oĩa que cõdita sũt Quia oĩa in sapiĩa fecit deus: τ cũcta nota fecit. Nõ enĩ quia fecit didicit: sed q2 nouerat fecit. Nobis q2 facta sunt/nota sũt Illi nisi nota essent/facta non essent. Precessit ergo verbum. Et quid ante verbum dei? Nihil oĩno. Nam si esset aliquid an-
[...]nis. j. te/non dictuз esset: in principio erat verbum: sed in principio factum est verbum. Deniq3 de mũdo quid ait moyses? In pn-
[...]sis. j. cipio fecit deus celum τ terrã. Fecit quod non erat. Si ergo fecit quod non erat: ante quid erat? In principio erat verbũ. Et vnde celum τ terra? Oĩa per ipsum facta sunt. Tu ergo ponis christum sub fato Ubi sunt fata? In celo inquis: in ordine τ conuersiõib⁹ siderum. Quõ ergo fatum habet/per quez factuз est celum τ sidera: cum tua voluntas si recte sapies transcendat τ sidera? An quia nosti christi carnem fuisse sub celo: iõ putas τ potestatẽ christi subditam celo? Audi stulte: nondũ venerat hora eius: Non quia cogereẽ mori: sed quia dignareẽ occidi. Nouerat enim ipse quando deberet mori. Intendit omnia que p̃dicta sunt d̃ illo: τ expectabat fieri oĩa que p̃dicta sunt ante eius passionem futura: vt cuз impleta essent: tunc veniret passio dispositiõis ordine: non fatali necessitate: Deniq3 audite vt p̱betis.

Inter cetera que de illo p̱phetata sũt F scriptuз est etiã hoc. Dederũt in escã meã fel: τ in siti mea potauerũt me aceto. Quõ facta sint/ĩ euangelio nouim⁹. Prius dederunt fel: accepit: gustauit τ despuit: Postea in crucẽ pendens: vt oĩa predicta cõplerenẽ ait: Sitio: Acceperũt spongiã aceto plenam: in arundine ligauerunt τ admouerunt pendẽti. Accepit ille τ ait: Per Johan. xix. fectum est. Quid est perfectum est? Impleta sunt oĩa: que ante passionẽ meã fuerant p̱phetata. Ergo adhuc q̃d hic facio? Deniq3 postea quã dixit perfectum est: inclinato capite tradidit spiritũ. Nunquid illi latrones iuxta confixi/quando voluerunt expirauerũt? Tenebanẽ vinculis carnis: quia non erant creatores carnis. Clauis confixi/diu cruciabanẽ: quia infirmitati non dñabanẽ. Dñs autem quando voluit: carnem in vtero virginali accepit: Quãdo voluit ad hoĩes processit: q̃diu voluit inter hoĩes vixit. q̃diu voluit a carne discessit. Hoc est potestatis non necessitatis Hanc ergo horam ille expectabat non fatalem sed oportunam τ voluntariã: vt prius oĩa complerentur que ante pãssionem ipsius compleri oportebat. Nam quomodo sub fati necessitate positus erat: q̃ alio loco dixit: potestatem habeo ponẽdi ani- Johan. x. mam meam: τ potestatem habeo iterũ sumendi eaз? Nemo tollet eã a me: sed ego ipse pono eam a me: τ iterum sumo eam. Ostendit hanc potestatẽ: quando euз iu-

dei querebāt. Quē queritis inquit? Et illi. Jesum. Et ille. Ego sum. Qua voce audita/redierūt retro τ ceciderūt. Dicit aliquis. Si hec in illo potestas erat: quare cū iudei insultarent pendēti τ dicerēt/si filius dei est descēdat de cruce/non descēdit: vt eis suam potestatē descēdēdo mōstraret? Quia patientiā docebat: ideo potentiam differebat. Si eni cōmotus ad eoꝝ verba descenderet: victus ꝑuitioꝝ dolore putaretur. Prorsus non descēdit: fixus ꝑmansit: quando voluit abscessurꝰ. Nam quid ei magnū fuit de cruce descēdere: q̄ potuit de sepulchro resurgere? Intelligamꝰ ergo nos quibus hoc ministratū est/potētiam dñi nostri iesu christi occultā tunc manifestam futurā in iudicio: de quo dictum est. Deus manifestꝰ veniet: deus noster et non silebit. Quid est manifestus veniet? Quia venit occultꝰ veniet manifestꝰ deꝰ noster: hoc est christus: τ non silebit. Quid est non silebit? Quia primo siluit. Ubi siluit? Quando iudicatus ē: Ut etiam hoc impleret: qđ τ ꝓpha p̄dixerat. Sicut ouis ad imolandū ductus est: τ sicut agnus coram tondēte se sine voce: sic nō aperuit os suū. Si ḡ pati nollet/nō pateret: Si nō pateret: sanguis ille nō funderet. Si sanguis ille non funderet: mūdus non redimeret. Agamus itaq꜄ gratias τ potestati diuinitatis: τ miserationi infirmitatis eius: τ de occulta potentia quā iudei non nouerant vnde illis modo dictū est: neq꜄ me nostis neq꜄ patrem meum: et de carne suscepta quā iudei nouerāt τ eius patriam sciebāt Unde illis alio loco dixit: τ me scitis τ vnde sim scitis. Utrunq꜄ nouerimus in christo: τ vnde equalis est patri: τ vñ illo maior est pater. Illud verbum est: illud caro Illud deus est: illud homo: Sed vnꝰ christus deus τ homo.

Ps. xlix. (margin)

Joha. xiiij. (margin)

Explicit tractatus tricesimusseptimus: Incipit tractatus tricesimusoctauus: Ab eo quod dictum est: Dixit ergo eis iesus: Ego vado et queritis me: vsq꜄ ad id quod dictum est: Dixit eis iesus: Principium q̄ et loquor vobis.

A Lectio sancti euangelij que ꝓcessit hodie nam ita ꝯclusa erāt: quia locutus est docens ī gazophilatio dñs que voluit τ que audistis: τ nemo apprehendit eum q꜄ nondum venerat hora eius. Hinc disputatum est dñico die: qđ ipse donare dignatꝰ est. Intimauimꝰ charitati vestre quare dictū sit: nondū venit hora eius: ne positū christū sub aliq̄ necessitate fatali: vlla impietas auderet improbe suspicari. Nondum enim venerat hora qua ex ordine suo ꝑm ea que predicta sunt ď illo/non mori cogeretur inuitus: sed occideret paratus. Modo autem de ipsa passione sua que posita erat non in eius necessitate sed potestate: locutus est iudeis dicens. Ego vado. Christo eni dño mors ꝑfectio fuit/illo vnde venerat: τ vnde non discesserat. Ego inquit vado τ queritis me: Nō desiderio sed odio. Nam illū postea quā abscessit ab oculis hominū inq̄sierūt τ qui oderant τ qui amabant. Illi ꝑsequēdo. illi habere cupiēdo. In psalmis ait ipse dominus per ꝓphetam. Perijt fuga a me: et non est qui requiret animā meam. Et iterum ait alio psalmo. Confundanē τ reuereanē: requirētes animā meam. Culpauit qui non requirerent: damnauit reqrentes Bonū est eniꝫ querere animā christi: sed quomodo eam quesierūt discipuli. Et malum est querere animā christi: sed quō eā iudei quesierūt. Illi enim vt haberēt: illi vt perderent. Deniq꜄ isti quia sic querebant more malo: corde peruerso: quid secutus adiunxit? Queritis me: τ ne putetis quia bene me queritis: in peccato vestro moriemini? Hoc est christum male querere: in peccato suo mori. Hoc ē illum odisse: per quem posset solum saluus esse. Cum enim homines quorum spes in deo est/non debeant mala reddere nec ꝓ malis. reddebant illi mala pro bonis. Prenunciauit ergo illis dñs dixitq꜄ sententiāꝫ prescius: quod in suo peccato morerenē. Deinde adiūxit. Quo ego vado: vos non potestis venire. Hoc τ dñs discipulis suis alio loco dixit: nec tamen eis dixit: in peccato vestro moriemini. Quid āt dixit? Quod τ istis. Quo ego vado: vos non potestis venire. Non abstulit spem: sꝫ predixit dilationē. Quando enim hoc discipulis dñs loquebaē: tūc nō poterāt venire q̄ ille ibat: sꝫ postea venturi erāt. Isti autem nunq꜄ quibꝰ prescius dixit: in pec-

Terti... xit ḡ ... rum ... (margin, cut off)

Ps. xl... (margin)

Ps. xx... (margin)

Joha... (margin)

cato vestro moriemini. His auditis verb quomodo solent carnea cogitantes & km carnem iudicantes: & totum carnaliter audientes atq; sapientes dixerunt. ¶ Nunquid interficiet semetipsum quia dixit quo ego vado vos non potestis venire. Stulta vba & oino insipiētie plena. Quid enī: nō poterāt illo venire quo ille perrexisset: si interficeret semetipsū. Nunqd ipsi nō erāt morituri: Quid ē ergo nunqd interficiet semetipm qr dixit q ego vado vos nō potestis veīre. Si d morte hoīs diceret: qs hō non morit: Ergo q ego vado dixit: non cum itur ad mortem/ sed quo ibat ipse post mortem. Illi itaq; nō intelligētes: ista responderūt. Et dñs ad eos qui terram sapiebāt quid ait: Et dicebat eis. Vos deorsum estis: ideo terram sapitis quia sicut serpentes terraz manducatis. Quid est terraz mādūcatis: Terrenis pascimini: terrenis delectamini terrenis inhiatis: sursum corda non habetis. Vos deorsum estis: ego de supernis sum. vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Quō ei erat de mūdo: per quē factus est mūdus: Oēs de mūdo post mūdū: quia prius mūdus & sic homo de mūdo. Prius aūt christus/ deinde mundus: Quō ante mūdum christus. ante christum nihil: Quia ī principio erat verbum: oīa per ipsuz facta sūt Si ergo erat ille de supnis: de quib⁹ supnis: De aere: Absit: Ibi & aues volitant. De celo qd videmus: Et hoc absit. Ibi et stelle & sol & luna circūeunt. De angelis: neq; hoc intelligatis. Per illum & angeli facti sunt: per quem omnia facta sunt. De quibus ergo supernis christ⁹: Ab ipso patre. Nihil illo deo supius qui verbum genuit equale sibi: coeternū sibi: vnigenitum sine tempore: per quem conderet tempora. Sic ergo accipe christum de supnis/ vt excedas cogitatione tua omne qd factum est: vniuersam oīno creaturam: omne corpus: omnem conditum spiritum: omnē rē quoquō mutabilē. Totū excedē. Si c excessit iohannes: vt contingeret in principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Ego ergo inquit de supernis sum. Vos de hoc mūdo estis ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Exposuit nobis fratres quid intelligi voluerit/ vos de hoc mūdo estis: qr peccatores erant: quia iniqui erant: quia infideles erant: quia terrena sapiebant. Nam quid vobis videtur de sanctis apostolis: ¶ Qtum intererat inter iudeos & apostolos: qtum inter tenebras & lucem: qtum inter fidem & infidelitatem: qtū inter pietatem & impietatem: qtum int spez & desperationē: qtum inter charitatem & cupiditatem. Multum ergo intererat. Quid ergo quia tantuz intererat. apostoli d mūdo non erant: Si cogites quō nati sint et vnde venerint: quia omnes ex adam venerant: de hoc mūdo erant. Sed quid eis ait ipse dñs: Ego vos de hoc mundo elegi. Johan. xv. Qui ergo de mundo erant/ facti sunt non de mūdo: & pertinere ceperunt ad eum p quem factus est mūdus. Isti autem remāserunt esse de mūdo: quibus dictū est: moriemini in peccatis vestris. Nemo ergo dicat fratres: de hoc mūdo non sum. Quisquis es homo: de hoc mūdo es. Sed venit ad te qui fecit mundū: & liberauit te d hoc mūdo. Si delectat te mūdus: semper vis esse īmūdus. Si aūt iā nō te delectat hic mundus: iam tu es mūdus. Veruntamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus: habitet in te qui mundat & eris mundus. Si autem fueris mundus: non remanebis in mūdo: nec audies qd audierunt iudei: moriemini ī peccatis vestris. Omnes enim cum peccato nati sumus. Omnes viuendo ad id qd nati eramus: addidimus: magisq; de mundo facti sumus qtunc quando de parentib⁹ nrīs nati sumus. Et vbi essemus: si ille non veniret qui non habebat oīno peccatum vt solueret omne peccatum: In quem iudei quia non credebant merito audierūt: moriemini in peccatis vestris. Quia non habere peccatum nullo modo potuistis qui cum peccato nati estis. Sed tamen si ī me inquit credideritis: cum peccato quidem nati estis sed in peccato vestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas iudeoruz ipsa erat: non peccatum habere sed in peccatis mori. Hoc est qd debet fugere omīs christian⁹. Propt hoc ad baptismū currit: ppter hoc qui egritudine vel aliunde periclytantur sibi desiderant subuenire: pro-

pter hoc etiam sugens parvulus a matre piis manibus ad ecclesiam fertur: ne sine baptismo exeat et in peccato quo natus est moriatur. Infelicissima conditio: misera sors istorum: qui de ore veridico audierunt in peccatis vestris moriemini. ¶ Unde tamen hoc eis contingat exponit. Si enim non crediderits: moriemini in peccatis vestris. Credo fratres in illa multitudine que dominum audiebat: et eos fuisse qui credituri erant. Quasi autem in omnes processerat severissima illa sententia: in peccato vestro moriemini. ac per hoc et illis qui credituri erant: spes erat ablata. Illi seviebant: illi timebant. Immo non timebant sed etiam desperabant. Revocavit eos in spem: adiunxit enim. Si non credideritis quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Ergo si credideritis quia ego sum: non moriemini in peccatis vestris. Reddita est spes desperantibus: excitatio facta est dormientibus: cordibus evigilaverunt inde plurimi: crediderunt sicut evangelii ipsius consequentia testatur. Erant enim illic membra christi: que nondum adheserant corpori christi. Et in illo populo a quo crucifixus est: a quo in ligno suspensus est: a quo pendens irrisus est: a quo lancea vulneratus est: a quo felle et aceto potatus est: erant membra christi pro quibus dixit. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Quid autem converso non ignoscitur: si fusus christi sanguis ignoscitur? Quis homicida desperet: si in spem redditus est a quo etiam christus occisus est. Crediderunt inde multi: donatus est eis sanguis christi: ut magis eum biberent quo liberarentur quam rei de illo effuso tenerentur. Quis desperet? Et si in cruce latro salvatus est ante paululum homicida: post paululum accusatus: convictus: damnatus: suspensus: liberatus. Noli mirari: ubi convictus ibi damnatus: sed ibi liberatus ubi mutatus. In hoc ergo populo cui dominus loquebatur/erant qui in peccato suo fuerant morituri: erant etiam qui in ipsum que loquebatur fuerant credituri: et ab omni peccato liberandi. ¶ Tamen hoc attende quod ait dominus christus. Si non credideritis quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Quid est si non credideritis quia ego sum? Ego sum. Quid? Nihil addidit. Et quia nihil addidit: multum est quod commendavit. Expectabatur enim ut diceret quid esset: nec tamen dixit. Quid expectabatur ut diceret? Forte nisi credideritis quia ego sum christus: nisi credideritis quia ego sum dei filius: nisi credideritis quia ego sum verbum patris: nisi credideritis quia ego sum conditor mundi: nisi credideritis quia ego sum hominis formator et reformator: creator et recreator: factor et refactor. Nisi hoc credideritis quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Multum est quod ait ipse ego sum. Quia sic dixerat dominus moysi. Ego sum qui sum. Quis digne eloquitur: quid sit sum. Mittebat deus per angelum suum/servum suum moysen: ad liberandum ex egypto populum suum. Legistis quod audistis et nostis. Commodo tamen: mittebat trementem/excusantem sed obedientem. Cum ergo excusaret ait deo quem loqui in angelo intelligebat Si dixerit mihi populus: quis est deus qui misit te: quid dicam eis? Et dominus ad eum. Ego sum qui sum. Et repetivit. Dices filiis israel. Qui est misit me ad vos. Non ait et ibi ego sum deus/aut ego mundi fabricator/aut ego sum omnium rerum creator/aut ego sum ipsius populi liberandi propagator sed hoc tantum/ego sum qui sum: et dices filiis israel qui est. Non addidit: qui est deus vester: qui est deus patrum vestrorum: sed tantum hoc dixit: qui est misit me ad vos. Forte multum erat et ad ipsum moysen/sicut multum est et ad nos: et multomagis ad nos intelligere quid dictum sit/ ego sum qui sum: et qui est misit me ad vos. Et si forte caperet moyses: illi ad quos mittebat quando caperent? Distulit ergo dominus quod capere homo non posset: et addidit: quod capere posset. Adiunxit enim et ait. Ego sum deus abraam et deus ysaac: et deus iacob. Hoc potes capere. Nam ego sum qui sum/que mens potest capere? Quid ergo nos? Audebimus ne aliquid dicere ex hoc quod dictum est/ego sum qui sum: Vel potius ex hoc quod dominum dicere audistis/nisi credideritis quia ego sum moriemini in peccatis vestris? Ita ne his verbis meis tantillis et pene nullis audebo disputare quid sit quod ait dominus christus: nisi credideritis quia ego sum? Audebo ipsum dominum interrogare: audite me interrogantem potius quam disputantem: Magis querentem quam presumentem: Potius discentem quam docentem: et certe in me vel per me etiam vos interrogate. Presto est etiam ipse dominus

Text. habet quia ego sum
Al. in peccato vestro

Luce xxiii.

Luce xxiii.

Exodi

Exodi

qui vbiq₃ est. Audiat interrogādi affectū et intelligēdi p̄stet effectū. Nam ⁊ ego quibus verbis ⁊ forte aliquid capio/ pducere possum qđ capio ad corda vr̄a? Quis naȝ sufficit sonus: que suppetit eloquētia: que vires intelligēdi: que facultas pferēdi? ¶ Dicam ergo dn̄o nr̄o iesu christo: dicam ⁊ audiet me. Credo p̄sentē: oīno non dubito. Ipse enī dixit. Ecce ego vobiscuȝ sum: vsq₃ ad p̄sumationē seculi. O dn̄e deus noster. quid est qđ aisti: nisi credideritis quia ego sum? Quid enī non est eoꝝ que fecisti? nunqđ celum non est? nunqđ terra non est? Nunqđ non sunt ea que in terra et in celo sunt? Nunqđ homo ipse cui loq̄ris non est? Nunqđ angelus quem mittis non est? Si oīa sunt hec q̄ per te facta sūt: quid est qđ tibi pprīū quiddā tenuisti ipsum esse: qđ alijs n̄ dedisti vt tu solus esses Nam quō audio ego sum qui sum: quasi alia non sint? Et quō audio: nisi credideritis quia ego sum? Illi non erant qui audiebant? Et si peccatores erant: homines erant. Quid ergo facio? Quid sit ipsuȝ eē dicat cordi: intus dicat: intus loquat̄. Homo interior audiat: mens capiat vere esse: est enim semper eodeȝ modo esse. Res enī quelibet omnino quasi cepi disputare: et destiti querere. forte qđ audiui volo loqui. auditui meo det exultationē ⁊ vestro cum loquor: Res enī quelibet p̄sus qualicunq₃ excellentia si mutabilis est/ nō vere est. Non enim est ibi verum esse: vbi est et non esse. Quicqđ enī mutari potest: mutatū non est qđ erat. Si nō est quod erat: mors quedam ibi facta est. Peremptū est aliquid ibi qđ erat: ⁊ non ē. Nigredo mortua est in capite albescētis senis: Pulchritudo mortua est in corpe fessi ⁊ incurui senis: mortue sunt vires in corpe languētis: mortua est statio in corpe ambulātis: mortua est ambulatio in corpore stantis: mortua est ambulatio ⁊ statio in corpe iacētis mortua est locutio i lingua tacētis. Quicquid mutatur ⁊ est qđ non erat: video ibi quandā vitam in eo qđ est: ⁊ morteȝ in eo qđ fuit. Deniq₃ de mortuo cum dicit̄: vbi est homo ille? Respondet̄: fuit. O veritas que vere es. Nam i oībus actionibꝰ ⁊ motibus nostris ⁊ in omni prorsus agitatiōe creature duo tpa inuenio: preteritū ⁊ futurum. Presens quero: nihil stat. Qđ dixi iā non est: Qđ dicturus sum nōdum est. Qđ vixi iam non est: qđ victurus sum nonduȝ est. Preteritū ⁊ futurū inuenio in oī motu rerum. In veritate que manet: preteritum ⁊ futurū non inuenio sed solum p̄sens et hoc incorruptibilit̄ qđ in creatura nō ē. Discute rerū mutatiōes: iuenies fuit ⁊ erit Cogita deuȝ: inuenies est: Ubi fuit ⁊ erit esse non possit. ¶ Ut ergo ⁊ tu sis: trāscēde tempus. Sed quis transcēdet viribꝰ suis? Leuet illuc ille qui patri dixit. Uolo vt vbi ego sū: ⁊ ipsi sint mecū. Hoc itaq₃ pmittens ne moriamur in peccatis nr̄is: nihil aliud dn̄s iesus christus mihi videt̄ his verbis dixisse nisi: nisi credideritis q₂ ego sum. Prorsus nihil aliud mihi videt̄ his v̄bis dixisse q̄₃ h̄: nisi credideritis quia deus ego suȝ. moriemini i peccatis v̄r̄is. Bene deo gratias: quia dixit: nisi credideritis non dixit: nisi ceperitis. Quis enī hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere ⁊ visi estis intelligere: aliquid de tanta ineffabilitate cepistis? Si ergo non capis: fides te liberat. Ideo ⁊ dn̄s non ait: nisi ceperitis q₂ ego sum: sed qđ poterāt dixit. Nisi credideritis q₂ ego sum: moriemini in peccatis vestris: Et illi semp terrena sapientes et semp fm carnē audiētes ⁊ r̄ndentes: q̄d ei dixerūt? Tu q̄s es? Non enī cū dixisti nisi credideritis q₂ ego sum: addidisti q̄d esses. Quis es vt credamꝰ? Et ille Principiū. Ecce qđ est eē: p̄ncipiū mutari nō potest. Principiū in se manet: ⁊ innouat oīa. Principiū est: cui dictū est Tu aūt idē ipse es: ⁊ āni tui nō deficiēt. Principiū ait: q̄ ⁊ loquor vobis. Principium me credite ne moriamini in pctīs v̄r̄is Tanq₃ enī in eo qđ dixerūt tu q̄s es? Nihil aliud dixerūt q̄₃ q̄d te esse credimus. Rn̄dit. p̄ncipiū: id ē: p̄ncipiū me credite. In greco nanq₃ eloquio discernit̄: qđ non pōt i latino. Apud grecos eī feminini generis est principium. Sicut apud nos lex generis feminini ē: q̄ apud illos ē masculini. Sicut sapiētia ⁊ apud nos ⁊ apud illos: generis feminini ē. Cōsuetudo locutionis iō p diūsas linguas variat genera vocabuloꝝ: q₂ i ipsis rebꝰ nō inuenis sexum Nō enī sapīa vere femina ē: cū christus sit dei sapīa: ⁊ christꝰ appellet̄ genere masculino/ sapīa feminino. Cū ergo dicerent iudei tu q̄s es: Ille q̄ sciebat esse ibi quos-

Margin notes: F. — Mat. xxviij. — Exo. iij. — G. — Al'. dicebāt ergo ei — Al'. dicit eis iesus — Ps. cj.

dam credituros et inde dixisse/tu quis es: ut sciret quid illū credere deberet: rn̄dit: principiū. Nō tanq̄ diceret p̄ncipiū sum: sed tanq̄ diceret: p̄ncipiū me credite. Qđ in sermone greco ut dixi euidenter apparz ubi feminini generis est principiū. Velut si vellet dicere se esse veritatē: et dicentib⁹ tu quis es: rn̄derit veritatē. cum videretur ad id qđ dictū est tu quis es: rn̄dere debuisse: veritas: id est. veritas sum: Sed altius respondit: cū videret eos ita dixisse tu q̄s es/ac si dicerēt. Qm̄ abs te audiuim⁹/ nisi credideritis q: ego sum: quid te esse credimus? Ad hoc rn̄dit: p̄ncipiū. Tanq̄ diceret. Principiuz me credite: Et addidit: q̄ et loquor vobis. id est. q: humilis ꝓpt vos fact⁹ ad ista verba descēdi. Nam si p̄ncipium sicuti est ita maneret apud p̄rem et n̄ acciperet formā serui et homo loqueretur hoīb⁹/quō ei crederēt: Cuz infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint. Ergo inquit credite me esse principiū: quia ut credatis non solum sum sed et loquor vobis. Sed de hac re iā multū est loqui vobis. Placeat itaq̄ charitati vestre: ut qđ restat/illo adiuuāte seruemus crastino reddituri.

Explicit tractat⁹ tricesimusoctauus: Incipit tractatus tricesimus nonus: Ab eo qđ dictū est: Multa habeo de vobis loq̄ et iudicare sed qui misit me verax est: usq̄ ad id qđ dictū est: Et nō cognouerūt quia patrem eis dicebat deum:

A Verba dn̄i nostri iesu christi que habuit cū iudeis ita moderās loquelā suam ut ceci non viderēt et fideles oculos apirēt/que hodie de sancto euangelio recitata sunt: ista sunt. Dicebant ergo iudei. Tu q̄s es? Quia dixerat supra dn̄s: nisi credideritis quia ego sum/moriemini in peccatis v̄ris: Ad h̄ ergo illi: tu quis es. veluti querētes nosse in quem deberēt credere: ne in suo peccato morerent. Rn̄dit dicentib⁹ tu quis es: et ait. Principiū: q̄ et loquor vobis Si se dixit dn̄s esse principiū: queri potest utrū et pater principiū sit? Si enī filius p̄ncipiū est qui habet patrem: q̄to facili⁹ intelligēdus est deus peter esse principium qui habet q̄dem filiū cui pater sit: sed nō habet de quo sit? Filius enī patris est filius: et pater utiq̄ filij pater est. Sed deus đ deo fili⁹ đr: lumē đ luīe fili⁹ đr. P̄r đr lumē sz nō đ lumine. Pater dicit̄ de⁹: sed non de deo. Si ergo deus de deo. lumē de lumīe principiū est: q̄to facilius intelligit̄ p̄ncipium: lumen de quo lumen. et deus đ quo deus? Videt̄ itaq̄ absurdū charissimi ut filiū dicamus principiū: et patrē principiū non dicam⁹. Sed quid agem⁹? Nunquid duo erunt principia? Cauendum est hoc dicere. Quid ergo? Et si pater principiū/ et filius p̄ncipiū: quō non duo principia? Quō dicimus patrē deum et filiū deū: nec tamen dicim⁹ duos deos. Nephas est enī dicere duos deos: nephas est dicere tres deos: et tamē qui pater ē non ē fili⁹: q̄ fili⁹ est non ē pater. Sp̄us aūt sanct⁹ patris et filij sp̄us: nec pater ē nec fili⁹. Quis ergo sicut aures catholice sunt erudite in gremio m̄ris ecclesie: nec ille qui ē pater sit filius: nec ille qui ē fili⁹ sit pater: nec spirit⁹ sanctus patris et filij sit/vel fili⁹ vel pater. tres deos tamē esse nō dicim⁹: q̄uis de singulis si querat̄: necesse est de quocū q̄ int̄rogati fuerim⁹: deū esse fateamur. Et absurda ista videnī hoībus solita trahentibus ad insolita. usibilia ad iuisibilia: creaturam comparantib⁹ creatori. Interrogāt enī nos aliq̄ñ infideles et dicūt. P̄rēz quē dicitis/deū dicitis? Rn̄dem⁹ deū. Filium quem dicitis/deum dicitis? Responde=mus deū. Spiritūsanctū quē dicitis/deuz dicitis? Rn̄dem⁹ deū. Ergo inquiūt p̄r et fili⁹ et sp̄ūssanct⁹ tres sunt dij? Rn̄dem⁹. nō Turbant̄: quia nō illumiant̄. Cor clausuz habent: q: clauē fidei nō hn̄t. Nos ḡ frēs fide p̄cedēte que sanat oculos cordis nostri / qđ intelligim⁹ sine obscurit at capiamus: qđ nō intelligim⁹ sine dubitatiōe credamus. A fundamēto fidei nō recedam⁹: ut ad culmen p̄fectiōis veniam⁹. Deus ē pater: deus ē fili⁹: deus ē sp̄ūsſctūs: Et tamen p̄r nō est q̄ fili⁹: nec fili⁹ ē qui p̄r: nec sp̄ūsſctūs p̄ris et filij sp̄us/aut p̄r ē aut filius. Trinitas un⁹ de⁹: trinitas una eternitas: una p̄tās: una maiestas. Tres p̄sone sed nō tres dij. Nūc mihi calūniator rn̄deat. Quid ergo tres? Si enī tres ait: oportz dicas q̄d tres? Rn̄deo. P̄r et fili⁹ et spirit⁹ sctūs. Ecce inq̄t tres dixisti: sz q̄d tres exprime: imo tu numera? Naz ego compleo tres: cū dico p̄r et fili⁹ et sp̄ūsſctūs. Id eniz

qd pr̄ ad se ē/ds ē: qd ad filiū est/pr̄ ē. Qd fili⁹ ad seipm/ds ē. qd ad prēm ē/filius est Ista q̄ dico: potestis de similitudib⁹ agnoscere quotidianis. Hō ꝛ alr̄ hō: si ille sit pr̄ ille fili⁹: qd hō est ad seipsum ē: qd pr̄ ē ad filiū est. Et fili⁹ qd hō est ad seipsum ē. qd aūt fili⁹ ē ad prēm ē. Pr̄ enī nomē est dictum ad aliqd: ꝛ fili⁹ ad aliqd. Sꝫ isti duo hoīes sunt. At vo pater de⁹ ad aliqd ē pr̄ id est. ad filiū. Et fili⁹ de⁹ ad aliqd ē fili⁹. id est. ad prēm. Sꝫ nō quō illi duo hoīes sunt: sic isti duo dij. Quare h̄ nō ita ē ibi? Quia illud aliud: hoc aūt aliud ē: q2 illa diuinitas ē: hec hūanitas. Est ibi aliqd ineffabile: qd verbis explicari nō possit: vt ꝛ
F ¶ Sed quod dixi iam dudum fratres: illi pellunt: excipit dn̄s. Magis enī q꞉ expulsus est: xp̄ianus factus est. Audiuit dominus q꞉ eiecerūt eū foras: et cū inuenisset eum dixit ei. Tu credis in filiū dei: Modo lauat faciem cordis. Respōdit ille et ait: quasi adhuc inunctus. Quis ē dn̄e: vt credam in eū: Et dixit ei iesus. Et vidisti eū: et q̄ loquitur tecū ipe est. Missus est ille: iste lauans faciē in siloe / quod interpretatur missus. Deniq꞉ iā facie lota cordis et mundata cōscientia: agnoscens eū non filiū hominis tantū qd̄ ante crediderat: sed iam filiū dei qui carnē susceperat: ait Credo dn̄e. Parum est credo / vis videre q̄lem credat: Et procidens adorauit eū. Et dixit ei iesus. Modo dics ille ē inter lucem et tenebras discernēs. In iudiciū ego in hunc mundū veni vt qui nō vident videat: et qui vidēt ceci fiant. Quid ē hoc dn̄e: Magnā questionē fessis intulisti: sed erige vires nostras vt possimus intelligere quod dixisti Venisti vt q̄ nō vidēt videant: Recte q꞉ lumē es: recte q꞉ dics es. recte q꞉ de tenebris liberas. Hoc oīs anīa accipit. oīs intelligit. Quid est h̄ qd̄ sequit᷑: et q̄ vidēt ceci fiant: Ergo ne quia venisti: ceci fiunt qui videbant: Audi quid sequit᷑: et fortasis intelliges. Cōmoti sūt ergo verbis istis quidā ex phariseis: et dixerunt ei. Nunquid et nos ceci sumus: Audi iā quid est quod mouebat: et qui vident ceci fiant. Dixit eis iesus. Si ceci essetis nō haberetis peccatū: cū sit cecitas ipsa peccatū. Si ceci essetis. id est. si vos cecos aduerteretis / si vos cecos diceretis et ad medicū curreretis: si ergo ita ceci essetis non haberetis peccatū: quia veni ego auferre peccatum. Nunc vero dicitis quia videmus: peccatū vestrū manet. Quare: Quia dicendo videmus / medicum non queritis: in cecitate vestra remanetis. Hoc est ergo quod paulo añ non intellexeramus qd̄ ait: ego veni vt qui non vident videant. Quid est vt q̄ non vident videant: Qui se nō videre cōfitentur: et medicum querunt vt videant et qui vident ceci fiant. Quid est q̄ vidēt ceci fiant: Qui se putant videre et medicum non querunt: et in sua cecitate permanent. Ergo istā discretōem vocauit iudicium cū ait: in iudiciū veni in hunc mūdū: quo discernit cām credētiū et ꝯfitētiū a superbis se videre putantib⁹: et ideo grauı⁹ excecatis. Tanq̄m dixerit ei peccator
confitens et medicum querēs: iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: illorum scilicet: qui dicūt / videmus et eorum peccatum manet. Nō autē illud iudiciū iam intulit mūdo: quo de viuis et mortuis ī fine seculi iudicabit. Se- ps. xlij
cundū hoc enim dixerat: ego non iudico quemquā: quoniā prius venit non vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Joh. viij

Explicit tractatus q̄dragesimus quartus Incipit tractat⁹ .xlv. Ab eo quod scriptū est. Amen amen di co vobis qui non intrat per osti um in ouile ouiū sed ascēdit aliūde ille fur est ⁊ latro . vsq₃ ad id quod ait. Ego veni vt vitam habeant et abundantius habeant

A

De illumiato il/lo q̄ cec⁹nat⁹ ē:ſmo ad iudeos dn̄i exortus ē huic itaq₃ lectiōi hodiernā esse contextā/scire debuit ⁊ con moneri caritas vestra. Cum em̄ dominus dixisset :i iudicium eni₃ ego veni in hunc mundū/vt qui nō vident videāt et qui vi dent ceci fiant/quod eo tp̄e quādo lectu₃ est vt potuim⁹ exposuimus:quidā ex pha riseis dixerūt. Nunq̄d et nos ceci sumus Quibus respondit dn̄s. Si ceci essetis:nō haberetis peccatū. Nunc autē dicitis /q̄r videmus.peccatū vestrū manet. His ver bis subiunxit ea que hodie cū recitarent/ audiuimus. Amen amen dico vobis qui nō intrat per hostium in ouile ouium/sed ascēdit aliunde: ille fur est et latro. Dixerunt enim se cecos non esse:videre autem tūc possent si oues xp̄i essent: Unde sibi vsurpabāt lumē: q̄ fure bant ꝯtra diem? Propt̄ illorū ergo vanā et superbā et insanabilē arrogantiā: do minus iesus ista contexuit:in quibus salu briter nos si aduertamus admonuit. Mul ti eni sunt qui scd̄m quādā vite huius cō suetudinē dicūtur boni homies/boni viri bone femine:innocētes/et quasi obseruā tes ea que in lege p̄cepta sunt:deferentes honorē parentibus suis/nō mechātes /nō homicidium perpetrātes/non furtū faciē tes/nō falsum testimoniū aduersus quem quā perhibentes/et cetera que in lege mā data sunt/velut obseruantes : xp̄iani non sunt/et plerūq₃ se iactant quomō isti. Nū quid et nos ceci sum⁹? Quia vero ista om nia que faciūt/et nesciūt ad quē finem re ferant/inaniter faciunt: Dominus de gre ge suo et de ostio qua intratur ad ouile.si militudinē ꝓposuit i hodierna lectiōe Di cant ergo pagani. Bene viuim⁹. Si ꝑ osti um non intrant:quid ꝓdest eis vnde glo riantur Ad hoc enī debet vnicuiq₃ ꝓdesse viuere: vt detur illi semp viuere. Nā cui non datur semper viuere:quid prodest be ne viuere? Quia nec bene viuere dicen di sunt:qui finem bene viuendi vl' cecita te nesciūt/vel inflatione cōtempnūt. Nō est autē cuiquā spes vera et certa semper viuendi/nisi agnoscat vitā quod est xp̄s: et per ianuam intret in ouile. Querunt er go plerūq₃ tales hoīes etiam persuadere hominib⁹ vt bene viuant:et xp̄iani nō sint Per aliam partē volūt ascendere/rapere et occidere:nō vt pastor ꝯseruare atq₃ sal uare

B

Fuerūt ergo quidā philosophi de virtutibus et vicijs/subtilia mlt'a tractan tes/diuidētes/definiētes / raciocinatiōes acutissimas concludētes/libros inplētes / suam sapientiā buccis crepantibus venti lātes:qui etiā dicere auderēt hōinib⁹:nos sequimini:sectā nr̄am tenete/si vultis bea te viuere. Sed non intrant per ostiū: per dere volebant:mactare et occidere. Quid de istis dicam? Ecce ipsi pharisei legebāt et in eo quod legebant/xp̄m sonabāt:ven turum sperabāt/et presentē non agnosce bāt. Jactabāt se etiā ipi int̄ videntes/hoc est inter sapiētes:et negebant cristū et nō intrabant per ostium. Ergo et ipsi si quos forte seducerēt.mactandos et occidēdos/ non liberandos seducerēt. Et hos dimitta mus:videamus illos si forte ipsi intrāt per hostiu₃:qui ipsi⁹ christi noīne gloriantur. Innumerabiles enim sunt qui se vidētes non solum iactant:sed a christo illūinatos videri volunt. Sunt autē heretici. Forte ipsi per ianuā intrauerunt? Absit. Sabel lius dicit. Qui fili⁹ est:ipse est pater Sz fi lius non est pater. Non intrat per hostiū/ qui filiū dicit patrem. Arrianus dicit. Ali ud est pater:aliud est filius Recte diceret si diceret alius/non aliud. Quando enim dicit aliud/ei cōtradicit a quo audit :ego et pater vnū sum⁹. Nec ipse ergo per osti um intrat. Predicat enī christū qualē sibi fingit:non qualem veritas dicit. Nomen habes:rem nō habes. Alicui⁹ rei nomē est christus Tene ipsam rē:si vis ꝓd esse tibi nomē. Alius nescio vnde sit/sic Fotinus:

Capitulū.x. Exodi.xx. Joh.x.

Christus homo est inqt/deus nō est. Nec ipse intrat per hostium: q2 christ⁹ homo et deus est. Et quid opus est multa percurrere: et m'lta vana heresum enūerare hoc tenete: ouile xp̄i esse catholicā ecclesiam. Quicū𝔮 vult intrare ad ouile/per ostiuȝ intret: xp̄m verū p̄dicet: non solū christū verū predicet: sȝ xp̄i gloriā q̄rat non suā. Nam multi querendo gloriaȝ suam: oues xp̄i sparserunt potius quā ꝯgregauerunt Humilis est enī ianua xp̄s dominus. Qui intrat per hanc ianuā/oportet humilē esse vt sano capite possit intrare. Qui autē se nō hūiliat sed extollit: per maceriā vult ascendere. Qui autē per maceriā ascendit ideo exaltatur vt cadat. Cecte tamen adhuc loquitur dominus iesus: nondum intelligitur. Nominat hostiū/nomiat ouile/nominat oues/commendat hec omia: sed nondum exponit. Legamus ergo: quia ventu rus est ad ea verba/in quibus nobis aliqua que dixit dignetur exponere: ex quorum expositiōe dabit nobis fortasse etiaȝ illa que nō exposuit itelligere. Pascit em̄ manifestis. exercet obscuris. Qui nō itrat per hostiū in ouile ouiū sed ascēdit aliunde. ve misero quia casur⁹ est. Sit ergo humilis: per ostiū intret: plano pede veniat/ ⁊ n̄ offendat Ille inqt fur ē ⁊ latro/q̄ oues suas vult dicere oues alienas/ ad hoc suas. idest. furto ablatas: vt nō saluet sed vt occidat. Ergo fur est: quia qđ alienum est suū dicit. latro quia et quod est furat⁹ occidit. ¶ Qui autē intrat per ostium pastor est ouiuȝ. Huic ostiari⁹ aperit De ostiario isto tunc queram⁹: quando ab ipso dn̄o audierimus qđ sit ostiuȝ: et q̄ sit pastor. Et oues vocē ei⁹ audiūt: et p̄prias oues vocat nominatim Habet enī nomia eoruȝ scripta in libro vite. Propⁱas oues vocat nominatim. Hinc dicit apostolus. Nouit dn̄s qui sunt eius. Et adducit eas: et cū p̄prias oues emiserit āte eas vadit: et oues illū sequūtur: q̄a sciūt vocē eius. Alienum autē nō sequūtur: sed fugiūt ab eo: quia non nouerūt vocē alienorū Cecta sūt v̄ba hec/plena questiōibus: grauida sacramentis. Sequamur ergo et audiamus magistrū ex his obscuris aliquid aperientē: et per id qđ aperit/nos forte intrare fatientē. Hoc prouerbiū dixit illis iesus: illi autem non cognouerūt quid loquereť eis. Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos et nos: ante q̄ ista verba agnoscam⁹ et nos? Quia nos pulsamus vt apiatur nobis: illi autē xp̄m negādo nolebant intrare seruādi: sed foris remanere perdēdi. Quod ergo nos audimus hec pie: quod antequam illa intelligamus: credimus vera esse atq̄ diuina. magna ab istis diuersitate distam⁹ Cum enī duo audiūt verba euāgelij: vn⁹ impius/alter pi⁹: et talia sunt vt forte ambo nō intelligāt: vnus dicit nihil dixit/alius dicit verū dixit/et bonū est quod dixit: sed nos n̄ intelligim⁹. Iste q̄a credit iā pulsat/et dignus est cui apiatur si pulsare persistat: ille vero adhuc audiat: nisi credideritis nō intelligetis. Quare ista cōmendo? Quia etiā cū verba hec obscura sicut possum exposuero: aut q2 valde sunt abdita vl' ego eoꝝ non apprehēdere intelligenciam: vel explicādi qđ intelligo nō habuero facultatē: vel tam fuerit quisq̄ tard⁹ vt etiā exponentē nō sequař: nō de se desperet: maneat in fide: ambulet in via: audiat ap̄l'm dicētē: et si q̄d aliter sapitis: hoc q̄𝔮 vobis deus reuelabit: verūtamē i quod p̄uenimus: in eo ambulem⁹. Incipiam⁹ ergo audire exponentē: quē audiuimus proponentē. Dixit ergo iteruȝ eis iesus Amen amē dico vobis: q̄a ego suȝ hostium ouium. Ecce ipsuȝ hostiū q̄d clausum posuerat apuit. Ip̄e est hostium: Agnouim⁹/ imtrem⁹: vt nos intrasse gaudeamus. Omēs quotquot venerūt fures sunt et latrōes Quid est hoc domine: omnes quotq̄t venerūt? Quid em̄? Tu n̄ inuenisti? Sed itellige. Omēs quotquot venerūt dixit: vti𝔮 preter me: Recolamus ergo Ante aduentū ip̄ius venerūt p̄phete: nunquid fures ⁊ latrōes fuerunt? Absit. Non preť illum venerūt: quia cum illo venerūt. Centurus precones mittebat: sed eoꝝ corda q̄s miserat possidebat Uultis nosse quia cū illo venerūt? Qui ē ipse semper: carnem q̄ppe accepit ex tēpore. Quid est ergo semp? In principio erat verbum. Cum illo ergo venerūt: qui cum

Margin notes: Thi. ij. — Esaie. vij. — Phil. iij. — Joh. j.

Joh.xiiij. verbo dei venerūt. Ego sum inquit via ꝛ veritas et vita. Si ipse est veritas. cum illo venerunt qui veraces fuerunt. Quotquot ergo preter illū: fures sunt et latrões. i. ad furandū et occidendum. Sed non audierunt eos oues. Maior hec questio est: non audierunt eos oues. Ante aduentum domini nrī iesu xpī: quo humilis venit in carne: precesserunt iusti: sic in eum credentes venturū: quomō nos credimus in eum qui venit. Tempora variata sunt: non fides: quia et ipsa ỽba ꝓ tempore variantur: cum varie declinantur. Aliū sonū habet venturus est: aliū sonum habet venit. Mutatus est sonus: venturus est ꝛ venit. Eadem tamen fides vtrosqꝫ coniūgit: et eos qui venturū esse: et eos qui eū venisse crediderunt. Diuersis quidē temporibus: sed vtrosqꝫ per vnuꝫ fidei hostium: ꝫ est per xp̄m videmus ingressos. Nos credimus dominum iesum xp̄m natū ex virgine. venisse in carne: passum esse/resurrexisse/in celum ascendisse. Totū hoc sicut verba auditis preteriti temporis: impletū esse iaꝫ credimus. In eius sunt fidei societate nobiscum et illi patres qui crediderūt de ỽgine nasciturū/passurum/resurrecturum/in celum ascensurū. Illos enim ostēdit apostolus: vbi ait. Habentes aūt eundem spiritū fidei sicut scriptū est: credidi
ij.Cor.iiij. propter qđ locutus sum: et nos credimus ꝓpter quod et loquimur. Propheta dixit. credidi ꝓpter qđ locutus sum: apostolus dicit: et nos credimus ꝓpter quod et loquimur. Ut scias autē qđ vna sit fides: audi dicentē. Habentes eundē spūm fidei et nos credim⁹. Sic et alio loco. Nolo eni vos igit ignorare fratres: qꝛ pr̄es nrī omnes sub nube fuerunt. et omnes mare trāsierunt: et omnes in moyse baptisati sunt ī nube et in mari. et omnes eandē escā spiritualē manducauerūt: et omnes eūdeꝫ potum spiritualē biberunt. Mare rubrum significat baptismū. Moyses ductor per mare rubrum: significat xp̄m. Populus transiens: significat fideles. Mors egyptiorum: significat abolicionē peccatorū. In signis diuersis eadem fides: sic in signis diuersis quō in ỽbis diūsis: qꝛ ỽba sonos mutāt ꝑ tpa: ꝛ vtiqꝫ nihil aliđ sunt ỽba q̄ signa. Si

ps.xv.

j.Cor.x.

gnificando enī verba sunt. Tolle significationē verbo: strepitus inanis est. Significata sunt ergo oīa. Nunqđ nō eadē credebant: per quos hec signa ministrabant: per quos eadē que credimus prophetata p̄nūciabant? Utiqꝫ credebāt: sꝫ illi vētura esse: nos autē venisse. Ideo autē sic ait. Eūdē potū spiritualē biberunt. Si spiritualē eundem: nam corpalē nō eundē. Quid enī illi bibebāt? Bibebant enī đ spirituali sequente petra: petra autē erat xp̄s. Uidete ergo: fide manente/signa variata. Ibi petra xp̄s: nobis christus qđ in altari dei ponitur. Et illi pro magno sacremēto eiusdē christi biberunt aquā ꝓfluentē de petra: nos quid bibamus norunt fideles. Si speciem visibilē intendas: aliud est. Si intelligibilē significationē. eūdē potū spūaleꝫ biberūt. Quotquot ẜ illo tpe crediderūt vel abrae vł ysaac vł iacob. vł moysi: vł aliis patriarchis: aliisqꝫ ꝓphetis xp̄m prenunciantibus: oues erant. et christū audierunt: Non alienā vocē: sꝫ ipi⁹ audierūt. Iudex fuerat in precone: quia et quādo iudex loquit̄ ꝑ preconē: exceptor nō facit: p̄co nō dixit: sꝫ iudex dixit. Alii sunt ergo quos non audierūt oues: in qbus non erat vox xp̄i: errantes/falsa dicētes/ inania garriētes: vana fingentes: miseros seducentes.

¶ Quid est ergo quod dixi? Maior hec questio ē. Quid habet obscurū: et ad itelligendū difficile? Audite obsecro. Ecce dn̄s ipse iesus xp̄s venit: p̄dicauit. Utiqꝫ multo magis vox pastoris erat: exp̄ssa ipso ore pastoris. Si enī per prophetas vox pastoris erat. quanto magis vocem pastoris proferebat lingua ipsa pastoris? Non omnes audierunt. Sed qđ putam⁹? Qui audierunt oues erūt? Ecce audiuit iudas et lupus erat. Sequebatur. sed pelle ouia tectus: pastori insidiabatur. Aliq vero eorum qui christum crucifixerūt: non audiebant et oues erāt. Ipsos enī videbat ī turba: quādo dicebat. Cum exaltaueritis filium hominis: tūc cognoscetis quia ego sū. Quomō ista soluitur questio? Audiūt nō oues: et non audiunt oues. Sequūtur vocem pastoris quidā lupi/et ei quedam cōtradicunt oues: postremo pastorem occidunt oues. Soluitur questio: Respondit

enim aliquis et dicit. Sed quãdo non audiebant oues nõduz erant: tũc lupi erant Uox audita eos mutauit: ꝛ ex lupis oues fecit. Quãdo autẽ facte sunt oues: audierunt: et pastorẽ inuenerunt: pastorẽq; secute sunt. Pastoris promissa sperauerunt quia iussa fecerũt. Soluta est vtcũq; ista questio: et cuiq; forte sufficiat. Me autem adhuc mouet: et quid me moueat cõmunico vobiscũ: vt quodãmõ q̃rens vobiscũ reuelante illo vobiscuz merear inuenire. Quid ẽ me moueat accipite: Per ezechielem ꝑphetam dominus obiurgat pastores: et dicit inter cetera de ouib⁹ Errantẽ ouez non reuocastis: Et errantẽm dicit et ouẽ appellat. Si quãdo errabat ouis erat. cuius vocez vt erraret audiebat: Procul dubio enĩz non erraret: si vocẽ pastoris audiret. Sed ideo errauit: quia vocem audiuit alienu: vocem furis et latronis audiuit. Certe latronũ voces nõ audiũt oues Qui venerunt inquit/ ꝛ intelligim⁹ preter me. idest. qui venerũt preter me. fures sũt et latrones: et non audierũt eos oues. Domĩe si non audierũt eos oues: quomõ errant oues: si oues non audiũt nisi te: Tu autẽ veritas es. Quisq; veritatẽ audit: ñ vtiq; errat. Illi autẽ errant: et oues appellantur. Nam si in errore ipso oues nõ appellarentur: nõ diceret per ezechielẽ prophetã. Errantẽ ouem nõ reuocastis. Quomodo et errat: ꝛ ouis est: Uocẽ alienĩ audiuit: Certe nõ audierunt eos oues. Deinde mõ multi colligunt ad ouile christi: ꝛ ex hereticis fiunt catholici: A furibus tolluntur: pastori reddunt: Et alieni qñ murmurãt: tediũ paciunt ad reuocãtẽ: ꝛ nõ intelligũt iugulãtẽ. verũtñ etiã cũ renitẽtes venerũt que oues sũt: agnoscũt vocẽ pastoris: et se venisse letantur: et errasse erubescunt. Quando ergo in illo errore tanq; in veritate gloriabant: et vtiq; non audiebant vocem pastoris: ꝛ alienũ ideo sequebantur: oues erant an non erant: Si oues erant: quomodo alienos oues audiunt: Si oues non erant: quare obiurgantur illi quibus dicit: errantẽ ouem non reuocastis Ipsis etiam iam factis catholicis christianis/ bone spei fidelib⁹/ aliquãdo mala cõtingunt: seducunt in errorem: et post errorem reuocant. Quando seducti sunt in errorẽ ꝛ rebaptisati sunt: aut post ouilis dominici societatẽ rursus in errorẽ pristinuz reuoluti sunt: oues erãt an non erãt: Utiq; chatolici erãt. Si catholici fideles erãt oues erãt. Si oues erãt: quomõ vocẽ alieni audire potuerunt: cũ dominus dicat/ nõ audierũt eos oues: Audistis fratres altitudinem questiõis. Dico ergo: Nouit domin⁹ qui sunt ei⁹. Nouit prescitos: nouit predestinatos. De illo quippe dicit: quos autẽ presciuit et predestinauit: cõformes fieri imaginis filij sui: vt sit primogenit⁹ in multis fratrib⁹. Quos autẽ predestinauit: ipsos et vocauit. Et quos vocauit: ipsos et iustificauit/ quos aũt iustificauit: ipsos et glorificauit. Si de⁹ pro nobis: quis contra nos Adde adhuc: qui proprio filio suo non pepcit: sed pro nobis omnib⁹ tradidit eum: quomõ etiã nõ cum illo omnia nobis donauit: Sed quib⁹: Nobis prescitis: et predestinatis/ iustificatis. glorificatis: de quibus sequit. Quis accusabit aduersus electos dei: Nouit domin⁹ qui sũt eius: ipse sunt oues. Aliqñdo se ipe nesciunt: sed pastor nouit eas. Secundũ istam predestinatiõem. secundũ istaz dei presciẽtiam: secundũ electiõem ouiũ: ante constitutiõem mundi. Secundũ istam ergo presciẽtiam dei: et predestinatiõem: quã multe oues foris: quã multi lupi intus Et quã multe oues intus: et quam m̃lti lupi foris Quid est quod dixi: Quam m̃lte oues foris: Quam multi modo luxuriant: casti futuri. Quam multi blasphemãt christũ: crediturĩ in christũ. Quã multi se inebriãt: futuri sobrij: Quam multi rapiũt res alienas donaturi suas. verũtamẽ modo vocẽ alienam audiũt: alienos sequũtur. Itez quaz multi intus laudãt/ blasphematuri. Casti sunt/ fornicaturi. Sobrij sũt/ se vio postea sepulturi. Stãt/ casuri: ꝛ nõ sunt oues. De predestiatis eñ loquimur De his loqmur quos nouit domin⁹ qui sunt ei⁹. Et tamẽ ipsi quãdiu recte sapiunt: christi vocez audiunt: Ecce audiũt ipsi: non audiunt illi. et tamen secundũ predestiationẽ nõ oues isti/ oues illi: Adhuc manet questio: q̃ mihi interim nunc videtur ita posse dissolui. Est aliqua vox: est inquã vox aliqua pa-

Margin notes: xxxiiij. (beside "Per ezechielem"); .xiiij: (beside "vtiq; errat"); F; Rho. viij.; Rho. viij.

storis:in qua oues nõ audiunt alienos: in qua non oues audiunt christum. Que est ista vox? Qui perseuerauerit vsq in finẽ: hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius:non audit alien⁹. Nã et ille hoc ei predicat: vt perseueret apud ipsuz vsq in finem Sed non apud eum perseuerãdo non audit hanc vocem. Venit ad christũ: audit alia/et alia verba/illa et illa: omnia vera:sana omnia: inter que omnia est et illa vox: qui perseuerauerit vsq in finem hic saluus erit:istam qui audierit ouis est Sed audiebat illam nescio quis: ⁊ desipuit/refriguit/audiuit alienã. Si predestinatus est: ad temp⁹ errauit:in eternũ nõ periit: redit vt audiat qđ neglexerit: faciat qđ audiuit. Si enĩ de his est q̃ predestiati sunt:et errorez ipsius deus presciuit:et cõuersionẽ futuraz Si aberrauit:redit vt audiat illã vocem pastoris: ⁊ sequatur dicẽtem:qui perseuerauerit vsq in finẽ hic saluus erit. Bona vox fratres/vera/pastoralis:ipsa est vox salutis intabernacul' iustorum. Naz facile est audire christũ:facile ẽ laudare euãgeliũ :facile est acclamare disputatori. Perseuerare vsq in finem hoc est ouiuz vocẽ pastoris audientiũ. Temptatio accidit:perseuera vsq in finẽ:quia temptatio non pseuerat vsq in finẽ. Vsq in quem finem perseuerabis? Donousq finies viam. Quãdiu enĩ non audis christũ aduersarius tuus est in ista via :hoc est in ista mortali vita. Sed quid dicit. Concorda cũ aduersario tuo cito:dum es cum eo in via Audisti/credidisti/concordasti. Si aduersabaris concorda: si tibi prestitũ est concordare Si aduersabaris cõcordia:noli vlteri⁹ litigare. Quãdo enĩ finiatur via nescis:sz tũ scit ille. Scit ille si ouis es: ⁊ si pseueraueris vsq in finẽ salu⁹ eris Ac per hoc istam vocem non cõtempnunt sui.nõ audiunt alieni. Vt potui vt ipse donauit profundã multum questionẽ: aut exposui vobis:aut tractaui vobiscuz. Si qui min⁹ intellexerunt/maneat pietas:et reuelabit veritas. Qui autẽ intellexerunt.non se extollant quasi celeriores sup tardiores: ne extollendo se exorbitent:et facili⁹ perueniant tardiores. Omẽs autẽ perducat cui dicimus. Deduc me domie i via tua: ⁊ ambulabo in veritate tua. Per h ergo quod exposuit dñs q̃a ipse est hostiũ:itrem⁹ ad ea que proposuit:nec exposuit. Et pastor quidem quisnam sit: quãuis non dixerit in ista lectione que hodie recitata est:tamen in ea que sequitur apertissime dicit. Ego sum pastor bonus. Quod et si non diceret:quem aliũ preter ipsum intelligere deberemus in eis verbis vbi ait/qui itrat per hostiũ/pastor est ouium/huic ostiari⁹ aperit:et oues eius vocẽ audiunt:et ppias oues vocat nominatiz et educit eas:et cum pprias oues emiserit.ante eas vadit et oues eum sequunt quia sciũt vocẽ ei⁹? Quis enĩ alius oues pprias vocat nomiatim:et educit eas hinc ad vitam eternam: nisi qui nouit nomina predestinatorum. Vnde ait discipulis suis. Gaudete:quia noĩa vestra scripta sunt in celo. Hinc enĩ vocat eas noĩatim Et quis alius eas emittet:nisi qui earũ peccata dimittit: vt eum sequi duris liberate vinculis possint? Et q̃s eas precessit quo eum sequant: nisi qui surgẽs a mortuis iam non moritur. et mors ei vltra non dñiabit? Et cũ hic conspicu⁹ esset i carne:ait. Pr q̃s ddisti mihi volo vt vbi ego sum: et ipsi sint mecũ Vñ illđ qđ ait: Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur: et ingredietur et egredietur et pascua inueniet.

In hoc euidenter ostendit:non solũ pastorem sed etiã oues intrare per ostiũ. Sz quid est ingrediet et egredietur ⁊ pascua inueniet? Ingredi quippe in ecclesiam per hostiũ christum valde bonũ est: exire aũt de ecclesia sicut ait iste ipse iohãnes euangelista in epistola sua: ex nobis exierũt:sz non erant ex nobis :non est vtiq bonum: Talis ergo egressus non posset a bono pastore laudari: vt diceret ⁊ igrediet et egredietur:et pascua inueniet. Est ergo aliq̃s non solũ ingressus verumetiã egressus bonus:per hostium bonũ quod est christus. Sed quid sit iste laudabilis ⁊ beat⁹ egressus? Possem quidẽ dicere ingredi nos q̃ñ interius aliquid cogitamus: egredi autez quãdo exterius aliq̃d operamur. Et quoniaz sicut dicit apostol⁹: per fidez habitat christus in cordib⁹ nostris: igredi per xp̃z esse secundum ipsam fidem cogitare: egredi autem per christum secundum ipsam fi-

Math. v. | Luce. | Rho. | Joh. | h | i. ioh. | Eph. iii

dem etiam foris. idest. coram hominibus operari. vnde et i psalmo legitur: exiet homo ad op⁹ suum. et ipse domin⁹ dicit. Luceant opa vestra coram hominibus. Sed plus me delectat: quod ipsa veritas tanq̄ pastor bonus. et ideo bonus doctor quodammodo nos admonuit quēadmodū intelligere debeam⁹: quod ait: ingredietur et egredietur ꝛ pascua inueniet: cōsecut⁹ adiunxit. Fur non venit: nisi vt furetur et mactet et perdat: ego veni vt vitam habeant et abundancius habeant. videtur eni3 mihi dixisse vt vitam habeant ingrediētes: et abundantius habeant egredientes. Non autem potest quisq̄ per hostiū. idest. per christū egredi ad vitā eternam que erit et specie. nisi per ipsu3 hostiū: hoc est per eundē christu3 in ecclesiam eius que est ouile eius intrauerit ad vitam tēporalē que est in fide. Ido ait: ego veni vt vitam habeant: hoc est fidem que per dilectionē opatur. Per quā fidem in ouile ingrediunt vt viuant: quia iust⁹ ex fide viuit: ꝛ abundancius habeāt qui perseuerando vsq̄ in finē per illud hostium. i. per fidem christi egrediuntur: qm̄ veri fideles moriuntur: ꝛ abundantius habebunt vitam/ veniēdo quo pastor ille p̄cessit: vbi nunq̄ deinde moriantur. Quamuis ergo et hic in ipso ouili non desinit pascua: quoniā ad vtrumq̄ possimus intelligere qđ dictū est et pascua inueniet. i. ꝛ ad ingressum et ad egressum: tamen tunc vera pascua inuenient vbi saturentur q̄ esuriunt et sitiunt iusticiam: qualia pascua inuenit cui dictum est: hodie mecum eris in paradiso. Quomodo autē ipse sit hostiu3 ipse pastor: vt per seipsu3 quodamō etiā ipse ingredi et egredi intelligatur: et quis nam sit hostiarius: longum est hodie querere: et disserendo sicut ipse donauerit explicare.

¶ Explicit tractatus q̄dragesimus qnt⁹. Incipit tractat⁹ q̄dragesim⁹ sextus. Ab eo qđ dictu3 est Ego sū pastor bonus: bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis Usq̄ ad id quod ait: mercenarius autem fugit quia mercenarius est: et non pertinet ad eum de ouibus

Loquens dominus iesus ouibus suis ꝛ presentibus ꝛ futuris: que tunc aderāt que erant ibi iam oues eius: erātq̄ que future erant eius oues: itē presentib⁹ ꝛ futuris/ ꝛ illis et nobis: ꝛ q̄tq̄t etiā post nos fuerit oues eius: quis ad eas missus esset ostendit. Omnes ergo audiunt vocem pastoris sui dicentis. Ego sum pastor bonus. Non adderet bonus: nisi essent pastores mali. Sꝫ pastores mali: ipsi sunt fures et latrones: aut certe vt multū mercenarij. Omnes eni hic psonas quas posuit requirere/ distinguere nosse debem⁹. Aperuit enim iā duas res dn̄s: quas quodāmō clausas ꝓposuerat. Jam scim⁹ quia hostium ipe ē: scimus q̄a pastor ipse est Fures et latrones qui sint: in hesterna lectiōe patefactū est. Hodie aūt audiuim⁹ mercenarium: audiuim⁹ et lupū: heri noīatus est et hostiarius. In bonis ergo hostiū est et hostiari⁹/ pastor et ouis: In malis fures ꝛ latrones/ mercenarij/ lupus. Hostiū dominum m christū accipim⁹: ipm̄ pastore3/ ipm̄ hostiariū. Quia em̄ hec duo ipe exposuit: hostiariū nobis reliquit querendū. Et q̄d ait de hostiario: Huic inq̄t hostiari⁹ aperit. Cui aperit: Pastori. Quid apit pastori: hostiū. Et q̄s ē ipsū hostiū: Ipse pastor. Nunq̄d si dominus christus nō exposuisset: non ipse dixisset: ego sum pastor ꝛ ego sum hostium: auderet quisq̄ nostru3 dicere quod ipse xp̄s sit et pastor ꝛ ostiu3 Si eni diceret ego sum pastor et non diceret ego sum hostiu3: quesituri eram⁹ quis esset hostiū: ꝛ forte aliud putātes ante hostium remansuri: gratia illius et misericordia nobis exposuit pastorē: seipsu3 dixit: exposuit hostium: seipsum dixit. hostiarium querendum nobis reliquit. Quem nos dicturi sumus hostiariū: Quemlibet inuenirem⁹. Cauendū est ne maior existimet q̄ ipm̄ hostiū: q̄a hostiari⁹ in domib⁹ homiū maior ē ostio. Ostiari⁹ eni hostio/ nō ostiū preponitur ostiario: q̄a ostiarius ostiu3/ non ostium custodit ostiariu3. Nō audeo dicē aliquē hostiariū maiorē. Audi

ui enī iam q̄d sit ostiuꝫ. Non me latet: nō suꝫ dimissus ꝯiecture mee: nō mihi humana est relaxata suspicio. Deus dixit/veritas dixit: mutari non potest quod immutabilis dixit. Dicā ergo in huius pꝛofūditate questiōis: quid mihi videtur. Eligat vnusquisq̄ quod placet: pie tñ sentiat sicut scriptum est. Sentite de domino in bonitate: et in simplicitate cordis querite illuꝫ

Sapiē.j.

B Ostiarium forte ipsum dominū debemus accipere. Multo sunt enim inter se diuersa in rebus hūanis/ pastoꝛ et ostiuꝫ/ q̄ ostiarius et ostium: et tñ dominus ꝛ pastorem se dixit: et ostium. Cur ergo non ītelligamus ipsum et hostiariū? Si enī consideremus ꝓpꝛietates/ dominus xp̄s nec pastoꝛ est sicut cōsueuim⁹ nosse et videre pastoꝛes. nec hostiū est: non enī euꝫ faber fecit. Si autē secundū aliquam similitudinē et hostiū et pastoꝛ est: audeo dicerē ꝛ ouis est. Ouis nempe sub pastoꝛe est. Tamen ille et pastoꝛ est et ouis. Ubi est pastoꝛ? Ecce hic habes: lege euangeliū: Ego sum pastoꝛ bon⁹. Ubi ē ouis? Interroga ꝓphetā. Sicut ouis ad imolādū duct⁹ ē Ubi ē agn⁹? Interroga amicū sponsi. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi: Adhuc aliquid secundū istas similitudines mirabilius sum dictur⁹. Et agnus enī et ouis ꝛ pastoꝛ: inter se amica sunt. Contra leones aūt a pastoꝛib⁹ oues custodiri solent: ꝛ tamen de xp̄o cum sit ouis et pastoꝛ legimus dictum: vicit leo de tribu iuda. Hec omīa fratres secundū similitudīes accipite: nō secundū ꝓpꝛietates. Solemus videre pastoꝛes sedere supꝛa petraꝫ: ꝛ inde commissa sibi pecoꝛa custodire. Utiq̄ melioꝛ pastoꝛ quā petra/ super quam sedet pastoꝛ: et tamen chꝛistus/ et pastoꝛ et petra. Totum hoc secundū similitudīem: Pꝛopꝛietatem autē si queras a me: in pñcipio erat verbum: et verbū erat apud deum: et de⁹ erat verbum. Si queras a me ꝓpꝛietateꝫ: filius vnicus de patre in eteruū ab eterno genitus: equalis gignenti: per quem facta sunt omnia: cū patre incōmutabilis: et accepta foꝛma hominis nō mutatus: ex īcarnatiōe homo: filius hominis et filius dei; Hoc totū quod dixi: nō similitudo sꝫ res est. Non ergo pigeat nos fratres secundū

Esa.xxiij
Joh.j.
Apo.v.
Joh.j.

q̄sdā similitudīes ip̄m accipē hostiū: ip̄m hostiariū? Quid ē eīm hostiū? Quo intram⁹ Quis ē hostiari⁹? Qui apit. Quis ḡ se aperit: nisi qui seipsum exponit? Ecce dominus dixerat hostiū: non intelleximus Quādo nō intellexim⁹ clausuꝫ erat: qui aperuit ipse est hostiari⁹. Nulla ē ergo necessitas aliq̄d aliud querere: nulla necessitas: sed foꝛtasse est voluntas. Si est voluntas: noli exoꝛbitare Noli a trinitate discedere. Si personam aliquam queris hostiarij: spiritussanctus occurrat. Non enim dedignabitur hostiari⁹ esse spiritussanct⁹ quando ip̄m hostiū eē dignatus est filius. Uide hostiariū: foꝛte spiritūsanctū. Ip̄e dominus discipulis suis de spiritusancto dicit. Ipse vos docebit omnem veritatem Joh.

Ostium quid est? Christ⁹. Quid est christus? Ueritas. Quis aperit ostiū: nisi qui docet omnē veritatē?

C De mercennario autem quid dicim⁹? Non in bonis hic cōmemoꝛatus est; Pastor bonus ait: animam suam dat pro ouibus suis. Mercennarius et qui non est pastor cuius non sunt oues ꝓprie videt lupum venientem: et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Non hic bonam personam mercennarius gerit: et tamen in aliq̄ vtilis est. Nec mercēnarius diceretur: nisi acciperet a conducende mercedem. Quis est ergo iste mercēnarius: et culpabilis et necessarius? Hic vo fratres luceat nobis ipse domin⁹: vt et mercēnarios intelligamus: et mercēnarij non simus. Quis est ḡ iste mercēnari⁹? Sūt q̄dā ecclesie ꝓpositi quibus paulus apostol⁹ dicit: sua querentes non que iesu chꝛisti. Quid est sua querentes? Non chꝛistuꝫ gratis diligētes: nō deuꝫ ꝓpter deū querentes: tempoꝛlia cōmoda sectantes/ lucris inhiātes: honoꝛes ab hominib⁹ appetentes. Hec quādo amātur a pꝛeposito et ꝓpter hoc seruitur deo: quisq̄s est talis mercēnarius est: int̄ filios se non cōputet. De talib⁹ enim et dominus dicit. Amen amē dico vobis: percepe runt mercedeꝫ suam: Audi dē thimotheo sancto. quid dicat apostolus paul⁹. Spero autem in domino iesu thimotheū cito me mittere vobis: vt et ego bono animo

viij.q.
Col.i
Math.
Phil.i.

sim: cum cognouero que circa vos sint. Neminē eñ habeo tam vnanimē/ qui ger
mane de vobis sollicit⁹ sit: omnes eni sua
querunt: non que iesu christi. Inter mercē
narios pastor ingemuit. Quesiuit aliquē
qui sinceriter diligēt gregē xpi: et circa se
in eis qui cum illo co tpe fuerāt non inue-
nit. Non eñ in ecclesia christi tunc preter
paulū apostolū et thimotheū nemo erat
qui germane de grege sollicitus esset: sed
contigerat vt eo tempore quo thimotheū
misit: circa se aliū de filijs non haberet: sꝫ
soli mercennarij cū illo essent: sua queren
tes non que iesu christi. Et tamē ipse ger-
mane de grege sollicitus: maluit filiū mit
tere. et inter mercennarios remanere. In
venimus et mercēnarios. Non eos discu-
tit nisi dñs: qui cor īspicit ipse discutit: Ta
men aliqñ ītelligunt a nobis. Non eñ fru
stra dixit ipse domin⁹ etiā de lupis: ex fru
h.vij. ctibus eoꝝ congnoscetis eos. Multos iter
rogant tēptatiōes: et tunc apparent cogita
tiones: multi autē latent: Habet ouile do
mini prepositos: et filios et mercennarios
Prepositi aūt qui filij sunt: pastores sunt
Si pastores sunt: quomō vnus pastor: nisi
quia sunt illi omēs vnius membra pasto-
ris: cuius sunt oues proprie? Nam et ipsi
e.liiij. membra sunt ipsius vnius ouis. quia sicut
ouis ad immolandum ductus est: Audi-
te autē quia et mercēnarij necessarij sunt.
D ¶ Multi qppe in ecclesia cōmoda terrena
sectātes xpm tamē predicāt: et p eos vox
xpi auditur: et sequūtur oues non mercen
nariū: sed vocem pastoris per mercennari
um. Audite mercēnarios: ab ipso domīo
demōstratos. Scribe inqt et pharisei cate
xxiij dra moysi sedēt: que dicūt facite que aūt
faciunt facere nolite. Quid aliud dixit: ni
si per mercēnarios vocē pastoris audite?
Sedēdo eni cathedrā moysi: legē dei do
cent: ergo per illos deus docet. Sua vero
illi si velint docere: nolite audire/ nolte fa
cere: Certe enim tales sua querūt nō que
iesu xpi. Nullus tñ mercēnarius ausus est
dicere populo xpi: tua quere nō que iesu
christi. Qui enim male facit: non predicat
de cathedra xpi. inde ledit vnde male fac
non vnde bona dicit. Botrū carpe/ spinā
caue: Bene qa intellexistis: sed propt tar
diores dicā hoc idem plani⁹. Quō mō dixi
botrum carpe spinaꝫ caue: cum dominus
dicat: nunqd colligūt d spinis vuā aut de Math.vij.
tribulis ficus? Verū est omnino: et etiam
verū ego dixi/ botrum carpe/ spinaꝫ caue:
quia botrus aliqñ de radice vitis exortus
pendet in sepe: crescit palmes: inserit spi-
nis. et portat fructū spina non suum: Non
eni spinaꝫ vitis attulit: sed spinis palmes
īcubuit. Noli interrogare nisi radices. Que
re radicē spine: extra iueies a vite. Que-
re originē vue: vitis hanc ꝓtulit ex radi-
ce. Catedra ergo moysi/ vitis erat: pharise
orū mores/ spine erant. Doctrina vero per
malos: palmes in sepe. Botrū inter spinas
caute lege: ne dum queris fructū/ laceres
manū. Et cum audis bona dicentē: ne imi
teris mala facientē: Que dicūt facite. legi
te vuas: que autē faciūt facere nolite. ca
uete spinas: Etiā per mercēnarios vocem
pastoris audite. Sed nolite esse mercenna
rij: cū sitis membra pastoris: Ipse aūt pau
lus apostolus sctūs qui dixit: nemineꝫ ha
beo qui tam germane de vobis sollicitus
sit: omnes eni sua querūt nō que iesu xpi.
alio loco inter mercēnarios filiosqꝫ distig-
uens: videte quid dixerit. Quidam per in
uidiam et contentionē: quidā vero et per Phil.j.
bonam voluntatē xpm predicāt: quidā ex
caritate: scientes quia in defēsione euāge
lij positus sum: quidā vero et per contu-
maciam christum annunciant: non caste
existimantes tribulatōem suscitari vincu-
lis meis. Isti mercēnarij erant: paulo ap-
postolo inuidebāt. Quare inuidebāt: ni-
si quia temporalia requirebāt? Sed quid
adiungit attendite. Quid enīꝫ? Cum om-
nino siue occasiōe siue veritate xps annū
cietur: et in hoc gaudeo: sed et gaudebo.
Veritas est christus. veritas a mercēnari
is occasione anūcietur: veritas a filijs ve
ritate anuncietur. Filij eternam heredita
tem patris pacienter expectant: Mercen
narij temporalem mercedē conducentes:
festinanter exoptant. Mihi humana glo-
ria cui mercēnarios īuidere video minua
tur: et tamē per linguas mercennarioꝝ et
filiorū diuina xpi gloria diffamet: cū siue
occasione siue veritate xps annuncietur. E
¶ Vidimus qui sit etiā mercēnari⁹. Quis

est lupus nisi diabol⁹? Et quid dictum est de mercennario? Cum viderit lupū veniē tē fugit: q̄a nō sunt eius oues ꝓprie/nec ei cura est de ouib⁹. Nunq̄d talis erat ap̄ls paulus? Absit. Nunq̄d talis petrus? Absit. Nunq̄d tales ceteri apostoli: excepto iuda filio ꝑditiōis? Absit. Pastores ḡ illi? Plane pastores. Et vn̄ vn⁹ pastor? Iā dixi pastores/ q2 mēbra pastoris illo capite gaudebāt: sub illo capite ꝯcordabāt: vno spū ī vni⁹ corpis ꝯpage viuebāt: ac per h̄ oēs ad vnū pastorē ꝑtinebāt. Si ḡ pastores non mercēnarij: quare fugebant quan persecutionem paciebant? Expone nobis

ij. Chor. x. O dñe: vidi in epistola fugientē paulum: per murum in sporta submissus est: vt manus persequētis euaderet. Non ergo illi cura fuit de ouib⁹: quas lupo veniēte deserebat? Fugit plane/sed eas pastori ī celo sedenti orationibus conmendabat. Se autē vtilitati earū fugiēdo seruabat: sicut

Phil. j. quodā loco ait. Manere in carne necessarium duxi ꝓpter vos. Ab ipo nanq̧ pastore: omnes audierāt. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Hanc nobis questionē dn̄s digneᷓ exponere. Domine tu dixisti eis quos fideles pastores esse vtiq̧ volebas: quos tua membra esse formabas: si vos ꝑsecuti fuerint fugite. In

Math. x. iuriam ergo illis facis quādo reprehēdis mercēnarios: q̄ vidēt lupū veniētē ꝛ fugiunt. Rogam⁹ indices nobis: q̄d habeat altitudo questiōis: Pulsem⁹: aderit qui apiet se/hostiarius hostij quod est ipe. Quis est mercenarius? Qui vidit lupū et fugit:

Col. iij. qui sua querit nō que iesu christi: Peccā-

j. Thi. v. tem nō libere audet redarguere. Ecce nescio quis peccauit/grauiter peccauit: icrepandus est: excomūicandus est. Sed excommunicatus inimicus erit: insidiabitur: nocebit cum potuerit. Iam ille q̄ sua querit nō que iesu xp̄i ne ꝑdat q̄d sectatur humane amicicie cōmoditatē: et inimicicias humanarū incurrat molestiā: tacet nō corripit. Ecce lup⁹ oui gutᷓ apphēdit: diabolus fideli adulterium persuasit: Tu taces nō increpas: O mercēnarie: lupum venientē vidisti et fugisti: Respōdet forte et dicet Ecce hic sum non fugi. Fugisti: quia tacuisti: Tacuisti: quia timuisti. Fuga animi timor est: Corpe stetisti: spiritu fugisti:

Col. ij. Quod ille non faciebat qui dicebat: et si corpe absens sum: spiritu vobiscū sū. Quo modo eñ spū fugebat: qui etiā corpe absens fornicatores litteris arguebat. Affectiōes nostre mot⁹ animorū sunt: Leticia animi diffusio. Tristicia/animi cōtractio: Cupiditas āimi progressio. Timor animi fuga est. Diffunderis eñ animo/cū delectaris. Contraheris animo/cū molestaris Progrederis animo/cū appetis. Fugis animo/cū metuis. Ecce vnde ille mercēnarius viso lupo diciᷓ fugere. Quare? Quia

non est ei cura de ouibus. Quare nō est ei cura de ouib⁹? Quia mercēnarius est. Quid est mercēnari⁹ est? Tēporalem mercedē querit: et in domo ineternuꝫ non manebit. Sunt adhuc h̄ querēda: ꝛ discucienda vobiscū: sed onerare vos non ē consilij. Dñica enī cybaria cū seruis ministramus: in pascuis dñicis oues pascimus et simul pascimur. Sicut nō est neganduꝫ quod necessariū est: sic nō est cor infirmuꝫ pabuli multitudīe pregrauandū. Non sit ergo molestū caritati vr̄e: quia oīa que hic adhuc discuciēda arbitror/ hodie non discutio: sed iterū nobis in nomīe dñi diebus reddendi sermōis/eadem lectio recitabitur: et diligenᷓ illo adiuuāte tractabiᷓ

Text: Habet m... rius ... git q2 ... nariu... non p... ad eū ... bus.

Explicit tractat⁹. xlvj. Incipit tractatus. xlvij. Ab eo quod dictum ē Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas et cognoscunt me mee. vsq̧ ad id quod ait. Nunq̄d demoniū pōt cecorū oculos apire.

Qui sermonē a dñi dei nostri non solū libenter sed etiā diligenᷓ audistis promissiōis nostre ꝑculdubio meministis. Ipa quippe lectio euāgelica et hodie lecta est: que lecta fuerat proximo dñico die. Propterea qm̄ in quibusdam necessitatib⁹ imorati: non potuimus oīa discutere: que vr̄is sensib⁹ debebam⁹ Proīde que iā dicta atq̧ tractata sūt hodie ñ q̄rim⁹: ne adhuc eadē repetēdo/ad illa q̄ nōdū dicta sūt ꝑuenire miniēꝑmittamur. Nostis iā ī noīe dñi q̄ sit bon⁹ pastor et quēadmod pastores bōi: mēbra sint ei⁹

et ideo pastor sit vnus. Nostis qui sit mer
cennarius ferendus: quis lupus et fures ꝛ
latrões cauēdi: q̄ sint oues/ qđ sit hostium
quo et oues igrediunt̄: ꝛ pastor quomō sit
itelligēd⁹ hostiari⁹ Nostis etiā qm̄ quisq̄s
non per ostiū intrauerit/ fur ē et latro: nec
venit nisi vt furetur et occidat et perdat:
Hec omnia dicta: sufficienter quantū exi=
stimo pertractata sunt. Hodie debemus
dicere quantū adiuuat dominus: quoniā
ipse iesus cristus saluator noster/ et pasto
rem se esse dixit et hostium: et pastorem
bonum dixit intrare per hostiū. Quomo=
do ipse per se ipsum intrat? Si eniȝ nemo
pastor bonus est/ nisi qui per ostiū intrat/
et ipse est precipue pastor bonus. ꝛ ipse ē
ostium: intelligere non possum nisi et ip=
sum per se ipsum ad oues suas intrare/ et
vocem suā illis dare vt sequātur eum: eas
q; intrantes et exeuntes pascua inuenire/
quod est vita eterna Cito ergo dico. Ego
querens intrare ad vos. idest. ad cor ve=
struȝ: christū predico. Si aliud predicem:
per aliam partē conabor ascendere Xp̄us
itaq; mihi ianua est ad vos/ per xp̄m itro
non ad parietes vestros sed ad corda ve=
stra Quid ē per xp̄m itro? xp̄ȝ i me libent̄
audistis. Quare cristum in me libenter au
distis? Quia oues xp̄i estis/ sanguine xp̄i
comparate estis: agnoscitis preciū vestrū
quod non ad me datur sed per me predica
tur: Ille q̄ppe emit: qui preciosum sangui
nem fudit. Preciosus sanguis est illius si=
ne peccato Fecit tamē ipse etiā suorū san
guinem preciosuȝ: pro quibus dedit sang
uinis precium. Nam si suorū sanguinē nō
faceret preciosum/ nō diceret̄. preciosa in
conspectu domini mors sanctoꝝ eius. Ita
[...]ōs.xv. q; etiā quod ait/ pastor bonus animā suaȝ
[...] sic ba ponit pro ouibus: nō ipse vnus fecit: ꝛ tū
[...]go suȝ si illi qui fecerūt membra eius sunt/ idem
[...] bon⁹ ipse vnus hoc fecit. Ipse enī potuit facere
[...]nosco sine illis/ ipsi sine illo vnde potuerūt: cum
[...]neas ꝛ ipe dixit: sine me nihil potestis facē? Hic
[...]oscūt autē ostendim⁹ quod et alij fecerūt: qꝛ ip
[...]e. se apostolus iohānes qui hoc quod audi
[...]h.xv. stis/ euangeliū predicauit/ in ep̄la sua dix
[...]oh: iij. it Sicut pro nobis anima suā posuit: sic et
nos debemus animas pro fratribus pone
re: Debemus dixit. debitores nos fecit/ q̄

prim⁹ exhibuit: Ideo quodā loco scriptū
est. Si sederis cenare ad mensam potētis
sapient̄ intellige que apponunt̄ tibi et mit
te manum tuā: sciens quia talia te oportet Prou. xxiij.
preparare. Mensa potentis que sit nostis:
vbi est corpus et sanguis christi. Qui ac=
cedit ad talem mensam: preparet talia. Et
q̄d est preparet talia? Quomdo ipse pro
nobis animā suā posuit: sic et nos debem⁹
ad edificandā plebem: ad asserendā fideȝ
animas pro fratribus ponere. Ideo petro
quem facere volebat pastorem bonum/
non in ipso petro sed in corpe suo: ait. Pe
tre amas me? Pasce oues meas. Hoc se= Joh. xxi.
mel/ hoc iterū/ hoc tercio: vsq; ad ei⁹ tristi
ciam: Et cum tantum interrogasset domi=
nus/ quantum interrogandum est indica=
uit: vt ter confiteatur qui ter negauerat. ꝛ
ei suas oues pascendas tertio conmendas
set: ait illi. Cum iunior esses cingebas te ꝛ
ambulabas vbi volebas: cū autē senueris
extendes manus tuas/ et alter te cinget et
ducet quo tu non vis. Et exposuit euāge
lista quid dominus dixerit. Hoc autem in
quit dixit: significans qua morte clarifica
turus esset deū. Ad hoc ergo pertinet pa=
sce oues meas: vt ponas animam tuā pro
ouibus meis Jam illud quod ait. Sicut
nouit me pater et ego agnosco pa=
trem. Quis nescit h. Ipse enim agnoscit
patrem per se: nos per illū. Quia ipse per B
se cognoscit/ nouimus: quia et nos per il=
lum etiaȝ hoc nouimus: quia et hoc per il
lum nouimus. Ipse enim dixit. Deum ne=
mo vidit vnquā nisi vnigenitus filius qui Joh. i.
est in sinu patris: ipse enarrauit. Ergo et
nos per ipsum quibus enarrauit. Itē ali=
bi ait. Nemo nouit filium nisi pater: Neq; Math. xi
patrem quis nouit nisi filius: et cui volue
rit fili⁹ reuelare Sicut ergo ipse per se no
uit patrem/ nos autem per illum nouimus
patrem: sic intrat in ouile per semetipsum
et nos per ipsum. Hostiū dicebamus per
christū nos habere ad vos Quare? Quia
xp̄m predicamus. Nos xp̄m predicamus:
et ideo intramus per ostiū. Xp̄s autē chri
stum p̄dicat/ quia se ipsum predicat: ꝛ ido
pastor per seipsum intrat. Lumen cū alia
monstrat que videntur in lumine: nunq̄d
aliquo alio indiget vt mōstretur? Lumē

ergo et alia demõstrat et seipm. Quecunq intelligim⁹: intellectu intelligimus: Et ipm intellectũ vnde nisi intellectu intelligimus Nunquid sic oculo carnis et alia vides et ipsum? Quamuis enim videant homines oculis suis: nõ tamẽ vident oculos suos. Oculus carnis alia videt: se nõ potest: Intellectus aũt et alia intelligit: et se ipsum. Quomodo intellectus videt se: sic et xp̃s predicat se. Si predicat se et p̃dicãdo intrat ad te: p se intrat ad te et ad p̃rem Ipse est hostiũ qz non est qua veniat ad
j. Thimo. ij. patrẽ nisi p ipsum. Unus enĩ deus et vn⁹ mediator dei et hominũ: homo xp̃s iesus. Uerbo multa dicunt. Hec ipsa que dixi: vtiq verbo dixi. Si velim dicere et ipsum verbum: vnde dico nisi verbo? Ac p hoc p verbũ et alia dicuntque nõ sunt. Quod verbum: et ipsũ verbum dici nõ potest nisi per verbum. Adiuuante domino exẽplis habundauimus. Tenete ergo quomodo dñs ihesus christ⁹ et hostiuz sit et pastor. Hostiũ pãdẽdo se: pastor intrãdo p se. Et quidem fratres quod pastor est: dedit et mẽbris suis. Nam et petrus pastor et paulus pastor: et ceteri apostoli pastores et boni epi pastores. Hostium vero nemo nostrũ se dicit. Hoc sibi ipse p̃prium tenuit: qua intrãt oues. Deinqz paulus boni pastoris implebat officiũ quando xp̃m p̃dicabat quia per hostium itrabat. At vbi oues indisciplinate ceperũt facere scismata et alia hostia sibi ponere: nõ qua itrarẽt
j. Cor. j. vt ɔgregarẽt: sz q̃ errarẽt vt diuiderẽt dicẽtes. alij ego sũ pauli. alij ego sũ cephe: alij ego apollo. alij ego cristi: expauescẽs ad eos qui dixerunt ego suz pauli / tãquã clamãs ad oues. misere qua itis. non sum hostiũ: Nũquid paulus inquit p̃ vobis crucifixus est: Aut ĩ noĩe pauli baptisati estis. Qui vero dicebant: ego sum cristi: inuenerunt hostium. De vno autem ouili et vno pastore: iã quidem assidue soletis audire Multum enĩ conmẽdauim⁹ vnum ouile predicãtes vnitatem: vt p cristum omnes oues ingrederẽtur: et donatũ nulla sequeret. verũtñ vnde hoc p̃prie dixerit dñs ad ip̃os / satis apparet. Loquebat enĩ apud iudeos missus autẽ fuerat ad ipsos iudeos: nõ p̃pt quosdã immani odio p̃tinaces et perseuerãtes in tenebris: sed p̃pter quosdã ĩ ipsa gẽte quas dicit oues

C Textus et aĩam meam pono p̃ ouibus meis

suas: de quib⁹ dicit: non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt dom⁹ israel: Nouerat etiã eas in turba furẽtium et p̃uidebat in pace credentiũ Quid est ergo non sum missus nisi ad oues q̃ pierũt dom⁹ israel? nisi qz p̃sentiam suam corporalem nõ exhibuit nisi pp̃lo israel: Ad gẽtes non perrexit ipse sed misit: ad populũ vero israel et misit et venit ipse. vt qui contemnebãt maius iudiciũ sumerẽt qz etiam presentia est illis exhibita Ipse domin⁹ ibi fuit: ibi matrez elegit: ibi cõcipi: ibi nasci: ibi sãguinem fũdere voluit: ibi sunt vestigia eius: modo adorant vbi nouissie stetit. vñ ascẽdit ad celũ. Ad gẽtes ãt misit Sz forte aliqui arbitrant quoniã non ipse ad nos venit sed misit ad nos: nõ nos audisse vocẽ ipsius sed vocem eorũ quos misit. Absit. Pellatur ista cogitatio de cordibus vestris. et in his quos misit ipse erat. ipsum paulũ audi quẽ misit. Ad gentes enĩ p̃cipue paulũ misit apostolũ. Et ait ipse paulus terrẽs nõ de se sz d illo. An vultis accipere expimentuz eius qui in me loquitur cristus. Audite et ipsũ dominũ. et alias oues habeo. i. in gentibus que nõ sũt de hoc ouili. id ẽ: de pp̃lo israel. oportet me et illas adducere. Ergo per suos non per alteros adducit: adhuc audi: Et vocem meam audient. Ecce et p suos ipse loquitur et per suos quos mittit vox eius audit vt sit vnũ ouile et vn⁹ pastor De duob⁹ istis gregib⁹ tãq duobus parietibus: factus est lapis angularis Ergo et hostium est et lapis ãgularis. omnia p similitudinẽ: nihil hor p̃prie. Jam enĩ dixi et comẽdaui vehemẽter. et q̃ capiunt sapiũt immo qui sapiũt capiũt: et qui nondũ intellectu sapiũt / fide teneãt qd intelligere nondum possunt. Per similitudines cristus multa est: que p p̃prietatem nõ est Per similitudinẽ et petra ẽ christ⁹ et hostium est christus: et lapis angularis est christus: et pastor est christus: et agnus est xp̃s: et leo ẽ xp̃s. Et mlta per similitudines et alia: que commemorare longum est. Si aũt p̃prietates discutias rerũ q̃s videre cõsuesti Nec petra est qz dur⁹ et sine sensu non est. nec hostiũ quia faber eum nõ fecit. nec lapis angularis est quia nõ est ab structore composit⁹: nec pastor est qz custos ouiũ quadrupedũ nõ ẽ: nec

Math.
ij. C.

I ait. Et omnis qui viuit et credit in me: nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. vtiqȝ domīe. Ego credidi: quia tu es christus filius dei: qui in hūc mundū venisti: . Qñ h credidisti? Credidi qa tu es resurrectio: credidi qa tu es vita. Credidi: quia qui credit in te ꝛ si moriatur viuet: et qui viuit et credit in te nō morietur in eternū. Et cuȝ hec dixisset abijt et vocauit mariam sororeȝ suam silentio dicens. Magister adē: et vocat te: Aduertendū est: quēadmodum suppressam vocem silentiū nuncupauit. Naȝ quomō siluit que dixit: magister adest et vocat te? Aduertendū etiā queȝ admodū euāgelista non dixerit: vbi vl' qñ vel quomō mariā domin⁹ vocauerit: vt h in verbis marthe potius intelligeret narrationis breuitate seruata. Illa vt audiuit: surgit cito et venit ad eum. Nōdū em̄ venerat iesus in castellū: sȝ erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei martha Judei igitur qui erāt cum illa in domo et consolabātur eam: cum vidissent mariam qa cito surrexit et exiit: secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumētuȝ vt ploret ibi. Quare pertinuit hoc ad euangelistā narrare? Ut videam⁹ que occasio fecerit: vt plures ibi essent quādo lazarus resuscitatus est. Putātes eniȝ iudei ꝑpterea illam festinare vt doloris sui solaciū lachrimis quereret: secuti sunt eaȝ: vt tam grande miraculū qdriduāi mortui resurgētis testes plurios inueniret. Maria autē cuȝ venisset vbi iesus erat videns eum cecidit ad pedes eius et dixit ei. Domīe si fuisses hic: frater meus nō esset mortuus. Jesus ergo vt vidit eam plorantē et iudeos qui cum illa erat plorantes: fremuit spū et turbauit semetipm: et dixit: Ubi posuistis eū? Nescio qd nobis insinuauit fremēdo spiritu et turbādo seipm. Quis em̄ eum posset nisi seipsum ipe turbare. Itaqꝫ frēs mei: primo hic attendite potestatē: et sic inqrite significationem. Turbaris tu nolens. turbatus est christus quia voluit. Esuriuit iesus: verū est/sed quia voluit. Dormiuit iesus verū ē sȝ qꝛ voluit. Cōtristatus est iesus: verū est/sed quia voluit. Mortu⁹ est iesus verum est: sed quia voluit. In illius potestate erat: sic vel sic āffici vel non affici. Uerbum enī animam suscepit et carnē: tocius hōinis sibi coaptās: in persone vnitate naturam: Nam et anīa apostoli vbo illustrata est. Anima petri vbo illustrata est Aīa pauli/ꝛ alioꝝ apostoloꝝ: sctōꝛuȝ ꝑpphetarum verbo illustrate sunt anīe: sed de nulla dictum est/verbū caro factū est: de nulla dictū est: ego et pater vnū sumus. Anima et caro christi cū vbo dei: vna persona est / vnus christus est: ac per h vbi summa potestas est/secundū voluntātis nutū tractatur infirmitas. Hoc est turbauit semetipsuȝ: ¶ Dixi potestatē: attēdite significationem. Magn⁹ reus est/quē mortis qdriduuȝ et illa significat sepultura: Quid est ergo quod turbat semetipm christus? nisi vt significet tibi quomō turbari tu debeas: cum tanta mole peccati grauaris ꝛ premeris? Attendisti em̄ te: vidisti te reū: cōputasti tibi. Illud feci et pepcit mihi de⁹: illud commissi et distulit me. Euangeliuȝ audiui: et contēpsi. Baptisatus sum: ꝛ iterum ad eadē reuolutus sum. Quod facio. quo eo: vnde euado? Quādo ista dicis: iā fremet christus: quia fides fremit. In voce frementis apparet spes resurgentis: si ipsa fides est intus: ibi est christus fremens Si fides in nobis: christus in nobis. Quid enī aliō ait apostol⁹ habitare christū per fidem in cordibus vestris? Ergo fides tua de christo: christus est in corde tuo: Hinc est illud qō dormiebat in naui: et cū periclitarent discipuli: iam imīnēte naufragio accesserunt ad eū: et excitauerūt eū. Surrexit christus: impauit ventis et fluctib⁹: et facta est trāquillitas magna. Sic et tu: intrant venti coꝛ tuum: vtiqꝫ nauigas: vbi hanc vitam tanquā procellosuȝ et periculosū pelagus transis: intrant venti: mouēt fluctus: turbant nauem. Qui sunt venti? Audisti conuiciū irasceris: conuiciū ven-

Margin notes: Joh. x. — k — Math. viij.

tus est: iracundia fluct⁹ est. Periclitaris: disponis respõdere/ disponis maledictuȝ pro maledicto reddere: iã nauis ppiquat naufragio. Excita christũ dormiẽtẽ. Ideo enĩ fluctuas et mala pro malis reddere p̃paras: quia christ⁹ dormit in naui. In corde enĩ tuo somn⁹ christi: obliuio fidei. Nã si excitas christũ. idest: recolas fidẽ: quid tibi dicit tanq̃ vigilans christus in corde tuo? Ego audiui: demoniuȝ habes: et pro eis oraui. Audit domin⁹ et patitur: audit seruus et indignatur. Sed vindicare vis Quid enĩ? Ego iam sum vindicatus? Cũ hec tibi loquitur fides tua: quasi imperatur ventis et fluctibus/ et fit tranquilitas magna. Quomodo ergo hoc ẽ excitare xp̃m in naui/ excitare fidem: sic in corde hominis quem premit magna moles et consuetudo peccati/ in corde hominis transgressoris etiam sancti euãgelij ꝯtemptoris ⁊ penarum eternarũ. Fremat christus: in crepet se homo: Audi adhuc. Fleuit christus: fleat se homo. Quare enĩ fleuit christus: nisi quia flere hominẽ docuit. Quare fremuit et turbauit semetipsum/ nisi q̃a fides hominis sibi merito displicentis: fremere quodãmodo debet in accusatione malorũ operũ: vt violẽtie penitẽdi cedat consuetudo peccãdi? Et dixit: vbi posuistis eum? Scisti quia mortuus sit: et vbi sit sepultus ignoras? Et ista significatio est: quia sic pditũ hominẽ quasi nescit deus. Non ausus sum dicere nescit. Quid enĩ ille nescit? Sȝ quasi nescit. Unde hoc probamus? Dominũ audi dicturũ in iudicio. Non noui nos: discedite a me. Quid ẽ non noui vos? Non vos video i luce mea Nõ vos video in illa iusticia quam noui. Sic et hic tanq̃ nesciens talem peccatorẽ dixit: vbi posuistis eũ: Talis est vox dei i paradiso postea quã hõ peccauit. Adam vbi es Dicunt ei. Domĩe veni et vide. Quid est vide? Misserere Uidet enĩ dominus quãdo misseret: vnde illi dicitur Uide humilitatẽ meam et laborẽ meum: et dimitte oĩa peccata mea. Et lacrimatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quid est amabat eum? Non veni vocare iustos sed peccatores in penitẽtiã: Quidã autem dixerũt ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit occulos ceci facere vt et hic non moreretur? Qui noluit facere vt non moreretur: plus est quod facturus est vt mortuus suscitetur. Jesus autem rursus fremẽs in semetipso: venit ad monumentũ. Fremet et in te: si disponis reuiuiscere. Omni hoĩni dicitur qui premitur pessima consuetudine Uenit ad mõumentũ. Erat autem spelunca: et lapis suppositus erat ei. Mortuus sub lapide: reus sub lege Scitis enim quia lex que data est iudeis: in lapide scripta est. Oẽs autẽ rei: sub lege sũt: bene viuentes in lege sunt. Justo lex posita non est. Quid est ergo lapidẽ remouere? Gratiã predicate. Apostol⁹ enĩ paul⁹ ministrũ se dicit noui testamẽti: non littera sed spiritu. Nam littera inquit occidit: spiritus autẽ viuificat. Littera inquit occidens: quasi lapis est premẽs. Remouete inquit lapideȝ. remouete legis põdus: gratiã predicate. Si enĩ data esset lex que possit viuificare: omnino ex lege esset iusticia: sed conclusit omnia scriptura sub peccato: vt pmissio ex fide iesu christi daretur credentib⁹. Ergo remouete lapideȝ. Dicit ei martha: soror ei⁹ qui mortuus fuerat. Domĩe iam fetet: q̃driduanus enim ẽ. Dicit ei iesus. Nõne dixi tibi: quia si credideris videbis gloriam dei? Quid est videbis gloriam dei? Quia ⁊ putentẽ: et quadriduauum resuscitat. Omnes enĩ peccauerũt: ⁊ egent gloria dei. Et vbi habũdauit peccatum suphabundauit et gratia. Tulerũt ergo lapidem. Jesus autẽ eleuatis sursum occulis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me. Ego autem sciebã quia semper me audis: sed propter populũ qui circumstat dixi vt credãt q̃a tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit. Fremuit/ lacrimat⁹ ẽ/ voce magna clamauit. Quam difficile surgit: queȝ moles male consuetudinis premit: Sȝ tñ surgit: occulta gratia intus viuificatur: surgit post vocem magnam. Quid est factũ? Uoce magna clamauit. Lazare vẽi foras et stati prodijt qui fuerat mortu⁹ ligatus man⁹ ⁊ pedes institis

Exo.
j. Thi
ij. Cor
Textu bet. tollite dem. Gal. iii
Rho.

et facies illius sudario erat ligata. Quomõ ꝓcessit ligatis pedibꝰ miraris: ꝛ non miraris quia surrexit quadriduanꝰ? In vtroqꝫ potentia domini erat: nõ vires mortui. Processit et adhuc ligatus est: adhuc inuolutꝰ: tñ iam foras ꝓcessit. Quid significat? Quãdo contẽpnis: mortuus iaces. Et si tãta quãta dixi contẽpnis: sepultus iaces. Quãdo cõfiteris: ꝓcedis: Quid est enĩ ꝓcedere: nisi ab occultis velõ excundo te manifestare? Sꝫ vt cõfitearis: deꝰ facit magna voce clamando: idest. magna gratia vocando. Ideo cũ processisset mortuus adhuc ligatus confitẽs et adhuc reꝰ: vt soluerentur peccata eius: ministris hoc dixit dominus: soluite illũ: et sinite abire? Quid ẽ soluite et sinite abire? Que solueritis i tra soluta erũt i celo. Multi

xj. ergo ex iudeis q̃ venerãt ad mariã ꝛ viderũt que fecit iesus: crediderũt in eum. Quidaꝫ autẽ ex ipsis abierunt ad phariseos: et dixerũt eis q̃ fecit iesus. Non omnes ex iudeis q̃ conuenerant ad mariã: crediderũt: sed tamen multi. Quidã vero ex eis: siue ex iudeis q̃ cõuenerãt: siue ex eis qui crediderãt: abierunt ad phariseos et dixerũt eis que fecit iesus: siue annũciãdo vt ꝛ ipsi crederẽt: siue potius prodendo vt seuirent. Sed quomodolibet et a quibuslibet: ad pharise-

Ab os ista perlata sunt. Collegerũt pontifices et pharisei conciliũ: et dicebant. Quid facimus? Nec tamẽ dicebant credamus. Plus eñ perditi homĩes cogitabant quomõ nocerent vt perderent quã quomõ sibi cõsulerent ne perirẽt. Et tamẽ timebãt. et quasi consulebant. Dicebant eñ. Quid faciemus? Quia hic homo mĺta signa facit. Si dimittimꝰ eum sic: omnes credent in eum: et venient romani: et tollent nostruꝫ locum et gentem. Temporalia perdere timuerũt: et vitam eternã non cogitauerunt: ac sic vtrũqꝫ amiserunt. Nam et rõmani post domini passionẽ et glorificationeꝫ tulerunt eis et locũ et gẽtẽ. expugnãdo

viij. et transferẽdo. Et illud eos sequit̃ quod alibi dictũ est. Filij autẽ regni huius ibũt in tenebras exteriores. Hoc autẽ timuerunt: ne si omnes in christũ crederent: nemo remaneret qui aduersus romanos/ciuitatem dei templũ qꝫ defenderet: quoniam contra ipsum templũ ꝛ contra suas paternas leges/doctrinam christi esse sentiebant. Unꝰ autem ex ipsis caiphas: cum esset pontifex anni illius: dixit eis Uos nescitis quicqꝫ nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo: ꝛ nõ tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cũ esset pontifex anni illiꝰ prophetauit. Hic docemur: etiã homĩes malos ꝓphetie spiritu futura predicere. Quod tamẽ euangelista diuino tribuit sacramẽto: quia pontifex fuit id est summus sacerdos. Potest autem mouere quomõ dicatur pontifex anni illius: cum deus vnũ constituerit summum sacerdotẽ: cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendũ est/per ambitiones et contentiões inter iudeos postea constitutum vt plures essent: et per annos singulos vicibꝰ ministrarent. Nã et de zacharia hoc dicitur: Factũ est aũt cum sacerdotõ fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deum: secundũ consuetudinẽ sacerdocij sorte exijt vt incensum poneret: ingressus in templũ domini Hic apparet plures eos fuisse: et vices suas habuisse. Naꝫ incensum nõ licebat ponere nisi summo sacerdoti: et forte etiã vnũ annuꝫ plures administrabant: quibꝰ alio anno alij succedebãt: ex quibꝰ forte exibat quis vt incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit caiphas: quia iesus moriturus erat pro gente? Et non tantũ ꝓ gẽte: sed vt filios dei qui erant dispsi congregaret in vnum. Hoc euãgelista addidit: Nam caiphas de sola gente iudeoꝝ prophetauit: i qua erant oues de quibus ait ipse dominꝰ: non sum missus: nisi ad oues que perierũt domꝰ israel. Sꝫ nouerat euãgelista esse alias oues que nõ erãt de hoc ouili/ quas oportebat adduci vt esset vnũ ouile et vnus pastor. Hec autem secundũ predestinationẽ dicta sunt. Nã neqꝫ oues eiꝰ: nec filij dei adhuc erãt: q̃ nec dũ crediderãt. Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerent eũ. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in re-

Luce. j. (margin)

Mat. xv. (margin)

Joh. x. (margin)

gionem iuxta desertū in ciuitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis. Nō quia potentia eius defecerat: in qua vtiqȝ si vellet et palam iudeis conuersaretur et nihil ei facerent: sed in hominis infirmitate viuendi exemplū discipulis mōstrabat: In quo apparet non esse peccatum: si fideles eius qui sunt membra eius/oculis persequentium se subtraherēt: et furorē sceleratorum latendo potius deuitarent: quā se offerendo magis accēderent:

Explicit tractat⁹ quadragesimus non⁹. Incipit tractat⁹ q̄nggesim⁹ Ab eo quod ait. Proximū erat pasca iudeorum. vsqȝ ad id quod ait. multi propter illum abibāt et credebāt in iesum.

A

Hesternā lectionem sancti euangelij de qua locuti sumus quod domin⁹ dedit: hodierna sequitur: de qua locuturi sumus quod domin⁹ dabit. Quedā in scripturis tam manifesta sunt: vt potius auditorem quā expositorez desiderent. In eis nos immorari non oportet: vt necessarijs in quibus immorandū est. tempus sufficiat. Proximum ergo erat pasca iudeorum. Illū diē festū/iudei cruētū habere dn̄i sanguie voluerūt. Illo die festo occisus ē agn⁹: q̄ nobis eūdē diē festū, suo sanguine consecrauit. Consiliū erat inter iudeos de occidendo iesu. Ille qui de celo venerat pati: ꝓpiquare voluit loco passionis: q̄a iminebat hora passionis: Ascēderunt ergo multi hierosolimā de regione ante pasca: vt sanctificarēt seipsos. Hoc faciebant iudei secundum preceptū domini per sanctū moysen in lege mandatū: vt die festo quo pasca erat / omnes vndiqȝ conuenirēt: et illius diei celebratione sanctificarent. Sed illa celebratio/vmbra erat futuri. Quid est vmbra futuri: Prophetia christi vēturi: prophetia pro nobis illa die passuri: vt transiret vmbra/et lux veniret: vt transiret significatio

Exo. xij.

et veritas teneretur. Habebant ergo iudei pasca in vmbra: nos in luce. Quid eni͂ op⁹ erat vt dominus eis preciperet per ipsum festum diem ouem occidere: nisi quia ille erat de q̄ ꝓphetatū est: sicut ouis ad imolandū ductus est: Sanguie occisi pecoris iudeorū postes signati sunt. Sanguie christi frōtes nostre signantur: et illa signatio q̄ erat significatio data est ab omib⁹ signatis extermiatorem ꝓhibere. Signū christi a nobis repellit exterminatorē: si cor nr̄m recipiat saluatorē. Quare hoc dixi: Quia multi postes habent signatos: et intus nō manet habitator. Agitatores facile habēt in fronte signū christi: et corde non recipiunt verbū christi. Ideo dixi fratres quod repeto: signū christi a nobis repellit exterminatorē: si cor nostrū habeat christū habitatorē. Hec dixi: ne quis forte cogitaret quid sibi vellent ista festa iudeorum. Venit ergo iesus tanq̄ ad victimam: vt verū pasca nos haberemus: cum eius passionē tāquā ouis imolationē celebrarem⁹. Querebant ergo iesuȝ: sed male. Beati em̄ qui querūt iesum: sed bene. Illi querebāt iesum vt nec ipsi haberēt eum. nec nos: sȝ ab ipsis abscedentē suscepimus nos. Reprehēdūtur qui querūt: laudant qui querunt. Animus em̄ querentis aut laudez inuenit: aut damnationē. Habes em̄ et ipsalmis. Confundant et reuereantur: qui querunt animā meā. Isti sūt qui male q̄rebāt Alio aūt loco dicit. Perijt fuga a me: ⁊ n̄ est qui requirat animā meam: Culpantur qui querebant: culpātur qui nō querebāt Ergo queramus christum vt habeamus: queramus vt teneamus. sed vt non occidamus. Nam et illi non ideo querebāt vt tenerent: sed vt cito non haberent. Querebant ergo: et loquebantur inter se: Quid putatis: quia nō venit ad diem festum: Dederunt autez pōtifices et pharisei mandatum: vt si q̄s cognouerit vbi sit: īdicet vt apprehendant eum. Nos indicem⁹ modo iudeis vbi sit christus: vtinā velint audire ⁊ apprehendere. Quicūqȝ sunt ex semine illorum qui dederant mandatum: vt indicarent eis vbi esset christus: veniant ergo ad ecclesiam/audiant vbi sit christus: et apprehendant eum. A nobis audiant: et ex euā

Esai.
Exo.
Ps.
Ps.

gelio audiant. Occisus est a parētibus eorum: sepult⁹ est: resurrexit: a discipulis agnitus: ante oculos eorū ascendit in celū: ibi sedet ad dexteram patris. Qui iudicatus est: venturus est iudex. Audiant et teneant. Respondet. Quem tenebo? Absentem? Quomō in celū manū mittam: vt ibi sedentem teneam? Fidem mitte: et tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne: tu tene corde: quoniā christ⁹ absens etiā presens est. Nisi presens esset: a nobis ipsis teneri
xxij. non posset. Sed quoniā verū est quod ait ecce ego vobiscū sum vsqȝ ad cōsumationem seculi. Et abijt/ et hic est: et redijt/ et
B nos non deseriut. Corp⁹ enī suum intulit
.xij. celo: maiestatē non abstulit mundo ¶ Jesus ergo ante sex dies pasce: venit bethaniā: vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit iesus. Fecerūt autē ei ibi cenā: et martha ministrabat. Lazarus vero vn⁹ erat ex discumbentibus. Ne putarent homines fantasma esse factum quia mortuus resurrexit: vnus erat ex recumbentib⁹. viuebat: loquebatur: epulabat: veritas ostēdebatur: infidelitas iudeorū confundebatur. Discumbebat ergo iesus cum lazaro et ceteris. Ministrabat martha vna ex sororib⁹ lazari: maria vero altera soror lazari: accepit librā vnguenti nardi pistici preciosi et vnxit pedes iesu et extersit capillis suis pedes ei⁹: et domus impleta est ex odore vnguēti Factum audiuimus: misteriū requiram⁹. Quecūqȝ anima fidelis vis esse cū maria: vngue pedes domini precioso vnguento: Unguentum illud iusticia fuit: ideo libra fuit Erat aūt vnguētū nardi pistici p̄ciosi Quod ait pistici: locū aliquē credere debemus vnde hoc erat vnguentū preciosū. Nec tamē hoc vacat: et sacramēto optime consonat Pistis grece: fides dicitur. Que-
Ro. j. rebas operari iusticiā. Justus ex fide viuit. Ungue pedes iesu bene viuēdo: dñica sectare vestigia: capillis terge. Si habes superflua da pauperib⁹: et domini pedes tersisti Capilli enī supflua corporis videntur habes quod agas de supfluis tuis Tibi supflua sunt: sed dñini pedib⁹ necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent: De quibus enī nisi de membris suis in fine dicturus est. Cū vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis? Supflua vestra Math. xxv. impendistis: sed pedib⁹ meis obsecuti estis Domus autem impleta est odore: mund⁹ implet⁹ est fama bona. Nam odor bonus fama bona est. Qui male viuūt et christiāi vocantur: iniuriam christo faciunt: de quibus dictū est: quod per eos nomē domini blasphēatur Si per tales nomē dei blasphemat: per bonos nomē dñi laudat. Au- Ro. ij.
di apostolū: Christi bonus odor sumus in- ij. Cor. ij.
quit in omni loco. Dicitur et in canticis canticorum: Oleum effusum nomen tuū: Ad apostolū reuoca intentionē. Christi inquit bonus odor sumus in omni loco: et in Canticor. j.
his qui salui fiūt/ et in his qui pereūt. Alijs sum⁹ odor vite i vitā: alijs odor mortis in mortem. Et ad hec quis idoneus? Occasionem nobis prebet presens lectio sancti euangelij de odore isto ita loqui/ vt et a nobis sufficienter dicatur: et a vobis diligenter audiatur: apostolo ipso ita dicēte. Et ad hec quis idoneus? Ergo vt idē nos conemur loqui: nunquid idonei sum⁹: aut vos audire hec idonei estis? Hec audire vos quidē idonei estis: nos quidē idonei non sumus. sed idoneus est ille qui p nos dignetur dicere: quod vobis prosit audire ¶ Ecce apostolus bonus odor est sicut dicit ipse: sed ipse odor alijs est odor vite: C
in vitam: alijs autē odor mortis in mortē tamen bon⁹ odor Nunqd enī ait: alijs sumus bonus odor ad vitā: alijs mal⁹ odor ad mortem? Bonū odorē se dixit nō malum: et eundem bonū odorem alijs ad vitam dixit: alijs ad mortē. Felices qui bono odore viuunt. Quid autē infelicius illis qui bono odore moriuntur? Et quis ē ait aliquis quē bonus odor occidit? Hoc est quod ait apostolus. Et ad hec qs idoneus? Quomō ea facit deus miris modis vt bono odore/ et boni viuant: et mali moriantur: quomō fit: quantū domin⁹ inspirare dignatur ostendā. Naz fortasse ibi latet altior intellectus. qui a me non potest penetrari. Tamē quousqȝ penetrare potero/ vobis non debet denegari Paulū apostolum bene agentē/ bene viuentē/ iusticiam verbo predicantē/ opere demonstrantem/ doctorem mirabilē/ fidelem dispensa-

torem: fama vsqueq̄ꝗ disseminabat: quidam diligebant: quidā inuidebant. Nā ipse quodā loco ait de quibusdaȝ: quod nō caste sed per inuidiā christū annūciarent: existimantes inquit tribulationē suscitare vinculis meis. Sed quid ait? Siue occasione siue veritate christus annuncietur Annuncient qui me amant: annunciēt qui mihi inuident. Illi bono odore viuunt: et illi bono odore moriuntur. Tamē vtrisq̄ꝫ predicantib⁹ nomen christi annnciet: odore optimo mundus impleatur. Amasti bene agentem: vixisti bono odore. Inuidisti bene agenti: mortuus es bono odore. Nūquid quia mori voluisti: ideo odoreȝ illū malum esse fecisti. Noli inuidere: et nō occidet te bonus odor. Deniq̄ꝫ audi ⁊ hic ex vnguento isto quomō alijs erat odor bonus in vitam: alijs odor bonus in morteȝ. Postea quaȝ hoc fecit religiosa maria ad domini obsequium: continuo **vnus ex dicipulis eius iudas scariotis qui eum erat traditurus dixit. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denariis et datum est egenis?** Ve tibi miser: bon⁹ odor occidit te. Quare eñ hoc dixerit: euangelista sanct⁹ apuit Putaremus autē et nos si mens ipsius nobis per euangeliū non proderetur: pauperum cura hoc illū dicere potuisse. Non ita est Sed quid? Audi testem veracē. **Dixit auteȝ hoc: non quia de egenis ptinebat ad illum: sed quia fur erat ⁊ loculos habens. Et ea que mittebantur portabat.** Portabat: an exportabat? Sed ministerio portabat: furto exportabat. Ecce audite quia iudas iste nō tunc peruersus factus est: quādo a iudeis corruptus dominū tradidit. Pleriq̄ꝫ eniȝ incuriosi euangelij / existimāt tunc perisse iudam: quādo accepit a iudeis pecuniaȝ vt dominū traderet. Nō tunc perijt. Jam fur erat / et dominū perditus sequebatur: quia nō corde sed corpore dominū sequebatur. Duodenariū numerū apostolorum implebat: apostolicā beatitudinē non habebat. Ad imagineȝ fuerat duodecimus. Quo iuda decidente et mathia succedente: et suppleta est apostolica veritas: et nu- Actuū. j. meri permansit integritas. Quid ergo voluit dominus noster iesus christus fratres mei ꝯdmonere ecclesiā suam: quādo vnū perditum inter duodeci habere voluit: nisi vt malos tolleremus: ne corp⁹ christi diuidamus? Ecce inter sanctos est iudas: ecce fur est iudas. Et ne contempnas: fur sacrilegus: non qualiscūq̄ꝫ fur. Fur loculoꝝ: sȝ dominicorū: loculoꝝ / sed sacrorū. Si crimina discernunt in foro / qualiscumq̄ꝫ furti: et peculat⁹: Peculat⁹ eñ dicitur furtū de re publica: ⁊ non sic iudicatur furtū rei priuate quomō publice: quanto vehemētius iudicandus est fur sacrilegus qui ausus fuerit vndecumq̄ꝫ tollere: hoc est et de ecclesia tollere. Qui aliquid de ecclesia furatur: iude perdito comparatur. Talis erat iste iudas: et tamē cum sanctis discipulis vndecim intrabat ⁊ exibat. Ad ipsam dominicam cenam pariter accessit: cōuersari cum eis potuit: eos inquinare non potuit. De vno pane et petrus ⁊ iudas accepit: et tamē que pars fideli cum infidele? Petrus enī accepit ad vitam: iudas ad mortem. Quomō eñ ille odor bonus: sic ille cibus bonus. Sicut ergo odor bonus / ita et cibus bonus: bonos viuificat: malos mortificat. Qui enī manducauerit indigne: iudiciū sibi manducat et bibit. Judicium sibi: non tibi. Si iudiciuȝ sibi non tibi: tolera malum bonus: vt venias ad premia bonorum: ne mittaris in penaȝ maloꝝ. Exemplum domini accipe conuersantis in terra. Quare habuit loculos cui angeli ministrauerūt: nisi quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? Quare fureȝ admisit: nisi vt ei⁹ eccl'ia fures paciēter toleret. Sȝ ille qui consueuerat de loculis peccuniaȝ tollere: nō dubitauit accepta peccunia ipsum dominū vendere. Videam⁹ quid ad ista dominus respondeat. Videte fratres Non illi ait propt' furta tua dicis ista. Furem nouerat: et prodere nolebat: sed potius tolerabat: et ad perferendos malos in ecclesia nobis exemplū pacientie demonstrabat. **Dixit ergo ei iesus. Sine illam: vt in diem sepulture mee seruet illud.** Moriturū se denunciauit. Sed quid est quod sequitur: **pauperes enim semper habebitis vobiscuȝ: me autem non semper habebitis?**

ij. q. iii
j. Cor.
xiij. q. j.

Intelligimus quid est: pauperes semp habebitis. Quod dixit: verū est. Quando ecclesia sine pauperibus? Me autem non semp habebitis: qd sibi vult? Quomodo intelligendū est: me autē nō semper habebitis? Nolite expauescere: iudas dictum est. Quare ergo non dixit: habebis sed habebitis? Quia nō vnus est iudas. Judas malus corpus malorū significat: quomō petrus corpus bonorū: corpus ecclesie: immo corpus ecclesie sed ī bonis. Nam si in petro non esset ecclesie sacramentū: non ei diceret dominꝰ. Tibi dabo claues regni celorū. Quecūq; solueris in terra: soluta erunt et in celo: et quecūq; ligaueris in terra ligata erūt et in celo. Si hoc petro tantū dictum est non facit hoc ecclesia. Si autem et in ecclesia fit: vt que in terra ligantur in celo ligentur: et que soluūtur in terra/ soluātur in celo/ quia cū excommunicat ecclesia: in celo ligatur excōmunicatus: cum reconciliatur ab ecclesia: ī celo soluitur reconciliatus: Si hoc ergo in ecclesia fit: petrus quando claues accepit ecclesiam sanctam sanctificauit. Si in petri persona significati sunt in ecclesia boni: in iude persona significati sunt ī ecclesia mali. Ipsis dictū est. Me autē non semper habebitis. Quid est enī nō semp: et qd est semper? Si bonus es: si ad corpꝰ xpi pertines quod significat petrus: habes christum et in presenti: et in futuro. In presenti per fidē: in p̄senti per signū xpi in presenti per baptismatis sacramentū in presenti per altaris cibū et potū. Habes christū in presenti: sed habebis semper: quia cum hinc exieris/ ad illū venies qui dixit latroni. Hodie mecum eris ī paradiso. Si aūt male versaris: videris habere in presenti christū: quia intras ecclesiam: signas te signo christi. baptisaris baptismo christi: misces te mēbris christi: accedis ad altare christi: in preseti habes christū: sed male viuendo non semper habebis. Potest et sic ītelligi. Pauperes semper habebitis vobiscū: me autem non semp habebitis. Accipiāt et hoc boni: sed nō sint solliciti. Loquebatur enim de presentia corporis sui. Nā secūdum maiestatē suam: secundū prouidentiam: secundū ineffabilē et inuisibilem gratiā impletur quod ab eo dictū est. ecce ego vobiscum sum omnibꝰ diebꝰ: vsq; ad cōsumationē seculi: Secundū carnem vero quā verbum assumpsit: secundum id quod de virgīe natꝰ ē: secundū id qd a iudeis comprehensus est: quod ligno cōfixus: quod de cruce depositus: qd linteis inuolutus: quod in sepulchro cōditus: quod in resurrectione manifestatꝰ: non semper habebitis me vobiscū. Quare? Quoniā cōuersatus est secundū corporis presentiā quadraginta diebꝰ cum discipulis suis: et eis deducētibus: vidēdo non sequendo ascendit in celū: et nō est hic. Ibi enī sedet ad dexterā patris: et hic est. Non enī recessit presentia maiestatis. Aliter: Secundū presentiam maiestatis semper habemus christū: secundum presentiā carnis: recte dictū est discipulis: me autē non semper habebitis. Habuit enī illū ecclesia secundū presentiam carnis paucis diebꝰ. Modo fide tenet: oculis non videt. Ergo si ita dictū ē me aūt non semper habebitis: questio sicut arbitror iā nulla est: que duobꝰ modis soluta est. Cetera que pauca remanent audiamus. Cognouit ergo mlta turba ex iudeis quia illic est: et venerunt non ꝓpter iesum tantum sed vt lazarum viderent quē suscitauit iesus a mortuis. Curiositas eos adduxit: non charitas. Venerunt et viderunt: audite mirabile consiliū vanitatis: Viso lazaro resuscitato: quia tantum miraculū domini tanta erat euidentia diffamatū: tanta māifestatiōe declaratum: vt nō possint vel occultare quod factum est vel negare: quod inuenerunt videte. Cogitauerūt autē pricipes sacerdotū vt et lazarū interficerēt quia multi ꝓpter illū abibant ex iudeis: et credebant in iesum: O stulta cogitatio: et ceca seuicia. Dominꝰ christus qui suscitare potuit mortuum: non possit occisum? Quando lazaro īferebatis necem: nunquid auferebatis do

Margin notes: Math. xvi. — xxiiij. q. j. Quodcūq; — Luc. xxiij. — Mat. xxviij — Actuū. j.

mino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus: aliud occisus: ecce domin⁹ vtrumqꝫ fecit: et lazarum mortuum: ⁊ seipsum suscitauit occisum.

Explicit tractatus quinquagesimus. Incipit tractatus quiquagesimus prim⁹. De eo quod ait. In crastinum autez turba multa que venerat ad diem festum cum audissent quia venit iesus ierosolimam: acceperunt ramos palmarum et processerunt obuiā ei et clamabant: O sanna benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Usqꝫ ad id quod ait. Si quis mihi ministrauerit honorificabit illum pater meus.

Postea quā dominus quadriduanū mortuū resuscitauit: stupentibus iudeis: et aliis eorum videndo credentibus: aliis inuidendo pereuntibus propter odorem bonum qui est aliis ad vitam aliis ad mortem: postea quam discubuit in domo cuz recumbente lazaro qui fuerat mortuus resuscitat⁹: post vnguentum difusum super pedes eius: vnde domus odore ipleta est: postea quaz vanaz seuitiam et stultissimum et dementissimū scel⁹/iudei etiā de occidendo lazaro corde perdito conceperunt: de quibus omnibus vt potuimus quod dominus dedit superioribus sermonibus locuti sumus: nunc intēdat caritas vestra ante domini passionem quantus fruct⁹ apparuerit predicātionis eius: et quantus grex ouium ex his que perierant domus israel/vocez pastoris audierit. Sic enim loquitur euangelium: quod modo cum recitaretur audistis. In crastinum autē turba multa que venerat ad diem festum cum audissent quia vēit iesus ierosolimā acceperunt ramos palmarum: et processerunt obuiam ei: et clamabant. O sanna: benedict⁹ qui venit in nomine domini: rex israel. Rami palmarum laudes sunt significantes victoriam: qua erat dominus mortem moriendo superaturus: et tropheo crucis de diabolo mortis principe triūphaturus. Uox autem obsecrantis est osanna: sicut nonnulli dicunt qui hebream linguam nouerunt: magis affectum indicans quam rem aliquaz significans: sicut sunt in lingua latina quas interiectiones vocant: velut cum dolentes dicimus heu: vel cum delectamur/va dicimus: vel cū miramur dicimus/o rem magnam: Tunc enim nihil significat: nisi mirantis affectum. Quod ideo credenduz est ita esse: quia neqꝫ grecus neqꝫ latin⁹ hoc interpretari potuit: sicut illud: qui dixerit fratri suo racha. Mathe. Nam et hec interiectio esse perhibetur/affectum indignātis ostendēs. Benedict⁹ aūt qui venit in nomine domini rex israel: sic pocius accipiendum est: vt in nomine domini/in nomie dei patris intelligatur. quāuis possit intelligi etiam in nomine suo: qa et ipse domin⁹ est. Unde ⁊ alibi scri

ptum est. Pluit dominus a domino. Sz verba eius melius nostrum dirigunt intellectum: qui ait. Ego veni in nomine patris mei/ et non suscepistis me: alius veniet in nomine suo: huhc suscipietis. Humilitatis enim magister est christus: qui humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem: mortem autẽ crucis. Non itaq; omittit diuinitatem: quando nos docet hũilitatem. In illa est patri equalis. in hac nobis similis. Per qd patri est equalis: nos vt essemus creauit. Per quod nobis est similis / ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini: rex israel. Quã crucem mentis/ inuidentia principum iudeorũ perpeti potuerat: quando regem suum christum tanta multitudo clamabat? Sz quid fuit domio regẽ esse israel? Quid magnum fuit regi seculorum/ regem fieri hominum? Non enĩ rex israel christus ad exigendum tributum: vel exercitum ferro armandum/ hostesq; visibiliter debellandos: sed rex israel: quod mentes regat: quod in eternum consulat: quod in regnum celorũ credentes/ sperãtes/ amantesq; perducat. Dei ergo filius equalis patri: verbũ per quod facta sunt omnia: quod rex eẽ voluit israel: dignatio est non promotio. Miserationis indicium est: non potestatis augmentũ. Qui enim appellatus est in terra rex iudeorum: in celis est dominus angelorum. ¶ Et inuenit iesus asellũ: et sedit super eum. Hic breuiter dictum est. Nã quemadmodũ sit factũ/ apud alios euãgelistas plenissime legitur. Adhibetur autem huic facto propheticum testimonium: vt appareret quod maligni principes iudeorum eũ nõ intelligebant: in quo implebantur que legebant. Inuenit ergo iesus asellum et sedit super eum: sicut scriptum est. Noli timere filiam sion. Ecce rex tuus venit: sedẽs super pullum asine. In illo ergo populo erat filia sion: ipsa est iherusalem. Que sion in illo inquam populo reprobo et ceco erat: tamen filia sion cui diceretur: noli timere: ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Hec filia syon cui diuinitus ista dicuntur: in illis erat ouibus que vocem pastoris audiebant: in illa erat multitudine que dominum venientem tanta deuotione laudabat & tanto agmine deducebat. Ei dictum est noli timere: illum agnosce qui a te laudatur: et noli trepidare cum patitur: quia ille sanguis funditur per quem tuum delictum deleatur: et vita reddatur. Sed pullum asine in quo nemo sederat: hoc enim apud euangelistas inuenitur/ intelligimus populum gentiũ qui legem domini non acceperat. Asinam vero quia vtrumq; iumentum domino adductum est: plebem eius que veniebat ex populo israel: non indomitam plane: sz que presepe dñi agnouit. Hec non cognouerũt discipuli eius primum: sed quãdo glorificatus est iesus idest quando virtutem sue resurrectionis ostendit: tunc recordati sunt quia hec scripta erant de eo et hec fecerunt ei. idest non alia fecerunt ei: quã illa que erant scripta de eo. Recolẽtes quippe secundum scripturam que ante passionẽ vel in passione domini completa sunt: ibi & hoc inuenerunt quod secũdum eloquia prophetarum in pullo asine sederat. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quando lazarum vocauit de monumento et suscitauit eum a mortuis: propterea et obuiã venit ei turba: quia audierũt eũ hoc fecisse signũ. Pharisei ergo dixerũt ad semetipsos. videtis quia nihil proficimus? Ecce mũdus totus post eũ abiit. Turba turbauit turbã. Quid aũt inuides ceca turba: quia post eũ vadit mũdus: per quem factus est mũdus? Erãt

autē gentiles quidā ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū qui erat a bethsaida galilee: et rogabant eum dicētes. Domine: volum⁹ iesum videre. Uenit philipp⁹: et dicit andree. Andreas rursum et philippus † dicunt iesu. Audiamus quid domin⁹ ad ista responderit. Ecce volūt eum iudei occidere: gentiles videre. sed etiā illi ex iudeis erant qui clamabant: Benedictus qui venit in nomīe domini rex israel Ecce illi ex circūsione/illi ex preputio: velut duo parieres de diuerso venientes: et in vnā fidem christi pacis osculo concurrentes. Audiamus ergo vocē lapidis angularis. Jesus autem inqt respondit eis dicēs. Uenit hora vt † glorificetur filius hominis. Hic quisquā forsitan putat iō se dixisse glorificatum: quia gentiles eum volebant videre. Non ita est. Sed videbat ipsos gentiles post passionē et resurrectionem suam in omnibus gentibus credituros: quia sicut dicit apostolus Cecitas ex parte ī israel facta est: donec plenitudo gentiū intraret. Ex occasiōe igitur istorum gentiliū qui eum videre cupiebant: annunciat futurā plenitudinē gentiū: et promittit iam iāq; adesse horam glorificatiōis sue: quam factā in celis gentes fuerāt credituræ. Unde predictum est. Exaltare super celos deus: et super omnē terrā gloria tua. Hec est gentium plenitudo: de qua dicit apostolus: Cecitas ex parte in israel facta est: donec plenitudo gentiū intraret. Sz altitudinem glorificatiōis/oportuit vt pcederet humilitas passiōis: ideo secutus adiunxit ¶ Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadēs in terrā mortuū fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multū fructū affert. Se aūt ipm ihs dicebat. Ipse erat granū mortificandū et multiplicandū: mortificandum in infidelitate iudeorū: multiplicādum in fide omniū populorū. Jam vero exortans ad passionis sue sectāda vestigia. Qui amat inquit animā suā perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest: Qui amat perdet: idest si amas perdes Si cupis vitā tenere ī xpo noli mori timere pro christo. Item alio modo. Qui amat animā suā: perdet eā. Noli amare ne perdas: noli amare ī hac vita: ne perdas in eterna vitā. Hoc aūt quod posteri⁹ dixi: magis habere videdetur euangelic⁹ sensus. Sequitur enī. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Ergo quod supra dictū est: q amat: subintelligit in hoc mundo: ipse itaq; perdet. Qui aūt odit/vtiq; in hoc mundo: in vitā eternā ipse custodit eā. Magna et mira sententia: queadmodū sit hominis in animā suā amor vt pereat odiū ne pereat. Si male amaueris tunc odisti: si bene oderis tunc amasti. Felices qui oderunt custodiēdo: ne perdāt amādo. Sed vide ne tibi subrepat vt te ipsum velis interimere: sic intelligendo quod debes odisse in hoc mondo anīā tuam. Hinc enī quidā maligni atq; peruersi homīes et in seipsis crudeliores: et sceleratōres hōicide: flāmmis se donāt: aquis se prefocāt: precipicio se collidūt et pereunt. Hoc christus non docuit: immo etiam diabolo pcipiciū suggerēti respondit: Redi retro satanas. Scriptum est: nō temptabis dominū deū tuū. Petro autē dixit significans qua morte clarificaturus erat deū. Cū esses iunior cingebas te et āmbulabas quo volebas: cū autē senueris alter te cīget: et feret quo tu non vis. Ubi satis expressit non a se ipso sed ab alio debere occidi: qui vestigia sequitur christi. Cū ergo cause articulus venerit: vt hec conditio preponatur: aut faciēdū esse cōtra dei preceptū aut ex hac vita emigrandū: quorū duorum homo si cogatur alterū eligere cōminante mortem persecutore: ibi eligat deo dilecto emori/quam offenso viuere: ibi oderit in hoc mundo animam

Al. dixerūt. Eph. ij. al. clarificet. Ro. xj. Math. Joh. xx

suam vt in vitam eternaz custodiat eam.
¶ Si quis mihi ministrat: me sequatur. Quid est me seq̃tur: nisi me imitetur? Christus eniz pro nobis passus est/ ait apostolus petrus: relinquēs nobis exemplū: vt sequamur vestigia ei⁹. Ecce q̃d dictū est: si quis mihi ministrat me sequatur. Quo fructu? Qua mercede? Quo premio? Et vbi sum inq̃t ego: illic et minister meus erit. Gratis ametur: vt opus quo ministratur illi: preciū sit esse cū illo. Ubi em̄ bene erit sine illo: aut quādo esse male poterit cum illo? Audi euidentius. Et si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus. Quo honore/ nisi vt sit cū filio eius? Q̃d enim superius ait: vbi ego sum illic et minister me⁹ erit. hoc intelligitur exposuisse cum dicit: honorificabit eum pater meus. Nam quem maiorē honorē accipe poterit adoptatus: quam vt sit vbi est vnicus? Non equalis factus diuinitati: sed consoci⁹ eternitati. Quid sit aūt ministrare christo cui operi merces tanta p̄ponitur: hoc pocius debemus inq̃rere. Si enī hoc putauerim⁹ esse christo ministrare/ ea que sūt corpi necessaria preparare: aut cenāti cicum coquere vel apponere/ vl' poculū dare potumq̧ miscere: fecrūt hoc illi qui potuerunt eum in corpe habere presentē/ sicut martha ⁊ maria: quādo et lazar⁹ vn⁹ erat ex discumbentib⁹. Sed eo mō christo etiā iudas perditus ministrauit. Nam et loculos ipse habebat: et quāuis ex eis que mittebantur sceleratissime furaretur: per illū tamē etiā necessaria parabantur. Hinc est illud quod cum ei diceret domin⁹: quod facis fac celerius: arbitrati sunt quidā q̃d cum iusserit ꝓpter diē festū necessaria preparare: vel indigētibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiuscemodi ministris diceret dominus: vbi sum ego ibi et minister meus erit: ⁊ si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus: quoniā iudam talia ministrantez: reprobatū potius quam honoratū videmus. Ut quid ergo alibi querim⁹ quid sit ministrare christo: et nō poti⁹ in istis ipis v̄bis agnoscimus? Cum em̄ dixit: si quis mihi ministrat me sequatur: hoc itelligi voluit ac si diceret. Si quis me non sequitur: non mihi ministrat. Ministrant ergo iesu christo: qui non sua querunt: sed que iesu christi. Hoc est eniz me sequatur: vias ambulet meas non suas: sicut alibi scriptū est. Qui se dicit ī x̄po manere: debet sicut ambulauit ille: et ipse ambulare. Debet etiā si porrigit esurienti panem de misericordia facere nō de iactātia: non aliud ibi querere quā opus bonū: nesciente sinistra quid faciat dextera: id ē vt alienetur intentio cupiditatis ab opere caritatis. Qui sic ministrat: christo ministrat: recteq̧ illi dicetur: cum vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis: nec tantum ea que ad misericordiā pertinent corpalē sed oīa bona opera ꝓpt' x̄pm facta. Tūc enī erunt bona: quoniā finis legis christus ad iusticiā omni credēti. Minister est x̄pi vsq̧ ad illud opus magne caritatis: quod est aīam suā ꝓ fratrib⁹ ponē: h̄ ē em̄ et ꝓ x̄po ponē. q̄z et h̄ ꝓpt' sua mēbra dictur⁹ est: cū ꝓ istis fecistis ꝓ me fecistis. De tali q̄ppe opere etiā se ministrū facere ⁊ appellare dignatus est: vbi ait. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare: et animam suam ponere pro multis. Hinc est ergo vnusquisq̧ minister christi: vnde est et minister christ⁹. Sic ministrantē christo honorificabit pater ei⁹ honore illo magno vt sit cum filio eius: nec vnq̄ deficiat felicitas ei⁹. Cū ergo auditis fratres dn̄m dicentē: vbi ego sum illic et minister meus erit: nolite tātumō bonos episcopos ⁊ clericos cogitare: etiaz vos pro modulo v̄ro ministrate christo: bene viuendo/ elemosinas faciendo: nomē doctrināq̧ eius quib⁹ potueritis predicādo: vt vnusquisq̧ etiaz paterfamilias/ hoc nomine agnoscat paternū affectū sue familie se debere ꝓ christo et pro vita eterna. Suos omēs admoneat/ doceat/ hortetur/ corripiat: īpendat beniuolentiā/ exerceat disciplinā. Ita ī domo sua ecclesiasticū et quodammō episcopale implebit officiū: ministrās christo vt in eternū sit cum ipso. Nam et illam maximam passionis ministrationē: multi ex vestro numero ministrorū: multi non epī neq̧ clerici: iuuenes et virgines: senes cum iunioribus. Multi coniugati et coniugate multi patres matresq̧ familias christo mi

Pe. ij. — Phi. ij. — j. Joh. ij. — Math. v. — Math. xxv. — Ro. x. — Math. xx. — Jo. xiij.

nistrantes: etiam animas suas in eius martirio posuerunt: et honorificante patre coronas gloriosissimas receperunt.

Explicit tractatus quinquagesimus primus. Incipit tractatus quinquagesimus secundus. Ab eo quod ait. Nunc anima mea turbata est: et quid dicam. vsque ad id quod ait: hec locutus est iesus et abijt et abscondit se ab eis.

Post quam dominus iesus christus verbis lectionis hesterne ministros suos vt se ipsum sequerent hortatus est: cum ita predixisset passionem suam: quod nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: solum manet: si autem mortuum fuerit/ multum fructum affert: vbi excitauit eos qui eum ad regnum celorum sequi vellent: vt animam suam odissent in hoc mundo: si eam in vitam eternam custodire cogitarent: ad nostram rursus infirmitatem suum temperauit affectum: et ait vnde lectio cepit hodierna. Nunc anima mea turbata est. Unde turbata est domine anima tua? Nempe pauloante dixisti. qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Ergo ne anima tua quia in hoc mundo amatur ideo turbatur veniente hora qua ex hoc mundo egrediatur? Quis hoc de anima domini audeat affirmare? Sed nos in se transtulit: nos in se suscepit: caput nostrum membrorum suorum suscepit affectum. et ideo ab aliquo non est turbatum: sed sicut de illo dictum est cum lazarum suscitaret: turbauit semetipsum. Joh. xj. Oportebat enim vt vnus mediator dei et hominum homo christus iesus: sicut nos excitauit ad summa: ita nobis con patereretur ad infirma. s. trac. lj. Audi superius dicentem. Uenit hora vt glorificetur filius hominis. Si mortificatum fuerit granum: multum fructum affert. Audio: qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam: nec permittor tantummodo mirari: sed iubeor imitari. Deinde sequentibus verbis Si quis mihi ministrat me sequatur: et vbi sum ego ibi et minister meus erit: mundum contemnere accendor: et in conspectu meo nihil est vilius vite huius. Totus quantum libet fuerit prolixus vapor presentis vite: pre amore eternorum temporalia mihi cuncta vilescunt. Et rursus ipsum dominum meum qui me illis verbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatem suam: audio dicentem: Nunc anima mea turbata est. Quid est hoc? Quomodo sequi iubes animam meam: si turbari video animam tuam? Quomodo sufferam: quod graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentum queram: si petra succumbit? Sed videor mihi audire in cogitatione mea respondentem mihi dominum meum et quodammodo dicentem: magis sequeris quia sic me interpono. Audisti ad te vocem fortitudinis mee: audi in me vocem infirmitatis tue. Uires suggero vt curras. nec reprimo quod acceleras: sed transfero in me quo trepidas: et substerno qua transeas. O domine mediator deus supra nos/ homo propter nos: agnosco misericordiam tuam. Nam quod tu tantus tue caritatis volutate turbaris: multos in corpore tuo qui sue infirmitatis necessitate turbantur: ne desperando pereant consolaris. Denique homo qui sequi vult: audiat qua sequatur. Accessit forte hora terribilis: proponitur optio: aut faciende iniquitatis: aut subeunde passionis Turbatur anima infirma: propter quam sponte turbata est anima inuicta. Prepone tue voluntati: voluntatem dei: Attende enim quid deinde subiungat creator tuus et magister tuus qui te fecit: et vt te doceret factus est et ipse quod fecit. Homo enim factus est: qui hominem fecit: sed deus inconmutabilis mansit: et hominem in melius conmutauit. B Audi ergo quid deinde subiungat. Cum hec dixisset. nunc anima mea turbata est: et quid dicam: inquit: pater saluifica me ex hac hora: sed propter ea veni in hanc horam: pater clarifica nomen tuum: docuit te: quid cogites: docuit quid dicas: quem inuoces: in quo speres: cuius voluntatem certam atque diuinam tue volutati humane infirmeque preponas. Non ideo tibi

videat ex alto deficere: q̄a te vult ab imo ꝓficē. Nā et tēptari dignat⁹ ē a diabolo:
H.iiij a quo vtiq̄ si nollet non temptaret: quem admodū si nollet non pateretur. Et ea respondit diabolo: que tu in temptationib⁹ debeas respondere. Et ille quidē temptatus est sed non periclitatus: vt doceret te in temptatiōe periclitantē temptatori respondere: et post temptatorē non ire: sed de periculo temptatiōis exire. Sicut autē
.xxij. hic dixit: nunc aīa mea turbata est: ita etiā vbi dicit: tristis est aīa mea vsq̄ ad mortem. ⁊ pater si fieri potest transeat a me calix iste: ostendit hoīs suscepti infirmitatem: vt doceat sic contristatū et conturbatum: quod sequitur dicere. Uerumtn̄ nō quod ego volo: sed qđ tu vis pater. Sic em̄ homo ab humanis in diuina dirgitur: cum voluntati hūane voluntas diuina p̄ponit. Quid est autē: clarifica tuū nomē: nisi in sua passione et resurrectiōe? Quid est ergo aliud: nisi vt pater clarificet filiū: qui clarificat suum nomen etiā in similib⁹ passionibus seruoꝝ suorū? Unde scriptū
H.xxj. est de petro: quod ideo de illo dixerat dominus: alter te cīget et feret quo tu nō vis quia significare voluit qua morte clarificaturus esset deū. Ergo et in illo deus clarificabat nomē suū: quia sic etiā in mēbris suis clarificat christū. Uenit ergo vox de celo. Et clarificaui: et iterū clarificabo. Et clarificaui ātequā faceret mūdum: ⁊ iterū clarificabo cū resurget a mortuis: et ascendet in celū. Et aliter intelligi potest. Et clarificaui: cū de virgine natus est: cum virtutes opatus est: cum celo īdice per stellam a magis adoratus est: cū a sanctis spiritusancto plenis agnit⁹ est: cū descendēte spiritu in specie colūbe declaratus: cum voce de celo sonante monstratus: cum in monte transfiguratus: cum miracula multa fecit/cum multos sanauit atq̄ mundauit: cum de paucissimis panibus tantam multitudinē pauit: cum ventis et fluctibus impauit: cū mortuos suscitauit. Et iterum clarificabo cum resurget a mortuis: cum mors ei vltra non domīabit: cū exaltabitur sup celos deus: et super omnē terrā gloria eius. Turba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum factum esse: alii dicebant angel⁹ ei locu tus est. Respondit iesus et dixit. Nō propter me hec vox venit: sꝫ propter vos. Hic ostendit illa voce non sibi indicatū quod iam sciebat: sed eis quibus indicari oportebat: Sicut autē illa vox non propter eū: sꝫ propter illos diuinitate facta est: sic anima eius nō ꝓpter eum sed propter alios voluntate turbata est. Attende cetera. Nunc inquit iudicium est mundi. Quid ergo expectandum est in fine seculi. Sed in fine quod expectatur iudiciū erit iudicandoꝝ viuorū et mortuorū: iudiciū erit premioꝝ penaꝝ q̄ eternarū. Quale ergo nunc iudiciū est? Iā in supioribus lectionibus quantū potui cōmonui caritatē vestram: dici etiā iudiciū non damnatiōis sed discretiōis Unde scriptū est. Judica me deus et discerne causam meā de gente non sancta. Multa autē sunt iudicia dei. Unde dicitur ī psalmo. Judicia tua abissus multa. Dicit etiā apostolus. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei: quā inscrutabilia sunt iudicia eius Ex quibus iudicijs etiā hoc est quod hic ait domin⁹: nunc iudiciū ē mundi: seruato illo iudicio ī fine vbi nouissime viui et mortui iudicādi sunt. Possidebat ergo diabolus genus hūanum: et reos supplicioꝝ tenebat cyrographo peccatorū. Dominabatur in cordibus infidelium ad creaturam colendā deserto creatore: deceptos captiuosq̄ pertrahebat: Per christi autē fidem: que morte eius et resurrectiōe firmata est: per ei⁹ sauguinē qui in remissionē fusus est peccatorū: milia credentium a dominatu liberantur diaboli: christi corpori copulantur: et sub tanto capite vno eius spiritu fidelia membra vegetantur: Hoc vocabat iudiciū: hanc discretionem: hanc a suis redemptis diaboli expulsionē. Deniq̄ attende quid dicat. Quasi querēmus quid esset quod ait. Nunc iudiciū est mundi: secutus exposuit. Ait em̄ Nunc princeps huius mūdi eicietur foras. Audiuimus quale dixerit esse iudicium. Non ergo illud quod in fine venturum est vbi viui et mortui iudicandi sunt: alijs ad dexteram alijs ad sinistrā separatis: sꝫ iudiciū q̄ p̄nceps hui⁹ mundi eiciet foras. Quomō ḡ int⁹ erat? Et q̄ eū eiciendum dixit foras? Nunq̄d nā in mū

Marginal notes (right column): C; Ps. xl j; Ps. xxxv; Ro. xj.

do erat: et extra mundũ missus est foras? Si enĩ de illo iudicio diceret quod in fine venturum est: posset aliquis opinari ignẽ eternum quo mittendus est diabolus ꝛ angeli eius ꝛ omnes qui sunt ex parte ei⁹ nõ natura sed vitio. Nõ quia creauit aut genuit: sꝫ q: ꝑsuasit ꝛ tenuit. Posset ergo aliquis opinari illũ ignem eternũ extra mundũ esse: et hoc esse dictum eicietur foras. Quod ṽo ait. Nunc iudiciũ est mundi: et exponens quid dixerit. Nunc inquit princeps huius mundi eicietur foras: hoc intelligendũ est quod nunc fit. non quod tantum post futurũ est in nouissimo die. Preuidebat ergo domin⁹ qđ sciebat post passionẽ et glorificationẽ suã: per vniũsũ mũdum multos populos crediturosꝰ: in quoꝝ cordibus diabolus intus erat: cui quãdo ex fide renũciant/ eicitur foras. Sed dicit aliquis. Nunq̃d de cordibus patriarcharũ ꝛ ꝓphetarũ veterũq; iustoꝝ nõ eiectus est foras? Eiectus est plane. Quomõ ergo dictũ est: nunc eicietur foras? Quomodo putamus: nisi quia tunc quod ĩ hominibus paucissimis factũ est: nũc in multis magnisq; populis: iam mox futurũ esse predictũ est? Sic ꝛ illud quod dictum est

Joh. vij. Spiritus aũt nondũ erat datus: quia ihs nondũ fuerat glorificatus: potest similem habere questionẽ et similẽ solutionẽ. Nõ enĩ sine spiritusancto futura prenũtiauerũt ꝓphete: Aut nõ etiã dominũ infantẽ ĩ spiritusancto symeõ senex ꝛ anima vidua cognouerũt: et zacharias et elisabet: qui de

Luce. ij. illo nondũ nato sed iam concepto tanta ꝑ spiritũsanctũ predixerũt. Sed spiritus nõdum erat datus. idest. illa habundãtia grẽ spiritualis: qua cõgregati linguis omniuꝫ loquerenť: ac sic in linguis omniũ gentiuꝫ futura prenũciareť ecclesia: qua gratia spirituali populi cõgregarenť: qua longe lateq; peccata dimitterenť: et milia milium deo reconciliarenť. Quid ergo: ait quispiam. quia diabolus de credentiũ cordibus eicitur foras? Jam fideliũ neminẽ tẽptat: imo vero temptare non cessat: Sed aliud est intrinsecus regnare: aliud forinsec⁹ oppugnare. Nam et munitissimã ciuitatẽ aliquãdo hostis oppugnat: nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa perueniũt: admo

j. Thes. v. net apostolus vnde non ledant: cõmemorat loricã ꝛ scutũ fidei Et si aliquãdo vulnerant: adest qui sanat: quia sic pugnantibus dictũ est. Hec scribo vobis: vt nõ peccetis. Ita qui vulnerãtur: quod sequitur

j. Joh. audiunt. Et si quis peccauerit: aduocatuꝫ habemus apud patrẽ iesum christũ iustũ: et ipse est ꝓpiciatio peccatoꝝ nostrorum. Quid enĩ oramus cũ dicimus: dimitte no-

Math. bis debita nostra: nisi vt vulnera nostra sanentur? Et quid aliud petimus cum dicimus: ne nos inferas in tẽptationẽ: nisi vt ille qui insidiatur vel certat extrĩsecus: nulla irrumpat ex parte: nulla nos fraude: nulla nos possit virtute superare? Quãtaslibet tamẽ aduersum nos erigat machinas: quãdo nõ tenet locũ cordis vbi fides habitat: eiectus est foras: Sed nisi dominus custo-

Ps. dierit ciuitatẽ: inuanũ vigilabit qui custodit eam. Nolite ergo de vobis ipsis presumere: si non vultis foras eiectũ diabolum intro iteꝝ reuocare. Absit aũt vt diabolum mundi principẽ ita dictuꝫ existimem⁹ vt eum celo et terre domiari posse credamus. Sed mundus appellatur in malis hominibus: qui toto orbe terrarũ diffusi sũt: sicut appellať domus in his a quib⁹ habitatur. Secundũ quod dicimus: bona domus est vel mala domus est: non quando reprehendimus siue laudamus edificium parietũ atq; tectorũ: sed quãdo mores vł bonorum hominũ vel maloꝝ. Sic ergo dictum est princeps huius mũdi: idest. princeps malorũ omniũ qui habitãt in mũdo. Appellatur etiã mundus in bonis: qui similiter toto terrarũ orbe diffusi sunt. Vñ dicit apostolus. Deus erat in christo: mũdũ

ij. Cor. reconcilians sibi. Hi sunt ex quorũ cordibus prĩceps hui⁹ mũdi eicieť foras. Cũ ergo dixisset. Nunc princeps huius mũdi eicietur foras: et ego inquit si exaltatus fuero a terra omnia traham † post me: Supra dixerat dominus vt audistis cũ euangeliũ legereť: omĩa traham post me. Que omnia? Nisi ex quibus ille eicitur foras? Non autẽ dixit omnes: sed omnia. Non enĩ omniũ est fides Non itaq; hoc ad vninersitatẽ hõim retulit: sꝫ ad creature ĩtegritatẽ. i. spũm et aĩaꝫ ꝛ corp⁹: et illđ qđ intelligim⁹: et illud qđ viuim⁹: et illud qđ visibiles et ꝯtrectabiles sum⁹ Qui enĩ dixit: capillus capitis vestri non peribit

Luce. omnia trahit post se? Aut si omnia ipsi homines intelligendi sunt. Omnia prede

† Ali. ad ipsum.

stinata ad salutē possumus dicere: ex quibus omnib⁹ ait nihil esse periturū: cum supra de suis ouib⁹ loqueref. Aut certe omnia hominū genera siue in linguis omnibus: siue in etatibus: siue in gradibus honorum omnib⁹: siue in artiū licitarū et vtilium pfessionibus omnib⁹: et quicqd aliud dici potest secundū innumerabiles differentias quibus inter se preter sola peccata homies distant ab excelsissimis vsqz ad hūilimos. A rege vsqz ad mēdicū: omnia inquit trahā post me: vt sim caput eorū et illi membra mea. Sed si exaltatus in qt fuero a tra: hoc est cū exaltat⁹ fuero. Nō enim dubitat futurū esse: quod venit iplere. Hoc refertur ad illud quod superi⁹ ait Si autē mortuū fuerit granū: multū fructum affert. Naz exaltationē suā: quid aliud dixit: quā in cruce passionē? Quod et ipse euangelista nō tacuit: subiūxit eteniz ꝛ ait. Hoc autē dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia christus manet ineternuz Et quomō tu dicis oportet exaltari filiū hominis? Et quis est iste filius hominis? Memoriter tenuerūt quod domin⁹ dicebat assidue se esse filiū hominis. Nam hoc loco nō ait: si exaltat⁹ fuerit a terra fili⁹ hōinis: sed superi⁹ dixerat: quod hesterno die lectū atqz tractatū est: quādo nūciati sunt gentiles illi q̄ euz videre cupiebāt: vēit hora vt glorificetur filius homīs. Hoc itaqz isti animo retinentes: et quod nunc ait. cum exaltatus fuero a terra: mortē crucis intelligētes: quesierunt ab illo et dixerūt: Nos audiuim⁹ ex lege: quia christus manet ineternū. Et quomō tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius homīs? Si eniz christus est inqunt: manet ineternū Si manet īeternū: quomō exaltabif a terra: idē. quomō crucis passiōe morietur? Hoc eñi eum dixisse intelligebant: quod facere cogitabant. Non ergo eis verboꝝ istoꝝ obscuritatem aperuit infusa sapiētia: sed stimulata conscientia. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumē ī vobis est. Hinc ergo ē quod intelligitis: qa christus manet ineternū. Ergo ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos cōprehendant. Ambulate: accedite: totum intelligite: et moriturū christū et victurū ineternū: et sanguinē fusurum quo redimat: ꝛ ascensurū in sublimia quo perducat. Tenebre autē vos cōprehēdēt si eo modo credideritis christi eternitatē. vt negetis in eo mortis hūilitatē. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Sic potest offendere in lapidē offensionis et petram scādali: quod fuit dominus cecis iudeis: sicut credentibus lapis quem reprobauerūt edificantes: factus ē in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in christū: quia eoꝝ impietas contēpsit mortuū: risit occisū: Et ipsa erat mors grani multiplicādi: et exaltatio trahentis post se omnia. Dum lucem inquit habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Cum aliqd veri auditu habetis: credite ī veritatē: vt renascamini in veritatē: Hec locutus est iesus: et abijt: et abscondit se ab eis. Non ab eis qui credere et diligere ceperāt: non ab eis qui cū ramis palmarū et laudib⁹ obuiā venerant: sed ab eis qui videbant ꝛ inuidebāt: quia nec videbant: sed in lapidē illum cecitate offendebant: Cū autē abscōdit se iesus ab eis: qui eum occidere cupiebāt: quod sepe propter obliuionē cōmonēdi estis: nostre infirmitati consuluit: non sue potestati derogauit.

Explicit tractatus quinqgesim⁹ secundus. Incipit tractatus quinquagesimus tertius. Ab eo quod scriptū est. Cum aūt tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum. vsqz ad id quod ait. Dilexerūt gloriam hominis magis quā dei.

Renūciata domin⁹ christ⁹ passiōe sua ꝛ morte fructuosā in exaltatiōe sancte crucis. vbi dixit se oīa tracturū esse post se: cum intellexissent iudei qd de sua morte dixisset: ꝛ proposuissent eis questionez quomō diceret se esse moriturum: cū ex lege audierint quod christus manet ineternum: hortatus est eos. vt dum adhuc modicum lumen in eis esset quo christū eternum esse didicissent: ambularent vt totuz discerent: ne cōprehenderenf a tenebris.

Et cum hec esset locutus: abscondit se ab eis. Hec in superioribus dominicis lectionibus verbisque didicistis. Deinde tulit euangelista: vnde hodiernum capitulum recitatum est. et ait: Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum: vt sermo esaie prophete impleretur quem dixit. Domine quis credidit auditui nostro: et brachium domini cui reuelatum est? Ubi satis ostendit brachium domini ipsum filium dei nuncupatum: non quod deus pater figura determinetur carnis humane. Brachium domini filius dicitur quod omnia per ipsum facta sunt: ei quod filius non tanquam membrum corporis hereat: sed quia omnia per ipsum facta sunt: ideo brachium domini dictum est. Sicut enim tuum brachium per quod operaris: sic dei brachium dictum est eius verbum: quia per verbum operatus est mundum. Cur enim homo vt aliquid brachium operetur extendit: nisi quia non continuo fit quod dixerit? Si autem tanta potestate preualeret. vt sine vllo motu corporis sui quod diceret fieret: brachium eius verbum eius esset: quia verbum non est cogitabile vel sonabile. Sed dominus iesus vnigenitus dei patris filius: sicut non est paterni corporis membrum: ita non est cogitabile vel sonabile ac transitorium verbum: quia cum omnia per ipsum facta sunt: dei verbum erat. Cum ergo audiuimus brachium dei patris esse dei filium: non nobis obstrepat consuetudo carnalis. sed quantum illo donante possumus: virtutem dei et sapientiam cogitemus: per quam facta sunt omnia. Tale quippe brachium nec porrectum extenditur: nec collectum contrahitur. Non est enim ipse qui pater sed vnum sunt ipse et pater et equalis patri: vbique totus est sicut pater: ne aliqua pateat occasio detestabili errori eorum qui dicunt solum esse patrem. sed pro diuersitate causarum ipsum dici filium ipsum dici spiritumsanctum: et in his verbis audent dicere: Ecce videtis quia solus est pater si brachium eius est filius: non enim due sed vna persona est homo et brachium eius: non intelligentes neque aduertentes quomodo verba de rebus alijs ad res alias transferantur: propter aliquam similitudinem etiam in locucionibus quotidianis de visibilibus et notissimis rebus: quanto magis vt nobis ineffabilia qualitercunque dicantur: que dici sicuti sunt omnino non possunt. Nam et homo alterum hominem per quem solet agere quicquid agit / brachium suum appellat. et si ei auferatur dolens dicit brachium perdidi: et ei qui abstulerit dicit: brachium meum mihi abstulisti. Intelligant ergo quomodo dictus sit filius patris brachium per quod pater operatus est omnia: ne non hoc intelligendo et in sui erroris tenebris permanendo: similes sint iudeis ipsis: de quibus dictum est: et brachium domini cui reuelatum est? Hic occurrit altera questio. De qua quidem vt competenter aliquid disputetur: et omnes eius latebrosissimi sinus perscrutentur et excucientur vt dignum est: nec mearum virium esse arbitror: nec angustiarum temporis: nec vestre capacitatis. Tamen quia transire ad alia vestra expectatione non sinimur: nisi aliquid inde dicamus: accipite quod poterimus: et vbi vestre expectationi non suffecerimus: ab illo incrementum poscite qui nos plantare posuit et rigare: quia sicut dicit apostolus: neque qui plantat est aliquid neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Quidam ergo inter se musitant: et vbi possunt aliquando proclamant: et turbulenta disceptatione contendunt dicentes. Quid fecerunt iudei vel que culpa eorum fuit: si necesse fuit vt sermo esaie prophete impleretur quem dixit: domine quis credidit auditui nostro et brachium domini cui reuelatum est? Quibus respondemus deum prescium futurorum / per prophetam predixisse infidelitatem iudeorum: predixisse tamen non fecisse. Non enim propterea quenquam deus ad peccandum cogit: quia futura hominum peccata iam nouit. Ipsorum enim presciuit peccata non sua: non cuiusque alterius sed ipsorum: Qua propter si ea que ille presciuit ipsorum non sunt ipsorum: non vere ille presciuit. Sed quia illius presciencia falli non potest: sine dubio non alij sed ipsi peccant: quos deus peccatores esse presciuit. Fecerunt ergo peccatum iudei quod eos non compulit facere cui peccatum non placet: sed facturos esse predixit quem nihil latet: Et ideo si non malum sed bonum facere voluissent non prohiberentur: et hoc facturi preuidentur ab eo qui nouit quid sit quisque facturus: et quid ei sit pro eius opere reddi turus. Sed que sequuntur euangelij verba plus vrgent: et profundiorem faciunt questionem. Adiungit etenim et dicit. Pro-

Esaie. liij

Joh. j.

B

j. Cor.

C

Je. vj. pterea non poterāt credere: qa iterum dicit esaias. Excecauit oculos eorum et indurauit cor eorum: vt non videant oculis et intelligant corde: et conuertantur et sanem illos. Dicitur em̄ nobis. Si non potuerunt credere: quod peccatū est homis non facientis quod non potest facere? Si autē nō credendo peccauerūt: potuerūt ergo credere et nō fecerūt. Si ergo nō potuerūt: q̄modo dicit euāgeliū/propterea non poterant credere: quia iterū dicit esaias/excecauit oculos eorū et indurauit cor eorū vt quod est grauius ad deum referat causa qua non crediderunt quandoquidē ipse excecauit oclos eorū ꝛ idurauit cor eorū Non em̄ saltem hoc de diabolo dicitur: sꝫ de deo: quod ipsa prophetica scriptura testatur. Naꝫ si arbitremur hoc dictū de diabolo quod excecauit oculos eorū et cor indurauit: laborandū est quomō illorū culpam quia non crediderūt possimus ostēdere de quibus dicitur: non poterant credere. Deinde quid respōdebimus de alio
Ro. xj. prophete ipsius testimonio quod posuit paulus apostolus dicens? Quod querebat israel hoc nō est consecut⁹: electio autē cōsecuta est: ceteri xo excecati sunt: sicut scriptum est. Dedit illis deus spiritum conpunctionis: oculos vt non videant: et aures vt non audiant vsq; in hodiernū diem. Audistis fratres mei propositam questionem: nempe quā profunda sit cernitis. Sed respōdemus vt possumus. Nō poterant credere: quia hoc Esaias propheta predixit. Hoc autem propheta predixit: quia deus hoc futurū esse presciuit. Quare autē non poterāt si a me queratur: cito respondeo: quia nolebant? Malaꝫ quippe eorū voluntatē preuidit deus: et per prophetam prenūciauit ille cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam inq̄s dicit propheta: non voluntatis eorū. Quā causam dicit propheta? Quia dedit illis deus spiritū conpunctionis: oculos vt nō videant: et aures vt non audiant: et excecauit oculos eorum: et indurauit cor eorū. Etiā hoc eorū voluntatem meruisse respōdeo. Sic enim excecat: sic obdurat deus deserendo et non adiuuando: quod occulto iudicio facere potest: iniquo nō potest. Hoc omnino pietas religiosorū inconcussuꝫ debet inuiolatumq; seruare: sicut apostolus dicit: cum eandē ipsaꝫ tractaret difficilimam questionē: Quid ergo dicem⁹ inquit? Nunq̄d iniquitas est apud deū? Absit. Si ergo absit vt sit iniquitas apud deū siue quando adiuuat/misericordit facit: siue quando non adiuuat/iuste facit: quia oīa nō temeritate sed iudicio facit. Porro si iudicia sanctorū iusta sunt: quātomagis sanctificātis ꝛ iustificātis dei? Iusta ergo sunt: sed occlta. Ideo cū questiōes huiusmodi in mediuꝫ venerint: quare alius sic: alius autē sic: quare ille deo deserente excecetur: ille deo adiuuante illūinetur: non nobis iudiciū de iudicio tāti iudicis vsurpemus: sed contremiscētes exclamem⁹ cū apostolo. O altitudo diuiciarū sapiētie ꝛ scientie dī: quā inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Unde dictum est in psalmo Iudicia tua abissus multa. Non ergo me fratres ad hanc penetrādam altitudinē/ ad hanc abissum discuciēdam: ad inscrutabilia perscrutanda: expectatio vestre caritatis impingat. Agnosco modulum meum: sentire mihi videor etiā modulū vestrum. Altiu͂s est hoc incrementis meis: et fortius viribus meis: puto quia et vestris. Simul ergo audiamus admonentem scripturā atq; dicentem. Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne perscrutatus fueris: non quia ista negata sunt nobis cū deus magister dicat. Nihil est occultum/quod non reuelabit. Sed si in quod peruenim⁹ in eo ambulam⁹ sicut dic apostolus: non solū quod nescimus et scire debemus: sed etiā si quid aliter sapimus: id quoq; nobis deus reuelabit. Peruenim⁹ autem in viam fidei: hanc perseuerantissime teneamus. Ipsa perducit ad cubiculū regis: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Nō enī ipse dominus iesus christus suis illis magnis et p̄cipue electis discipulis inuidebat: quādo eis dicebat. Multa habeo vobis dicere: sꝫ non potestis illa portare modo. Ambulādum est: pficiendū est: crescendum est: vt sint corda nostra capacia earū rerū quas capere modo non possumus. Quod si nos

Ro. xj.
Ps. xxxv.
Ecclesia. iij.
math. x.
Phil. iij.
Collo. ij.
Joh. xvj.

vltimus dies proficientes inuenerit:ibi di scemus quod hic non potuimus. Si quis autem istam questionē liquidius et meli⁹ nouit se posse et confidit exponere: absit vt nō sim paratior discere quā docere:tātum ne audiat quisq̧ liberū arbitrium sic defendere / vt nobis orationē qua dicim⁹
Math.vj. ne nos inferas in tēptationē:conetur auferre:rursus ne quisq̧ neget volūtatis arbitrium:et audeat excusare peccatū. Sed audiamus dominū et precipientē ꝛ opitulantem et iubentem quid facere debeam⁹ et adiuuantē vt implere possimus. Naȝ ꝛ quosdam nimia sue voluntatis fiducia extulit in superbiā:et quosdā nimia sue voluntatis diffidentia deiecit in negligentiā. Illi dicunt: vt quid rogamus deum ne vincamur temptatiōe/quod in nostra est potestate. Isti dicunt/vt quid conamur bene viuere:quod in dei est potestate. O domine:o pater qui es ī celis:ne nos inferas in quālibet istarū temptationū. sed libera nos a malo. Audiamus dominū dicenteȝ.
Luce.xxij. Rogaui pro te petre:ne deficiat fides tua. Nec sic existimemus fidem nostrā esse ī libero arbitrio: vt diuino non egeat adiutorio. Audiamus et euangelistā dicentē: de
Joh.j. dit eis potestatem filios dei fieri. Ne omninp existimemus in nostra potestate non esse quod credimus:verumtū in vtroq̧ illius beneficia cognoscamus. Nam et agēde sunt gratie q̄a data est potestas:ꝛ orādum ne succumbat infirmitas. Ipsa est fi-
Galatas.v. des que per dilectionē operatur: sicut ei⁹
Roma.xij. meusuram dominus cuiq̧ partitus est: vt
ij.Cor.x. qui gloriatur / non in seipso sed in domio glorietur. Non itaq̧ miruȝ est quia nō poterant credere: quorū voluntas sic supba erat: vt ignorantes dei iusticiā:suam vellent constituere. Sicut dicit de illis apostolus.
Roma.x. Justicie dei nō sunt subiecti. Quia eñ non ex fide sed tanq̄ ex operib⁹ tumuerūt: ipso suo tumore cecati offenderūt in lapi
E dem offensionis. ¶ Sic autē dictū est/nō poterant:vbi intelligendū est quod nolebāt: queadmodū dictū est de domio deo
ij.Thimo.ij nostro:si non credimus ille fidelis permanet:negare seipsuȝ nō potest. De omnipotente dictum est/nō potest. Sicut ergo qđ dominus negare seipsum non potest.laus est voluntatis diuine:ita quod illi non poterant credere:culpa est volūtatis hūmāe. Ecce dico ꝛ ego;quod tā superbe sapiunt vt sue voluntatis viribus tantū existimēt esse tribuendum.vt negēt sibi esse necessarium diuinū adiutoriū ad bene viuendū: non possunt credere in christū. Non enim aliquid prosunt syllabe nominis christi:et sacramenta christi:vbi resistitur fidei christi. Fides autem christi et sacramenta: est credere in euȝ qui iustificat impiū. Credere in mediatorē: sine quo īterposito nō recōciliamur deo. Credere in saluatorē qui
Luce. venit quod perierat querere atq̧ saluare:
Joh.x Credere in eū qui dixit: sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorans dei iusticiam qua iustificatur impius:suaȝ vult cōstituere qua conuincatur supbus: in hunc non potest credere. Hinc et illi non poterant credere:non quia mutari in meli⁹ homines nō possunt:sed quamdiu talia sapiunt:non possunt credere: Hinc excecātur et indurantur:quia negando diuinū adiutorium non adiuuantur. Hoc de iudeis q̄ excecati et indurati sunt de⁹ presciuit:atq̧ in eius spiritu ꝑpheta predixit. Quod vero addidit:et conuertantur ꝛ sanē eos:vtrū subaudiendū sit:non.idest. nō conuertantur: connexa desuper sententia vbi dictum est:vt non videant oculis et intelligant corde: quia ꝛ hic vtiq̧ dictuȝ est vt nō intelligāt: Et ipsa eñ conuersio de
Ps.lxx illius gratia est cui dicitur: deus virtutuȝ cōuerte nos. An forte et hoc de supne medicine misericordia factum intelligendū ē vt quoniā supbe et puerse volūtatis erāt et suam iusticiā constituere volebant: ad hoc deserentur vt excecarētur: ad hoc excecarentur vt offenderent in lapidē offen
Ps.lxx sionis:et impleretur facies eoruȝ ignominia.atq̧ ita humiliati quererent gloriā domini et non suam:qua inflatur superb⁹. sȝ iusticiam dei qua iustificatur īpius? Hoc enim multis eorū profecit in bonū:qui de suo scelere cōpuncti in christū postea cre-
Luce. diderunt: pro quibus et ipse orauerat dicens. Pater ignosce illis:quia nesciūt q̄d faciunt. De qua eorū ignorantia ꝛ aposto
Roma. lus dicit. Testimoniū ilł per hibeo:q̄a zelum dei habent: sed non secundū scientiā

Tunc eteniꝫ hoc subiūxit: atq ait: ignorātes enī dei iusticiam et suam volentes cōstituere: iusticie dei nō sūt subiecti. Hec dixit esaias: quando vidit gloriaꝫ eius: et locutus est de eo. Quid viderit esaias. Et hoc quomō ad dominum christum pertineat: in libro eius legendū et itelligēdū est. Vidit enī nō sicuti est sꝫ modo quodā significatiuo: sicut prophete visio fuerat informanda. Nam vidit et moises: et tamē ei quem videbat dicebat:
xxiij. Si inueni gratiaꝫ ante te: ostende mihi te metipsum manifeste vt videaꝫ te: quia nō videbat sicuti est. Quando aūt nobis hoc futurum sit: idem iste sancte iohānes euāgelista in epistola sua dicit. Dilectissimi fi
b.iij. lij dei sumus: et nondū apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus: quoniā videbimus eū sicuti est Poterat dicere quoniā videbimus eū: et non addere/sicuti est. Sed quia sciebat a quibusdā patribus et prophetis visum sꝫ non sicuti est. ideo cū dixisset/ videbimus eum: addidit/sicuti est. Nemo enī vos fallat fratres eorum qui dicunt inuisibilē patrem: et visibilē filiuꝫ. Hic enī hoc asserūt qui putant eū esse creaturā: nec intellgūt
b.x. secundum quod dictū est: ego et pař vnū sumus. Prorsus in forma dei in qua equalis est patri: etiaꝫ filius inuisibilis est. Ut autē ab hominibus videretur/formā serui accepit: ⁊ ī similitudinē hominū factus/visibilis factus est. Ostendit ergo se etiā antequā susciperet carnē oculis hominū sicͤ voluit in subiecta sibi creatura: non sicuti est. Mundemus corda per fidem: vt illi in
th.v. effabili: ⁊ vt ita dicā: inuisibili visioni preparemur. Beati enī mundo corde: quoniam ipsi deum videbnnt. Uerumtamen et ex principibus multi crediderūt in euꝫ: sed propter phariseos non confitebātur: vt de sinagoga non eijcerētur. Dilexerūt enī gloriā hominum: magis quam gloriam dei Uidete queādmodū notauerit euangelista: et improbauerit quosdā quos tamē in eum credidisse dixit: qui in hoc ingressu si dei si proficerent: amorē quoq hūane glorie pficiendo superarēt: quam supauerat
a.vj. apostolus dicens. Mihi autē absit glorari nisi in cruce domini nostri iesu christi: per quē mihi mundus crucifixus est ⁊ ego mūdo. Adhoc enī et ipse dominus crucē suā vbi cum dementia superbe impietatis irrisit: in eorū qui in illum crederēt frontibus fixit vbi est quodammō sedes verecūdie vt de nomine eius fides non erubescat: et magis dei gloriam quā hominū diligat.

Explicit tractatus quinquagesimꝰ tertius. Incipit tractatus quiquagesimus quartus. Ab eo quod ait iesus. Qui credit in me: non credit in me. sed in eum qui misit me: Usq ad id quod ait. Sꝫ qui misit me pater: ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar.

Loquente do a mino nr̄o iesu christo apud iudeos/et tanta miraculorum signa faciente: quidam crediderunt predestinati in vitam eternam quos etiam vocauit oues suas: quidaꝫ vero non crediderūt nec poterant credere: eo quod occulto nec tamē iniusto iudicio dei fuerāt excecati ⁊ indurati: deserente illo qui superbis resistit: humilibus autē dat gratiam. Eorum autem qui crediderunt/alij vsq adeo confitebatur: vt palmarū ramis acceptis venieñti occurrerent: in eadē laudis confessione letantes. Alij vero ex principibus non audebant confiteri vt de sinagoga non eijcerentur: quos notauit euāgelista dicens: quod dilexerunt gloriam hominū magis quam gloriam dei. Eorū etiam qui nō crediderūt: alij erant postea credituri: quos preuidebat vbi ait. Cum exaltaueritis filium hominis: tunc agnoscetis quia ego sū. Alij vero in eadem infidelitate mansuri: quorū imitatrix est etiam ista gens iudeorum: que postmodum debellata ad testimonium prophetie que de christo scripta est/in toto pene orbe dispersa est. His ita se habentibꝰ et sua iam propinquāte pas

sione: iesus clamauit et dixit: vnde lectio cepit hodierna. Qui credit in me non credit in me sed in eum qui misit me. Et qui videt me: videt eũ q̄ misit me. Jã dixerat quodã loco. Mea doctrina non est mea: sed ei⁹ qui misit me. Ubi intelleximꝰ eum doctrinã suam dixisse verbum patris quod est ipse: et hoc significasse: dicẽdo mea doctrina nõ est mea sed eius q̄ me misit: quod a seipso ipse nõ esset sz haberet a q̄ cẽt. De⁹ eñ de deo/ filius pris. Pat aũt ñ de⁹ de deo: sz de⁹ pat filij. Nunc aũt q̄d ait / qui credit ĩ me nõ credit in me sz in eũ qui misit me: quomodo intellecturi sumus: nisi quia homo apparebat hominibus cum lateret deus: Et ne putarent hoc eum esse tantumõ quod videbant: talem ac tantum se volens credi: qualis et quantus est pater: qui credit in me inquit / non credit in me. idest in h quod videt: sed in eum qui misit me: id est in patrem. Sed qui credit in patrẽ: necesse est eum credat esse patrem. Qui autem credit eum patrem: necesse est vt credat eum habere filium Ac per hoc qui credit in patrem: necesse est vt credat in filiũ Sed ne quisq̃ hoc credat de vnigenito filio quod de his qui dicti sunt filij dei secũdum gratiam non naturã: sicut ait euangelista: dedit eis potestatem filios dei fieri: vnde et illud est quod ipse dominus commemorauit in lege dictũ: ego dixi dij estis et filij excelsi omnes: propterea dixit: qui credit in me: non credit in me: ne totum qđ de christo creditur: secundũ hominem crederetur. Ille ergo inquit credit in me qui non credit in me secundũ id quod me videt: sed in eum qui me misit: vt cum credit in patrem: credat eũ habere filium sibi eq̄lem: et tunc vere credat in me. Nam si putauerit eũ non habere nisi filios secundũ gratiam qui sunt eius vtiq̃ creatura: non verbum sed facta per verbum: nec habere filium equalem sibi atq̃ coeternũ: semper natum: pariter incõmutabilẽ: ex nullo dissimilem atq̃ imparem: non credit in patrẽ qui eum misit: quia non est hoc pater qui eum misit. Et ideo cum dixisset / qui credit in me: non credit in me sed in eum qui misit me: ne putaretur sic voluisse patrem intelligi tanq̃ patrem multorũ filiorũ per gratiã regeneratorũ: mon vnici verbi eq̄lis sibi: continuo subiecit. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Nunq̄d ait: qui videt me: non videt me. sed eũ q̄ misit me. Sicut dixerat / qui credit in me: non credit in me: sed in eũ qui misit me: Illud namq̃ dixit: ne sicut videbatur crederetur tantũmõ filius hominis. Hoc autem dixit. vt patri crederetur eq̄lis. Qui credit in me inquit: nõ credit in hoc quod videt me: sed credit in eum qui misit me. Aut cum credit in patrem qui sibi equalẽ genuit me: nõ quomõ me videt: sed sic credat in me / quomõ in eũ qui misit me. Usq̃ adeo enĩ nihil distat inter eũ et me: vt qui me videt: videat eũ q̄ me misit. Apostolos suos certe ipse dominꝰ christus misit. quod eorũ etiam nomen indicat. Nam sic grece angeli: latine nũcij vocantur: ita grece apostoli / latine missi appellãtur. Nũquã tamẽ aliquis apostolorũ dicere auderet: qui credit in me non credit in me sed ĩ eum qui misit me. Omnino enĩ non diceret / qui credit in me: credimus enim apostolo: sed non credimus in apostolũ: Non enim apostolus iustificat impiũ. Credenti enim in eum qui iustificat impium. deputatur fides eius ad iusticiam. Posset dicere apostolus: qui recipit me recipit eũ qui me misit: vel qui audit me / audit eum qui me misit. Hoc enĩ eis ipse dominus ait. q̄ vos recipit me recipit: et qui recipit me recipit eum qui me misit: quia dominus honoratur in seruo: et pater in filio: sed pater tanquã in filio: dominus tanquã in seruo. Filius autem vnigenitus recte dicere potuit: credite in deũ et in me credite. Et qđ nunc ait: qui credit in me: non credit ĩ me sed in eum qui misit me: non a se abstulit fidẽ credentis: sed noluit in forma serui remanere credentem: quoniã cũ quisq̃ credit in patrem qui eum misit: profecto credit in filium sine quo patrẽ non esse cognoscit: et ita credit vt credat equalẽ: quoniã sequitur: et qui videt me. videt eum qui me misit. Attẽde cetera. Ego lux in mũdũ veni: vt omnis qui credit ĩ me in tenebris nõ maneat. Dixit q̄dã loco discipulꝰ suis. Uos estis lux mũdi. Nõ

Marginalia: Joh. vij. — supra tractatu. xxix. — Joh. j. — Ps. lxxxj. — B — Luce. — Roma. — Math. — Joh. — Math.

potest ciuitas abscondi supra montē cōstituta. Neqꝫ accendūt lucernam et ponunt eam sub modio: sed supra candelabrum. vt luceat omnib⁹ qui in domo sūt Sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videant opera vestra bona: et glorificent patrē vestrū qui in celis est Non tamē eis dixit: vos lux venistis in mundum: vt omnis qui credit in vos in tenebris nō maneat Nusqꝫ hoc legi possc confirmo. Lumina ergo sunt omnes sancti: sed credendo ab eo illuminātur: a quo si recesserit/tenebrabitur. Lumē autem illud quo illuminantur/a se recedere non potest: quia incōmutabile omnino est. Credimus ergo lumini illuminato: sicut prophete: sicut apostolo Sed ideo illi credimus vt non in ipsum credamus quod illuminatur: sed cum illo credamus in illud lumen a quo illuminatur: vt et nos illuminemur/non ab illo: sed cum illo a quo ille. Cum autē dicit: vt omnis qui credit ī me in tenebris non maneat: satis manifestat omnes se in tenebris inuenisse Sed ne in eis tenebris maneant in quibus inuenti sunt: debent credere in lucem que venit in hūc mundum: quia per illam factus est mundus.

C ¶ Et si quis audierit inquit verba mea et custodierit: ego nō iudico eum. Mementote que vos audisse in superioribus lectionibus noui: et qui obliti forte estis recolite: et qui nō affuistis sed adestis, audite quomodo dicit filius: ego non iudico eum: cum dicat alio loco: pater non iudicat quēquā sed omne iudiciū dedit filio: nisi quia intelligendū est: mō non iudico eū? Quare nō iudicat modo? Attende quid seqtur. Non enim veni inquit vt iudicem mundum: sed vt saluificem mundum: idest vt saluum faciam mūdum. Nunc ergo est tempus misericordie: postea erit iudicij: qa misericordiā inquit et iudiciū cantabo tibi domīe. Sꝫ de ipso etiam futuro nouissimo iudicio videte quid dicat Qui spernit me et non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die. Non ait qui spnit me et non accipit verba mea: ego nō iudico eum in nouissimo die. Hoc enim si dixisset: non video quomō posset nō esse cōtrarium illi sententie vbi ait: pater non iudicat quemqꝫ sed omne iudiciū dedit filio. Cū vero dixit/qui spernit me et nō accipit verba mea habet qui iudicet eū: expectantibus autē quisnā ille esset: secutus adiunxit: sermo quem locutus sū ille iudicabit eum in nouissimo die: satis manifestauit seipsum iudicaturuꝫ in nouissimo die. Seipsum quippe locutus est: seipsum annunciauit: seipsum ianuā posuit: quia ipse ad oues pastor ītraret Aliter itaqꝫ iudicabuntur qui nō audierunt: aliter qui audierunt et contempserunt. Qui enī sine lege peccauerunt: ait apostolus. sine lege et peribunt: et qui ī lege peccauerunt: per legem iudicabuntur. Quia ego inquit ex me ipso nō sum locutus. Ideo se dicit non locutum ex seipso: quia non est ex se ipso. Iā hoc sepe diximus: iam hoc tanqꝫ notissimum non docere sed admōere debem⁹. Sed qui misit me pater ipse mihi mandatum dedit: quid dicam et quid loquar. Non laboraremus: si cum eis nos loqui sciremus: cum quibus superiora locuti sumus: et cum eisipsis non omnibus: sed qui audierūt memoria retinentibus. ¶ Nunc vero qa fortasse aliqui assunt qui non audierūt: eisqꝫ sunt similes qui obliti sūt quod audierunt: propter illos perferant moras nostras qui audita meminerunt. Quomodo dat mandatum pater vnico filio? Quo verbo loquitur verbo: cum sit ipse filius vnigenit⁹ verbum? Nunquid per angelum: cum per ipsum creati sunt angeli? Nunquid per nubem: que quādo sonuit ad filium/non propter ipsum sonuit quod alibi dicit etiā ipse: sꝫ propter alios quos oportebat ita audire? Nunquid per sonum labijs emissum qui non habet corpus? An aliquo locoruꝫ interuallo fili⁹ a patre separatur: vt sit inter illos aer medi⁹: quo percusso vox fiat et ad aurēꝫ veniat? Absit: vt talia de illa ī

Margin notes: Jo. v. (beside "cat alio loco"); Ps. c. (beside "inquit et iudiciū"); Rho. ij. (beside "runt. Qui enī"); D (beside "Nunc vero")

corporea et ineffabili substantia suspice mur. Filius vnicus est verbum patris: et sapientia patris: in illa sunt omnia man data patris. Neq enim patris mandatum filius aliquando nesciebat: vt eum necesse esset ex tempore habere quod antea non habebat. Ita enim a patre quod habet accepit: vt nascendo acceperit: deditq illi gignendo. Nam et vita est: et accepit vitam vtiq nascendo/non prius sine vita existendo: quia et pater habet vitam: et quod habet est: nec accepit tamen/quia non ex aliquo est. Filius autem accepit vitam dante patre a quo est: et ipse quod habet est. Habet enim vitam et vita est. Ipsum audi loquentem: Sicut habet inquit pater vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Nunquid existenti et non habenti dedit. Sed eo dedit quo genuit qui vitam genuit: et vita genuit vitam: et quia parem genuit/ non imparem genuit vitam: ideo dictum est. Sicut habet ipse vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Vitam dedit: quia gignendo vitam quid dedit nisi esse vitam? Et quia eterna est ipsa natiuitas. Nunquam non fuit filius qui est vita: nunquam non fuit filius sine vita. Et sicut est natiuitas eterna: sic est qui natus est vita eterna. Ita et mandatum non quod filius non habebat pater dedit: sed sicut dixi/ in sapientia patris quod est verbum patris: omnia mandata sunt patris. Dicitur autem mandatum datum: quia non est a se ipso cui dicitur datum. Et hoc est dare filio sine quo nunquam filius fuit: quod est gignere filium qui nunquam non fuit. Sequitur autem. Et scio quia mandatum eius vita eterna est. Si ergo vita eterna est ipse filius. et vita eterna est mandatum patris: quid aliud dictum est/quam ego sum mandatum patris? Proinde et id quod adiungit et dicit: que ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor: non accipiamus dixit mihi: quasi pater verba locutus sit vnico verbo: aut egeat dei verbis: dei verbum. Dixit ergo pater filio: sicut dedit vitam filio non quod nesciebat vel non habebat. sed quo ipse filius erat. Quid est autem/sicut dixit mihi pater sic loquor: nisi verbum loquor? Ita ille dixit vt verax: ita iste loquitur vt veritas. Verax autem genuit veritatem. Quid ergo iam diceret veritati? Non enim imperfecta erat veritas cui verum aliquid adderetur: Dixit ergo veritati: quia genuit veritatem. Porro ipsa veritas sic loquitur vt ei dictum est: sed intelligentibus quos docet vt nata est. Vt autem crederent homines quod intelligere nondum valent: ex ore carnis verba sonuerunt: et abierunt. Transuolantes soni strepuerunt: peractis morulis temporum suorum. Sed res ipse quarum signa sunt soni: traiecte quodammodo in eorum memoriam qui audierunt: etiam ad nos per litteras que visibilia signa sunt peruenerunt. Non sic loquitur veritas: Intelligentibus mentibus intus loquitur: sine sono instruit. intelligibili luce perfundit. Qui ergo potest in ea credere natiuitatis eius eternitatem: ipse illam sic audit loquentem: sicut ei dixit pater quod loqueretur. Excitauit nos ad magnum desiderium interioris dulcedinis sue: sed credendo capimus: ambulando crescimus: proficiendo ambulamus: vt peruenire possimus.

Joh. v. [margin, beside "Sicut habet inquit pater vitam in semetipso"]

E [margin, beside "Sequitur autem"]

¶ Explicit tractatus quinquagesimusquartus. Incipit tractatus quinquagesimusquintus. Ab eo quod ait. Ante diem festum pasce sciens iesus quia venit hora eius. Vsq ad id quod ait. Venit ergo ad simonem petrum:

A Cena domini secundū iohannē adiuuante ipso debitis est explicanda tractatibus: ⁊ vt nobis posse donauerit explananda. Ante diem autē festū pasche: sciens iesus quia uenit hora eius vt trāseat ex hoc mūdo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mundo. in finē dilexit eos. Pascha autē fratres nō sicut quidam existimant grecum nomen est: sed hebreū. Oportunissime tamē occurrit in hoc nomie quedā cōgruentia vtrarumqꝫ linguarū. Quia eni passio grece πάσχειν dicitur: ido pascha passio putata est: velut hoc nomine a passione sic appellatū est. In sua vero lingua. hoc est hebrea: pascha transitus dicitur propterea / quia tunc primū pascha celebrauit populus dei: quando ex egipto fugientes rubrum mare transierūt. Nunc ergo figura illa ꝑphetica in veritate completa est. cum sicut ouis ad immoladuꝫ ducitur christus: cuius sanguine illitis postibꝰ nostris. i. cuius signo crucis signatis frontibus nostris: a perditiōe huius seculi tanquā a captiuitate vł interemptione egyptia liberamur: ⁊ agimus saluberrimū transitum: cū a diabolo trāsimus ad christum: et ab isto instabili seculo ad eius fundatissimū regnū. Ideo quippe ad deum permanentē transimus ne cum mundo transeunte transeamus: De hac nobis collata gratia deum laudans apostolus dicit: Qui eruit nos de potestate tenebrarū: et transtulit in regnum filij claritatis sue. Hoc itaqꝫ nomē idest. pascha quod latine vt dixi transitus nuncupatur: velut interpretans nobis beatus euangelista: ante diē inquit festum pasche sciēs iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mndo ad patrem. Ecce pascha: ecce trāsitus. Unde et quo? De hoc scilicet mūdo ad patrē. Spes membris in capite data est: quod essent in illo transeunte sine dubio secutura. Quid ergo infideles et ab hoc capite atqꝫ ab eius corpore alieni? Nonne et ipsi transeunt: quia non permanent? Transeūt plane et ipsi. Sed aliud ē trāsire de mundo: aliud est transire cuꝫ mūdo. aliud ad patreꝫ: aliud ad hostē. Nā et egiptij transierūt: non eni persequēdo manserunt. Nō tamē transierūt per mare ad regnum: sed in mari ad interitum. ¶ Sciēs ergo iesus quia venit hora eius: vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erāt in mundo: in finē dilexit eos Uti qꝫ vt et ipsi de hoc mundo vbi erant / ad suum caput quod hinc transisset eius dilectione transirent. Quid est eni in finē nisi in christū? Finis eniꝫ legis christus ait apostolus ad iusticiam omni credenti. Finis perficiens: non interficiens. Finis quousqꝫ eamus: non vbi pereamus. Sic omnio itelligēdū ē: pascha nrm immolatꝰ est christus. Ipse est finis noster in illum est transitus noster. Naꝫ video posse ista verba euangelica quodā hūano modo etiam sic accipi: tanqꝫ vsqꝫ ad mortem christꝰ dilexerit suos: vt hoc videatur esse in finem dilexit eos. Humana est hec sentētia: non diuina. Neqꝫ eni nos hucusqꝫ ille dilexit: qui semper ⁊ sine fine nos diligit. Absit vt dilectionem morte finierit: qui non est morte finitus. Etiam post mortem quinqꝫ fratres suos dilexit diues ille superbus atqꝫ impius: et vsqꝫ ad mortem nos dilexisse putandus est christus? Absit carissimi Nequaquā ille nos diligendo vsqꝫ ad mortē veniret: si dilectioneꝫ nostram morte finiret: nisi forte ita sit intelligendum / in finem dilexit eos / vsqꝫ ad mortem dilexit eos: quia tantum dilexit: vt moreretur pro eis. Hoc enim testatur dicens. Maiorem hac charitatē nemo habet: quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis Ita sane non prohibemꝰ intellgi in fineꝫ dilexit: vsqꝫ ad mortē dilexit. i. vsqꝫ ad morteꝫ illū dilectio ipsa perduxit Et cena inquit facta: cum diabolus iā misisset in cor vt traderet

Margin notes (left): A — ...ulum. — ...ie, liij. — Colo. j.

Margin notes (right): B — Rho. x. — j. Cor. v. — Luce. xvj. — Joh. xv.

eum iudas simõis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in
Ar. exiuit. manus: et quia a deo † exiit et ad deum vadit: surgit a cena: et ponit vestimenta sua. Et cum accepis
Ar. misit set lintheũ precinxit se. De inde † mittit aquam in peluim: et cepit lauare pedes discipulorũ: et extergere
C gere lintheo quo erat precinct⁹.
¶ Non ita debemus intelligere cenam factam: veluti iam consumptã atq transactaz. Adhuc enĩ cenabatur cum dominus surrexit et pedes lauit discipulis suis. Naz postea recubuit: et buccellã suo traditori postea dedit: vtiq cena nõdũ finita: hoc est dum adhuc panis esset in mensa. Cena ergo facta dictum est/iam parata: et ad conuiuantiũ mensam vsuz q perducta. Quod autẽ ait: cum diabolus iaz misisset in cor vt traderet eum iudas simõis scariothis. Si queris quid missum sit in cor iude: hoc vtiq vt traderet eum. Missio ista: spiritualis suggestio est. Non fit per aurẽ sz per cogitationem: ac per hoc non corporaliter sed spiritualit. Neq eñ spiritua le quod dicitur: semper in laude accipiendum est. Nouit apostolus quedã spi
Ephe. vj. ritualia nequicie in celestib⁹: aduersus que nobis colluctationẽ esse testat. Nõ autem essent maligna etiã spiritualia: si non essent etiã maligni spiritus. Ab spiritu enĩ spiritualia nominãtur. Sz quomodo ista fiant vt diabolice suggestiones imittentur: et humanis cogitationibus misceantur: vt eas tanq suas deputet homo: vnde scit homo? Nec dubitãdum est etiam bonas suggestiões a bono spiritu ita latenter ac spiritualit fieri. Sed interest quib⁹ nam earũ mens hũana consentiat diuino auxilio /vel deserta p meritũ: vel adiuta per gratiam. Factum ergo iam fuerat in corde iude per ĩmissionẽ diabolicã vt traderet discipulus magistrũ: sed quẽ non didicerat deum. Iaz talis venerat ad conuiuium explorator pastoris/insidiator saluatoris: venditor redemptoris: iam talis venerat et videbatur: et tolerabatur: et se ignorari arbitrabatur: quia in eo quẽ volebat fallere fallebatur. At ille isto ipso corde intus inspecto nesciente: scienter vtebatur. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Ergo et ipsum traditorẽ. Nam si eum in manib⁹ non haberet: non vtiq illo vteretur vt vellet. Proĩde iã traditor traditus erat ei quez tradere cupiebat: atq ita malũ tradendo faciebat: vt de illo tradito bonum fieret quod nesciebat. Sciebat enĩ dominus quid faceret pro amicis: q pacienter vtebatur inimicis. Ac sic oĩa dederat pater in manus eius: et in vsũ mala: et in effectum bona. Sciens etiaz quia a deo exiit et ad deũ vadit. Nec deuz cum inde exiret: nec nos deserens cum rediret. Hec ergo sciẽs: surgit a cena: ⁊ ponit vestimẽta sua. Et cum accepisset lintheũ: precinxit se. Deinde misit aquam in peluĩ et cepit lauare pedes discipulorũ: ⁊ extergere lĩtheo quo erat precinctus. ¶ Debemus carissimi sẽ
D sum euãgeliste diligenter attẽdere. Locuturus quippe de tanta domini humilitate: prius eius celsitudinẽ voluit cõmẽdare. Ad hoc pertinet quod ait: sciẽs q omnia dedit ei pater in manus: et quia a deo exijt et ad deum vadit. Cũ illi ergo omnia pater dedisset in manus: ille discipulorum non manus sed pedes lauit. Et cuz se sciret a deo exisse et ad deum pergere: non domini dei sed hominis serui impleuit officiũ. Ad hoc autez pertinet quod etiã de traditore ipsius quia iaz talis venerat: qui nec ab illo ignorabatur: preloqui voluit: vt hoc quoq ad maximũ cumulum hũilitatis accederet: quod etiã illi non dedignatus est pedes lauare: cuius manus iaz preuidebat in scelere. Quid autẽ mirum si surrexit a cena et posuit vestimenta sua: qui cum in forma dei esset semetipsum exinanuit? Et qd mirũ si pcixit se litheo: q
Phil. ij formã serui accipiẽs habitu iuẽt⁹ ẽ vt hõ. Quid mirũ si misit aquã in peluiz vnde

lauaret pedes discipulorum: qui in terrã sanguinez fudit: quo immũdiciã dilueret peccatorum. Quid miruz si lintheo quo erat precinctus pedes quos lauerat tersit: qui carne qua erat indutus euãgelistarũ vestigia confirmauit. Et linteo quidẽ vt se p̃cingeret: posuit vestimenta sua que habebat. Ut autẽ formam serui acciperet quãdo semetipsum exinaniuit: non quod habebat deposuit: sz quod nõ habebat accepit. Crucifigẽdus sane suis expoliatus est vestimentis: et mortuus inuolutus est linteis: et tota illa eius passio / nostra purgatio est. Passurus igitur exicia: premisit obsequia: non soluz eis pro quibus erat subiturus mortem: sed etiã illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta est quippe humane humilitatis vtilitas: vt eã suo cõmendaret exemplo etiã diuia sublimitas: quia homo superbus in eternũ periret: nisi eum deus humilis inueniret. Uenit em̃ filius hominis querere: et saluũ facere qđ perierat. Perierat autẽ supbiam decepto ris secutus: ergo humilitatẽ redemptoris sequatur inuentus.

[margin: ...ue. ix.]

Explicit tractatus quinquagesimusquintus. Incipit tractatus q̃nquagesimussextus. Ab eo quod ait. Uenit ergo ad simonem petrũ et dicit ei petrus. Domine tu lauas mihi pedes / Usqz ad id quod ait. Qui lotus est nõ idiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus.

CUm lauaret pedes discipulorũ domin⁹: venit ad simonem petrum: et dicit ei petrus Domine: tu mihi lauas pedes? Quis enim non expauesceret lauari sibi pedes a dei filio? Quãuis itaq magne fuisset audacie contradicere seruuz domino: hominem deo. Tamẽ hoc petrus facere maluit: quaz perpeti vt sibi pedes lauarẽtur a domino z deo. Nec putare debemus hoc petrum inter ceteros formidasse atq recusasse: cum id alij ante ipsum libenter vel eq̃nimiter sibi fieri permisissent. Facilius q̃ppe sic accipiũtur ista verba euãgelij: quia cum dictum esset: cepit lauare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat precinctus: deĩde subiunctũ est: venit ergo ad simonem petrũ: quasi aliquibus iã lauisset / et post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primũ apostolorũ esse beatissimum petrũ? Sed non ita intelligendum est quod post aliquos ad illũ venerit: sed quod ab illo ceperit. Quãdo ergo pedes discipulorũ lauare cepit: venit ad euz a q̃ cepit: idest. ad petrũ. Et tũc petrus quod etiam quilibet eorum expauisset: expauit atq ait. Domie: tu mihi lauas pedes? Tu mihi. Quid est tu? Quid est mihi? Cogitãda sunt potius quã dicẽda: ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignũ concipit anima: non explicet lingua. Sed respõdit ies⁹ et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autẽ postea: Nec tamẽ ille dominici facti altitudĩe exterritus permittit fieri quod cur fieret ignorabat: Sed vsq ad suos pedes humilez christũ adhuc non vult videre: non potest sustinere. Non lauabis mihi inq̃t pedes ineternuz. Quid est ineternũ. Nũquam hoc feram: nunquã paciar: nunquã sinam. Hoc quippe in eternũ non fit: quod nunquã fit. Cum saluator egrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens: si non lauero te inquit. non habebis partem mecum. Ita dictum est si nõ lauero te / cũ de solis pedibus ageretur quomodo dici assolet / calcas me: quando sola planta calcatur. At ille amore et timore p̃turbat⁹: et pl⁹ expauescẽs xp̃m sibi negari quã vsq ad suos pedes hũiliari: domie ait nõ tantũ pedes meos sed z manus z caput. Quãdoq̃dẽ sic mĩaris lauãda tibi mẽbra mea: nõ solũ tibi ima non subtraho verũetiã p̃ma substerno. Ne mihi neges capiẽdã tecũ partẽ: nullã tibi nego abluendã mei corporis partem. Dicit ei iesus. Qui lotus est: non habet opus nisi pedes lauare: sed est mũdus totus. Hic moueatur fortassis quis et dicat. Immo si mundus est totus

[margin: infra tractatu. lvij.]

[margin: Textus in B tractatu q̃ndoq preteritur: quãdoq mutatur.]

[margin: Infra tractatu. lvij. B]

quid ei opus est vel pedes lauare? Dominus autem nouerat quod dicebat: etiaȝ si nostra infirmitas eius secreta nō penetrat Uerūtamen quantū nos erudire et ex lege sua docere dignatur: pro captu meo. ꝑ modulo meo: aliquid etiā ego de huius q̄stionis profunditate illo adiuuante respōdeam: ac primū ipsam locutioneȝ non sibi esse contrariā facillime ostendā. Quis enī non ita rectissime loqui possit: mundus es totus preter pedes? Elegātius autē loquitur si dicit: mundus es totus nisi pedes: qđ tantundē valet. Hoc ergo ait domin⁹: nō habet opus nisi pedes lauare: sed est mundus totus. Totus vtiq̧ preter pedes: vel nisi pedes quos habet opus lauare. Sed quid ē hoc. Quid sibi vult/quid? hic necessarium est vt queramus. Dn̄s dicit. veritas loquitur. qđ opus habet pedes lauare etiā ille qui lotus est Quid f̄res mei q̄d putatis. nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluit̄. nō preter pedes sȝ tot⁹ omnino. Uerūtn̄ cū ī reb⁹ hūanis postea viuitur. vtiq̧ terra calcatur. Ipsi igit̄ humani affectus sine quibus in hac mortalitate nisi viuitur/ quasi pedes sunt vbi ex humanis rebus afficimur: ⁊ sic afficimur.
vt si dixerim⁹ q̄ȝ pctm̄ nō habem⁹ nosipos
i. Joh. i. decipim⁹ ⁊ vitas ī nob nō ē Quotidie igit̄ pedes lauat nobis. qui īterpellat ꝑ nobis Et quotidie nos opus habemus vt pedes lauemus. id ē vias spiritualium gressuum dirigamus In ipsa oratione dominica cō-
Math. vi. fitemur cū dicimus. dimitte nobis debita nostra. sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Si enim confiteamur sicut scriptū est peccata nostra. ꝑfecto ille qui lauit pedes discipulorum suorū / fidelis est et iustus qui dimittat nobis peccata nostra et mundet nos ab omni peccato: idē vsq̧ ad pedes quibus conuersamur in terra. Proinde ecclesia quā mundat xp̄s lauacro aq̄ in verbo: non solum in illis est sine macula et ruga: qui post lauacrum regenerationis continuo ex huius vite contagiōe tolluntur: nec calcant terrā vt opus habeant pedes lauare: verumetiam in his quibus istam misericordiā prebens dominus fecit eos de seculo isto lotis etiam pedib⁹ emigrare. In his autē qui hic demorant̄: etiā si mūda sit: quoniā iuste viuūt: opus tamē habent pedes lauare: quoniā sine peccato vtiq̧ non sunt. Propter hoc dicit in canti-
co canticoruȝ: Laui pedes meos: quomō inquinabo illos? Dicit̄ enim hoc cū cogitur ad christum venire: et terram calcare conuenit. Alia questio rursus exoritur: Nonne christus sursum est? Nōne ascēdit in celum et sedet ad dexterā patris? Non ne apostolus ad nos clamat et dicit? Si ergo resurrexistis cū christo/que sursum sūt querite: vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terram. Quomō ergo vt ad christū eamus/terram calcare conpellimur: cū potius nobis sursum cor habendū sit ad dominum: vt cū illo esse possimus? Uidetis fratres hodierni temporis angustias: istā coartare questionē. Quod et si vos forte minus videtis: ego vtcumq̧ video quāte disputationis indigeat. Unde peto vt eam potius suspendi quā vel negligentius vel angustius pertractari: nō fraudata sed dilata expectatiōe paciamini Aderit eīm dommin⁹ qui nos debitores facit: vt faciat etiam redditores.

Caticorum. v.

Colos. iii.

Explicit tractatus quinquagesimus sextus: Incipit tractatus quinquagesimus septimus. De eadem lectione.

Non immemor mei debiti et iam reddendi tempus agnosco. Donet vnde reddam/qui donauit vt debeaȝ. Donauit eīm dilectionē de qua dictum est. Nemini q̄cquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Donet etiam sermonē quem video me debere dilectis Expectationē vestrā ad hoc nempe distuleraȝ: vt explicarem sicut possem/queādmodū etiā per terraȝ veniatur ad christum. cū potius iubeamur que sursum sunt querere nō que super terrā Sursum enī christus est sedens ad dexterā patris. Sed profecto ⁊ hic est ꝑpter quod ⁊ saluo in terra seuiēti dicit Saule saule q̄d me persequeris. Ut autē hoc querēdū susciperemus / id tractabatur quod domin⁹

Ro. xiii.

pedes discipulis lauit: cum iam ipsi disci-
puli loti essent: nec opus haberent nisi pe-
des lauare. vbi visum est intelligendũ q̃d
baptismo quidẽ homo totus abluitur: sed
dum isto postea viuit in seculo / hũanis af
fectibus terram velut pedibus calcans: ip
sa scilicet conuersatione vite huius con-
.vj. trahit vnde dicat: dimitte nob debita nr̃a
Ac sic etiã inde mũdatur ab eo qui pedes
lauit discipulis suis: nec desinit interpella-
x.v re pro nobis. Hic occurrerũt ex cantico cã
ticorũ ecclesie verba dicẽtis: Laui pedes
meos: quomõ inquinabo eos. Cũ vellet
ire et aperire ei qui venerat ad eã et pul-
sauerat: sibiq; aperiri poposcerat ille spe-
ciosus forma pre filijs hominũ. Hinc que
stio nata est quã coartare noluimus angu
stijs temporis: ideoq; distulimus: quo nã
modo ecclesia timeat inquinare pedes dũ
pergit ad christum: quos baptismate laue
rat christi. Sic enĩ ait. Ego dormio: et cor
meum vigilat. Vox fratruelis mei pulsat
ad ianuam: Deinde dicit etiã ipse: Aperi
mihi soror mea: proxĩa mea: colũba mea:
perfecta mea: quia caput meum repletum
est rore / et crines mei guttis noctis. Et re-
spondit illa. Exui me tunica mea: quomõ
induam eam? Laui pedes meos: quomõ ĩ
quinabo illos? O admirabile sacramen-
tum: et grande misteriũ. Ergo ne timet in
quinare pedes veniendo ad eum qui la-
uit suorũ discipulorũ pedes? Timet certe
quia per terrã venit ad eũ qui etiã in ter
ra est: quia suos hic constitutos non dese-
rit. An non ipse ait. Ecce ego vobiscũ sũ
vsq; ad cõsummationẽ seculi? An non ipse
ait. videbitis celos aptos et angelos dei
ascẽdẽtes et descẽdẽtes ad filiũ homĩs?
Si ascendũt ad eum propterea quia sur-
sum est: quomõ ad eum descendũt si etiã
non hic est? Dicit ergo ecclesia. Laui pe-
des meos: quomõ inquinabo eos: In his
hoc dicit qui predicant christum et aperi-
unt illi hostiũ vt habitet per fidem in cor-
dibꝰ hominũ. In eis h̃ dicit cũ deliberãt
vtrũ ministeriũ tale suscipiãt cui se minꝰ
idoneos existimant: vt sine culpa impleãt
ne forte alijs predicantes / ipsi reprobi fiãt
.ix. Tutius enĩ veritas auditur quã predica-
tur: quoniã cum auditur / humilitas custo
ditur. Cum autẽ predicatur / vix nõ subre
pit cuiuis hominũ quãtulacũq; iactantia:
in qua vtiq; inquinentur pedes. Ergo vt Jacob.j.
apostolꝰ iacobꝰ dixit: sit omnis homo ve-
lox ad audiendũ: tardus autẽ ad loquen-
dum. Dicit et alius hõ dei. Auditui meo
dabis gaudiũ et leticiam: et exaltabũt os Ps.l.
sa humiliata. Hoc est quod dixi: cum veri
tas audit / humilitas custodit. Dicit et ali
us. Amicus autem sponsi stat et audit eũ: Joh.iij.
et gaudio gaudet ꝓpter vocẽ spõsi. Fruã
mur auditu: sine strepitu nobis loquente ĩ
trinsecus veritate: quãq; etiam cum forin
secus insonat per legentẽ: per annunciãtẽ
per predicantẽ: per disputantẽ / per preci-
pientem / per consolantẽ / per exhortantẽ /
per ipsum etiã cantantẽ atq; psallentẽ: ipsi
qui hec agunt / inquinare pedes suos time
ant: eũ placere hominibus subrepẽte amo
re humane laudis affectant. Ceterũ q̃ eos
audit libenter et pie: non habet locũ iactã
di se in laboribus alienis / et nõ inflatis os-
sibus hũiliatis: gaudio gaudet propt vo-
cem dominice veritatis. Proinde in eis q̃
libenter et humilit audire nouerunt: et vi-
tam quietã in studijs dulcibus et salubri-
bꝰ agũt: catholica deliciet ecclesia et dicat
Ego dormio et cor meũ vigilat. Quid ẽ /
ego dormio: et cor meũ vigilat: nisi ita q̃e
sco vt audiã? Ociũ meum non impendi-
ditur nutriende desidie: sed percipiende
sapientie. Ego dormio: et cor meum vigi-
lat: vaco et video quoniã tu es dominus: Canticorũ.v
quia sapiẽtiã scribo in tempore ocij: et qui Ps.xlv.
minorat actu ipse percipiet eam. Ego dor eccle.xxxviij
mio: et cor meum vigilat. Ego requiesco
a negociosis actibus: et animus meus di-
uinis se intendit affectibus. Sed ĩ his qui
isto modo suauiter et humilit requiescũt:
dum ociose oblectatur ecclesia: ecce pul-
sat ille qui ait Que dico vobis in tenebris
dicite in lũine: et quod in aure auditis pre
dicate super tecta. Vox ergo eius pulsat
ad ianuã: et dicit. Aperi mihi soror mea: Math.x.
proxima mea / columba mea / perfecta mea Canticorũ.v
quia caput meũ repletũ est rore: et crines
mei guttis noctis. Velut si diceret. Tu va
cas: et ꝯtra me hostiũ clausũ ẽ. Tu studes
ocio paucorum et habũdãte iniq̃tate refri
gescit caritas mltorũ. Nox q̃ppe ĩiq̃tas ẽ.

Ros vero eius et gutte: hi sunt qui frigescunt et cadunt et faciũt refrigescere caput christi: hoc est vt non ametur deus: caput enim christi deus. Sed portantur i crinibus idest in sacramentis visibilibus tolerant: cũ nequaq͂ interiora sensus attigũt. Pulsat ergo vt excuciat q̄etē sanctis ociosis: et clamat. Aperi mihi de sanguīe meo soror mea: de accessu meo proxima mea: de spiritu meo columba mea: de sermone meo quē plenius ex ocio didicisti perfecta mea. Aperi mihi: p̄dica me Ad eosq̄ppe qui clauserunt contra me: quomõ intrabo sine aperiente? Quomõ enĩ audient sine predicante? Hic fit vt etiã hi qui amãt ocium studiorũ bonorũ: et nolunt perpeti laboriosarũ molestias actionũ: eo q̄d minus idõeos ad hec ministranda / et sine reprehensiõe agenda se sentiũt: mallent si fieri posset sanctos apostolos et predicatores veritatis antiquos excitari aduersus habundantiã iniquitatis: quia feruor friguit charitatis. Sed in eis qui iã de corpore exierunt et carnis indumēto expoliati sunt: neq͂ enĩ ab ea separati sunt: respõdeat ecclesia. Exui me tũica mea: quomõ induam eam? Recipietur quidē illa tunica et in eis qui iã exuti sunt: rursus vestietur carne ecclesia: non tamē nunc quando feruefaciēdi sunt frigidi: sed tũc quando resurrecturi sunt mortui. Passa ergo difficultatē p̄pter inopiã predicatorũ et recolens illa sua membra sana sermonib⁹: sancta moribus: sꝫ iã exuta corporib⁹: ingemit et dicit ecclesie. Exui me tunica mea: quomodo induaꝫ eaꝫ? Membra illa mea que christo aperire euãgelizando excellētissime potuerũt: quomõ ad corpora quibus exuta sunt redire nunc possunt? Deide respiciens ad eos qui predicare et populos acquirere ac regere: ac sic christo aperire vtcumq͂ possunt: sed in his difficultatib⁹ actõnũ peccare metuũt: laui ĩquit pedes meos: q̃mõ inq̃nabo illos? Quisq͂s enim in verbo non offendit: hic perfectus ē vir. Et quis est perfectus? Quis est qui nõ offendit in tanta habũdantia iniq̃tatis: tanto frigore charitatis? Laui pedes meos: q̃modo inq̃nabo eos? Quandoq̃dem lego et audio. Nolite multi magistri fieri frēs quoniã maius iudiciũ sumitis. In multis enĩ offendimus omnes. Laui pedes meos quomõ inq̃nabo eos? Sꝫ ecce surgo ꝛ aperio: christe laua eos. Dimitte nobis debita nostra: quoniã non est extincta charitas nostra: quia et nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Quando te audimus exultant tecum in celestibus ossa hũiliata. Sed quãdo te predicamus: terraꝫ calcamus vt tibi aperiamus. Et ideo si reprehēdimur perturbamur: si laudamur inflamur. Laua pedes nostros ante mũdatos: sed cũ ad apiēdũ tibi per terrã pergim⁹ inq̃natos Hec vob hodie satis sint dilectissimi. Si q̃d secus quã oportuit dicentes fortassis offendimus: vel laudibus vestris imoderatius quã oportuit eleuati sum⁹: impetrate mũdationem pedibus nostris deo placentib⁹ orationibus vestris:

i. Cor. xi
Ro. x.
Can. v.
Jacobi. iij.
Math.
Ps. I.

Explicit tractatus quinquagesimus septimus. Incipit tractat⁹ q̃nquagesimus octau⁹. Ab eo quod dicit: et vos mũdi estis sed nõ omnes. vsq͂ ad id quod ait. Exemplũ dedi vobis: vt quem admodũ ego feci vobis / ita et vos faciatis.

Iam illa verba sancti euangelij vbi dñs lauãs pedes discipulis suis ait: qui lotus est semel nõ habꝫ necessitatē nisi pedes lauare: sed est mundus totus: dilectiõi vestre vt dominus donare dignat⁹ est exposuimus. Nunc quod sequitur videamus Et vos inquit mundi estis: sed nõ omnes. Hoc quid sit ne quererem⁹: ipse euangelista patefecit adiungēs. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: non estis mundi omēs. Quid hoc aperti⁹? Proinde ad seq̄ntia transeamus. Postq͂ ergo lauit pedes eorũ ꝛ accepit vestienta sua: cũ recubuisset iterũ dixit eis. Scit q̃d feceri vobis? Nunc est vt beato petro reddat illa promissio.

Pilatum enī fuerat: quando expauescen
ti ⁊ dicenti/non lauabis mihi pedes in et=
num responsum est ei. Quod ego facio tu
nescis modo: scies autem postea. Ecce est
ipsum postea: iam tempus est vt dicatur
quod pauloante dilatū est. Memor itaq
dñs se ꝓmisisse iam dudum scientiaȝ facti
sui tam inopinati/ taȝ mirabilis/tam expa
uescendi. ⁊ nisi ipse vehementer terruisset
nullo modo sinendi vt magister non tan=
tum ipsoꝝ sed angeloꝝ: ⁊ dñs non tm̄ ipso
rum sed rerum oīum/lauaret pedes disci=
puloꝝ ⁊ seruorū suoꝝ: Huius ergo tanti
facti qm̄ promiserat scientiā dicens: scies
autem postea: quid sit quod fecit docere
nunc incipit. **Uos inquit vocatis me magister ⁊ dñe: ⁊ bene dicitis. Sū etenim.** Bene dicitis quia verum dicitis
xxvij Sum quippe quod dicitis. Homini prece=
ptum est. non te laudet os tuū: sed laudet
te os ꝓximi tui. Periculosuȝ ē ei sibi pla
cere: cui cauendū est supbire. Ille autem
qui super oīa est/q̄tūcunq se laudet non
se extollit excelsus: nec potest recte dici ar
rogans deus. Nobis nanq expedit eum
nosse non illi: nec eum quisq̄ cognoscit si
non se indicet ipse qui nouit. Si ergo non
se laudando quasi arrogantiā vitare vo=
luerit: nobis sapientiā denegauit. Et ma=
gistrum quidem quod se esse dicit nemo
rephenderet/etiam qui eum nihil esse ali=
ud q̄ hoīem crederet: qm̄ id profitetur qꝺ
et ipsi homines in q̄buslibet artibus vsq
adeo sine arrogantia ꝓfitent: vt ꝓfessores
vocentur. Quod vo dñm ⁊ ipse se dicit di
scipuloꝝ suorum/cum sint illi etiam ꝭm se
culum ingenui: quis ferat in hoīe? Sȝ deꝰ
loquitur. Nulla est hic elatio tante celsi=
tudinis: nullum mendaciū veritatis. nob
subiacere illi vtile est celsitudini. nob ser=
uire vtile ē ei veritati: Qꝺ se dñȝ dicit nō
illi vitiuȝ est: sed nobis bñficiū. Cuiusdā
secularis auctoris verba laudant: quia di
xit. Cum oīs arrogantia odiosa est: tamē
illa ingenij et eloquentie multo molestis=
sima. Et tamen idem ipse cum de sua elo=
quentia loqueret. diceret inquit ꝑfectā si
ita iudicarem: nec in veritate crimen arro
gantie ptimescerē. Si igitur ille homo elo
quentissimꝰ in veritate arrogantiā non ti
meret: quō arrogantiā ipsa veritas timet.
Dicat se dñm q̄ dñs est: dicat se verū q̄ ve

ritas est. Nonne dicā ego qꝺ vtile est: duȝ
tacet ille quod est? Beatissimꝰ paulus si
vtiq vnigenitus dei filius: sed vnigeniti
dei filij seruus ⁊ apostolus: non veritas sȝ
particeps veritatis: ait libere ⁊ ꝯstant. Et
si voluero gloriari non ero insipiens: veri= ij. Corin. xij.
tatem enim dico. Neq enim in seipso sed
in ipsa veritate que supior est ipso/⁊ hu=
militer ⁊ veraciter gloriaret: quoniā ⁊ ip=
se ꝑcepit: vt q̄ gloriat in dño glorie. Ita ij. Corint. x.
ne non timeret insipientiā si gloriari vellȝ
amator sapiētie: ⁊ in gloria sua timeret in
sipientiam ipsa sapientia? Non timuit ar=
rogantiā qui dixit: In dño laudabit ani= ps. xxxiij.
ma mea: Et in laude sua timeret arrogan=
tiam potestas dñi: i quo laudat anima ser
ui? Uos inquit vocatis me mgr̄ ⁊ dñe. et
bene dicitis: Sum eteni: Ideo bene dici=
tis: quia sum. Nam si non essem quod dici
tis: male diceretis etiam si me laudaretis.
Quomodo ergo negaret veritas/quod di
cunt discipuli veritatis? Quō quod dicūt
qui didicerūt/negaret ipse vnde didicerīt.
Quō fons negat qꝺ bibens ꝑdicat? Quo=
modo lux occultat: quod videns indicat?
¶ **Si ergo inquit ego laui pedes vestros dns ⁊ magister: debetis ⁊ vos alter alterius lauare pedes. Exemplū eni dedi vobis: vt quem admodū ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis.** B Hoc est beate petre qꝺ nescie=
bas: quando fieri nō sinebas. Hoc tibi po
stea sciendū promisit: quando vt sineres
terruit te mgr̄ tuus: ⁊ dñs tuus lauans pe=
des tuos. Didicimꝰ fratres humilitatē ab
excelso: faciamus inuicem humiles quod
humiliter fecit excelsus. Magna est com=
mendatio humilitatis: ⁊ faciunt sibi hoc
inuicem fratres etiam opere ipso visibili.
cum se inuicem hospitio recipiunt. Est eni
apud plerosq ꝯsuetudo huius humilita=
tis vsq ad factum: quo cernat expressa.
Unde ⁊ apostolus cum viduam bene me
ritā cōmendaret: si hospitio inquit recepit j. Timot. v.
si sanctoꝝ pedes lauit. Et apud sctōs vbi
cunq hec ꝯsuetudo nō est: qꝺ manu nō fa
ciunt corde faciunt: si in illoꝝ numero sūt
quibus dicit in hymno beatoꝝ triū puero
rum. Benedicite sancti ⁊ humiles corde
dño. Multo autem est melius ⁊ sine ꝯtro= Danielis. iij
uersia verius vt etiam manibꝰ fiat: nec de
dignetur quod fecit christus/facere chri=

stianus. Cum eni ad pedes fris inclinatur corpus: etiã i corde ipso vel excitat: vel si iam inerat confirmat ipsius humilitatis affectus. Sed excepto isto morali intellectu ita nos huius dñici facti altitudinẽ cõmendasse meminim⁹: qd lauãdo pedes iam lotorum atq̃ mũdo⁊ discipulo⁊ significauerit dñs ꝓpter humanos quib⁹ in terra versamur affectus. Q̃tũlibet ꝓfecerim⁹ i apphensione iusticie. sciamus nos sine peccato nõ esse: qd subĩde abluit interpellando ꝓ uobis cũ oramus patrẽ qui in celis est:
Matth. vj. vt debita nostra dimittat nob. sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Quõ ergo ad hunc intellectũ poterit ꝑtinere hoc qd ipse postea docuit: vbi sui facti exposuit rationẽ dicẽs: Si ego laui vr̃os pedes dominus ⁊ mgr: debetis ⁊ vos alter alterius lauare pedes. Exemplũ eni dedi vob: vt queadmodũ ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Nunqd possum⁹ dicere qd etiã frat fratrẽ a delicti poterit ↄtagione mũdare? Immo ꝟo id etiã nos esse admonitos in huius dñici opis altitudine nouerim⁹: vt confessi inuicem delicta nr̃a oremus ꝓ nobis sicut ⁊ christus interpellat ꝓ nob. Au
Rhoma. viij diamus apl̃m iacobũ: hoc ipsum euidẽtissime ꝑcipientẽ ⁊ dicentẽ: Confitemi inui-
Jacobi. v. cem delicta vr̃a ⁊ orate ꝓ vobis: q: ⁊ hoc dñs nobis dedit exemplũ. Si eni ille q̃ vllum peccatũ nec habet nec habuit nec habebit orat ꝓ peccatis nr̃is: q̃tomagis nos inuicẽ ꝓ peccatis nr̃is orare debem⁹? Et si dimittit nobis ille cui non habem⁹ qd dimittam⁹: q̃tomagis dimittere nobis debemus inuicem qui sine peccato hic viuere si valemus? Quid eni videtur in hac altitudine sacramẽti dñs significare/ cũ dicit: exemplũ eni dedi vobis: vt queadmodum ego feci vob: ita ⁊ vos faciatis: nisi qd aptissime dicit apl̃s. Donãtes vobismetipsis
Colossen. iij si quis adũsus aliquẽ habet querelã: sicut et dñs donauit vobis: ita ⁊ vos inuicem: Itaq̃ nobis delicta donem⁹ ⁊ ꝓ nr̃is delictis inuicem oremus: atq̃ ita quodãmodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrum est donante ipso ministeriũ charitatis ⁊ humilitatis adhibere: illius est exaudire ac nos ab omni peccato⁊ ↄtaminatione mũdare per christum ⁊ in christo: vt qd alijs etiam dimittimus: hoc est in terra soluimus: soluatur ⁊ in celo.

Explicit tractatus qnq̃agesim⁹ octauus. Incipit tractatus qnquagesim⁹ non⁹. Ab eo q dic: Am am dico vobis nõ ẽ seruus maior domino suo: neq̃ apostolus maior eo q̃ misit illũ: vsq̃ ad id qd dic. Qui at accipit me accipit illũ q̃ misit me

Audiuim⁹ sanctum euangeliũ: loquẽte domino atq̃ dicẽte. Amẽ amẽ dico vobis: non est seruus maior dño suo: neq̃ apostolus maior eo qui misit illũ. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Hoc ideo dixit: quia lauerat discipulo⁊ pedes mgr humilitatis ⁊ verbo ⁊ exẽplo. Sz poterim⁹ ea q̃ sũt operosi⁹ differẽda ipso adiuuãte differere: si ĩ in eis q̃ mãifesta sunt ĩmoremur. Cũ g̃ h dñs pmisisset adiũxit. A
Nõ de oibus vobis dico: ego scio quos elegerim: sz vt ipleat scp̃tura qui mãducat panem meũ leuabit sup me calcaneũ suũ. Hoc quid ẽ aliud: nisi ↄculcabit me. Notum est de q̃ loqtur: iudas ille traditor eius attingit. Ergo ipsum non elegerat: vnde ab eis q̃s elegit isto sermone secernit. Quod ergo dico inqt: beati eritis si feceritis ea nõ d oib⁹ vobis dico. Est inter vos q̃ nõ erit btũs: neq̃ faciet ea. Et ego scio quos elegeri. Quos nisi eos qui beati erũt faciẽdo que ꝑcepit ac faciẽdo mõstrauit: q̃ efficere btõs põt? Nõ est igit traditor iudas elect⁹? Quid ẽ g̃ qd alio loco dic: nõne ego vos duodeci elegi: ⁊ vn⁹ ex vob diabolus ẽ? An ⁊ ipse ad aliqd ẽ elect⁹ ad qd vtiq̃ erat necessarius: Nõ aũt ad btitudinẽ de q̃ modo ait bti eritis si feceritis ea? Hoc nõ de oibus dic: Scit ei q̃s ad societatẽ btitud̃s hui⁹ elegerit. Non ẽ ex eis iste q̃ panẽ eius sic edebat: vt sup eũ leuaret calcaneum. Illi mãducabãt panẽ dñm: ille panẽ dñi cõtra dñm. illi vitã: ille penã. Qui eni mãducat indigne ait apl̃s: iudicium sibi manducat. j. Corin
Amodo inqt dico vobis priusq̃ fiat vt cũ factũ fuerit credatis q̃a ego sum. id est. ego sum de q̃ illa scriptura ꝑcessit. vbi dictũ est: q̃ mãducat panẽ meũ: leuabit sup me calcaneũ suũ. Deinde se B

Margin notes (right): † Ar. pleatur ps. xl. † Al. — Johãn

quit et dicit. Amen amē dico vobis q̄ accipit si quem misero me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum q̄
B me misit. Tantū ne distare voluit intelligi int̄ eū quē mittit et seipsum: q̄tū inter seipsum et patrē deū. Hoc si isto mō accepernimus: nescio q̄s gradus: qd absit: arrianoꝝ more faciem⁹. Illi quippe cū audiunt hec euāgelica verba seu legunt: statim ad illos gradus sui dogmatis currūt: qb⁹ nō ascendūt ad vitam sed p̄cipitant̄ ad mortem. Cōtinuo quippe dicūt. Q̄tū apl's filij distat a filio: q̄uis dixerit. Qui accipit si quē misero: me accipit. Tantū distat et filius a pr̄e: q̄uis dixerit: q̄ aūt me accipit accipit eū q̄ me misit. Sz si h̄ dicis: oblit⁹ es heretice gradus tuos Si eni tāto inequal lo ꝓpter hec dn̄i verba filium a pr̄e q̄tum apl'm distinguis a filio: vbi positur⁹ es spiritū sanctū? Excidit ne tibi? Vis eū ponere solere post filiū? Erit ipse int̄ apl'm et filiū: Et multo ampli⁹ distabit fili⁹ ab apl'o q̄ pr̄ a filio: An forte vt int̄ filium et apl'm atq̄ int̄ pr̄em et filiū maneat parib⁹ inequalis ista distinctio: eq̄lis erit spūsctūs filio Sed nec hoc vultis. Vbi ergo eū posituri estis: Si q̄ta filiū pr̄i: tanta apl'm filio discretione supponitis? Cohibete itaq̄ vr̄e ꝑsumptiōis audaciā: et in his verbis nolite querere q̄tā filij et apl'i tantā pr̄is filijq̄ distantiā. Ipsum filiū audite poti⁹ dicentem. Ego et pr̄ vnū sum⁹. Vbi veritas vobis int̄ genitorē et vnigenitū nullā distantie suspitionē reliquit: vbi gradus vestros christ⁹ elisit: vbi scalas vr̄as petra ꝯfregit. Sed hereticoꝝ calūnia refutata: quonam mō nos accepturi sum⁹ hec dn̄ica verba: q̄ accipit si quem misero me accipit: q2 aūt me accipit: accipit eū qui me misit. Si eni voluerim⁹ intelligere ideo dictū: q̄ me accipit: accipit eū q̄ me misit. q2 vni⁹ nature sint pr̄ et filius: ꝯsequēs videbit̄ ex eorundem verboꝝ regula q̄ dictū est: q̄ accipit si quē misero me accipit: vt vni⁹ nature sit filius et apl's. Posset q̄dē nō incōuenient et hoc intelligi: quō gemine est ille gigas
Joh̄is .j. substātie: qui exultauit ad currendā viam Verbū eni caro factū est: hoc est de⁹ homo fact⁹ est. Proinde ita dixisse posset videri: qui accipit si quē misero me accipit f̄m hoiem: q̄ āt me f̄m deū accipit: accipit eum q̄ me misit. Sed cū ista dicebat: non ab illo nature vnitas: sed in eo q̄ mittitur mittentis cōmēdabat auctoritas. Sic itaq̄ eū q̄ missus ē vn⁹q̄sq̄ accipiat: vt ī illo eū q̄ misit attēdat. Si ḡ attēdas christū in petro: inuenies discipuli p̄ceptorē. Si autem attendas patrē in filio: inuenies vnigeniti genitorē: ac sic in eo q̄ missus ē sine vllo accipis errore mittentē. Ea que sequunt̄ in euāgelio: non sunt tp̄is breuitate coartanda. Et ideo sermo iste fr̄es charissimi velut ouiū sctāꝝ cibus si sufficit salubrit̄ capiatur: si exiguus ē desiderabili⁹ rumineť.

Explicit tractatus q̄nquagesim⁹ nonus. Incipit tractatus sexagesimus. De eo q̄ dicit: Cum hec dixisset iesus turbatus est spiritu et protestatus et dixit. Amen amen dico vobis qd vn⁹ ex vobis tradet me.

Non parua fratres ex euāgelio bti iohis nobis ꝓponit̄ questio: vbi ait: Cū hec dixisset iesus turbatus ē spū: et ꝓtestatus ē et dixit. A
Amē amē dico vobis: quia vn⁹ ex vobis tradet me. Hinc ne turbatus ē iesus nō carne sed spū: q2 dicturus fuerat vn⁹ ex vob tradet me? Nunq̄d nā illi hoc tūc primū venit in mētē: vel tūc primū ei subito reuelatū est: eumq̄ repētina tanti mali nouitate turbauit. Nōne hinc paulo ante loquebat̄ dicēs: q̄ māducat panē meum: leuabit sup me calcaneū? Nōne etiam iam supius dixerat: et vos mūdi estis sed n̄ oēs? Vbi euāgelista subiūxit: sciebat eni q̄snā esset q̄ traderet eū. Quē iam et ante significauerat dicēs. Nōne ego vos duodecim elegi: et vn⁹ ex vobis diabolus est? Quid ē ḡ qd nūc turbat⁹ ē spū cū ꝓtestatus ē et dixit: Amē amē dico vob: q2 vnus ex vob tradet me. An q2 eū iam fuerat expressur⁹: vt nō lateret in ceteris: sed discerneret̄ a ceteris? Jō turbat⁹ ē spū. Et quia ipse traditor iam fuerat exitur⁹ vt iudeos q̄bus dn̄s ab eo traderet̄ adduceret: turbauit eū īminens passio et piculū ꝓximum et traditoris impēdēs man⁹: cui⁹ fuerat p̄cognit⁹ anim⁹. Tale q̄ppe ē h̄ qd iesus turbatus ē spū: q̄le etiā illd qd ait. Nūc anima mea turbata ē: et q̄d dicā? Pater salua me ex hora hac: sed ꝓpterea veni in horā hāc Sicut ḡ tūc eius aīa turbata ē hora ꝓpin-

Et infra tra. lxj. a
Johānis .vj
Johānis .xij

quante passionis: ita etiã nunc exituro iuda atq3 venturo ꝛ ꝓpinq̃nte tanto scelere traditoris. turbatus est spũ. Turbatus est
Johannis. x ergo potestatẽ habens ponẽdi animã suã et potestatẽ habens iterum sumẽdi eam? Turbatꝰ tam ingens potestas. turbatur petre firmitas: an potius in eo nr̃a turbatꝰ infirmitas? Ita vo nihil indignũ credãt serui de dño suo: sed cognoscant se mẽbra in capite suo. Qui mortuus est ꝓ nobis: priꝰ turbatus est idemipse ꝓ nobis. Qui ergo potestate mortuus est: potestate turbatus est. Qui trãsfigurauit corpꝰ hũilitatis nostre ꝯforme corpi glorie sue: trãsfigurauit etiã in se affectũ infirmitatis nr̃e: compatiens nobis affectu anime sue. Proinde qñ turbatur magnꝰ/fortis/certus/ inuictꝰ/nõ ei timeamꝰ q̃si deficiat: non perit sed nos querit. Nos inq̃ nos oĩno sic querit: nosipsos in illius ꝑturbatione videamus: vt qñ turbamur nõ desperatiõe pareamus. Qñ turbatꝰ qui nõ turbaretꝰ nisi volens: eũ ꝯsolatur qui turbatꝰ ꝛ nolens. Pereant argumenta phoꝝ: qui negant ĩ sapientẽ cade-
j. Corinth. j. re ꝑturbatiões animoꝝ. Stultam fecit deꝰ
ij. Timot. ij. sapiãm huius mũdi: ꝛ dñs nouit cogitationes hominũ qm̃ vane sunt. Turbetꝰ plane animus christianꝰ: non miseria sed misericordia. Timeat ne pereant hoĩes christo: ꝯtristetꝰ cum perit aliquis christo: ꝯcupiscat acq̃rere hoĩes christo: letetꝰ cum acq̃runtꝰ hoĩes christo: timeat ne ꝛ sibi pereat et christo: cõtristetur peregrinari se a christo. concupiscat regnare se cum christo: letetur dum sperat se regnaturũ esse cũ christo. Iste sunt certe quattuor quas ꝑ turbationes vocant: timor ꝛ tristicia: amor ꝛ leticia. Habeãt eas iustis decausꝰ animi christiani. nec phoꝝ stoicoꝝ vel quorũcũq3 similiũ ꝯsentiatꝰ errori: qui ꝑfecto quemadmodũ vanitatẽ existimãt veritatẽ: sic stuporem deputant sanitatẽ: ignorãtes sic hominis animũ queadmodũ corporis membrum desperatius egrotare qñ ꝛ doloris
B amiserit sensu3. ¶ Sed dicit aliquis. Nũquid animus christiani debet etiam morte impẽdẽte turbari? Ubi est enĩ qd ait apostolus ꝯcupiscentiam se habere dissolui ꝛ
Philippẽ. j. esse cũ christo: Si illud qd concupiscit potest eum turbare cum venerit? Facile est quidem istis ad hec respondere: qui ꝛ ipsam leticiã ꝑturbationem vocant. Quis ei ꝓpterea morte ĩminente turbatur: q2 morte ĩminente letatꝰ. Sed hoc inquiũt gaudium non leticia noĩanda est. Quid est hoc nisi easdem res sentire: ꝛ rerum noĩa velle mutare? Uerum nos sacris litteris accomodemus auditum: ꝛ ſm ipsas potiꝰ istã questionẽ dño adiuuãte soluamꝰ. Nec q̃niam scriptũ est: cu3 hec dixisset turbatus est spũ: dicamus eũ leticia fuisse turbatu3 ne verbis suis nos ipse ꝯuicat: vbi dicit:
tristis est anima mea vsq3 ad mortem. Tale aliq̃d etiam hic intelligendu est: qñ suo traditore iam tunc solo exituro ꝛ cum suis socijs ꝯtinuo redituro/iesus turbatus est spiritu. Firmissimi quidẽ sunt christiani: si qui sũt q̃ nequaq3 morte ĩminẽte turbãtur. Sed nunq̃d christo firmiores? Quis h insanissimus dixerit? Quid est ergo qd ille turbatus est: nisi quia infirmꝰ ĩ suo corpore hoc est ĩ sua ecclesia /sue infirmitatis voluntaria similitudine ꝯsolatus est: vt si q̃ suoꝝ adhuc morte ĩminente turbantꝰ: in spiritu ipsum intueantꝰ: ne hocipso se putãtes reprobos peiore desperationis morte sorbeantur. Q̃tum itaq3 bonũ de participatione diuinitatis eius spectare ꝛ sperare debemus: cuius nos ꝛ ꝑturbatio tranquillat ꝛ infirmitas firmat? Siue ergo isto loco ꝓpꝰ ipsu3 iudã ꝑeuntẽ miserãdo turbatus est: siue sua morte ꝓpinq̃nte turbatus est. non est tamẽ vllo modo dubitãdũ nõ eũ animi infirmitate sed potestate turbatum: ne nobis desperatio salutis oriatꝰ. qñ nõ potestate sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitate3: q̃ infirmitas resurrectione cõsumpta est. Ex qui non solum homo verumetiam ds erat ineffabili distãtia vniũsum genus humanum animi fortitudine supabat. Non ergo aliquo est cogente turbatus: sed turbauit semetipsu3: quod de illo euidenter expressum est quando lazarũ suscitauit. Nã ibi scriptum est qd turbauerit semetipsu3: vt hoc intelligatꝰ ꝛ vbi non scriptu3 legitꝰ Et tamen cum legimꝰ fuisse turbatum: affectum quippe humanũ quando oportuit in se indicauit: in seipso potestatẽ cõmouit qui hoĩe3 totu3 potestate suscepit.

Mat.

¶ Explicit tractatus sexagesimus.

Incipit tractatus sexagesimusprimus. De eo q̃ ait. Aspiciebant er-

go adinuicem discipuli hesitantes de quo diceret: vsq3 ad id. Et cū intinxisset panē dedit iude simonis scariothis: et post panem intinctuz introiuit in illum sathanas.

A Hoc euangelii capitulū fratres ita nobis exponendū i hac lectiōe ppositum est: vt iam etiam de traditore dñi per panē tinctum eiq3 porrectū satis euidenter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem qd eū iam demonstratur⁹ iesus turbatus est spiritu: pterito sermone disserui. Sed fortassis qd ibi non dixi. etiam hoc nobis dñs significare sua pturbatione dignatus est. Qd. s. falsos fratres et dñici agri illa zizania. ita necesse est vsq3 ad messis tempus inter frumenta tolerari: vt qñ ex eis aliqua separari etiam ante messem vrgens causa compellit fieri sine ecclesie pturbatiōe ñ possit. Hanc pturbationē sanctoꝝ suoꝝ per scismaticos et hereticos futuram quodāmodo pnuncians dñs pfigurauit in seipso: cum exituro iuda homine malo et cōmixtionē frumēti in qua diu fuerat toleratus sepatiōe apertissima relicturo. turbatus est non carne s3 spiritu. Spirituales enī eius in hmōi scandalis non puersitate sed charitate turbantur: ne forte in sepatione aliquoꝝ zizaniorum simul aliqd eradicet et triticum. Turbatus itaq3 est iesus spiritu: et ptestatus ē et dixit. Amen amen dico vobis: q2 vnus ex vob tradet me: Un⁹ ex vob: vn⁹ numero non merito: vnus specie non virtute Cōmixtione corpali non vinculo spūali: carnis adiūctione. non cordis socius vnitate. Proinde nō qui ex vobis est: sed qui ex vobis exiturus ē. Nam quō erit veruz qd ptestatus est dñs et dixit: vnus ex vob: si verū ē qd ait idemipse i epistola sua cuius est hoc euāgelium. ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis mansissent vtiq3 nobiscū: Non erat igitur ex illis iudas: Mansisset enim cum illis: si esset cum illis. Quid est ergo vnus ex vobis tradet me: nisi vnus ex vob exiturus est qui me tradet: Quia et ille ait. Si fuissent ex nobis: mansissent vtiq3 nobiscū. Jam dixerat ex nobis exierūt: ac per hoc vtrunq3 verum est/ et ex nobis et non ex nobis. Scdm aliud ex nobis: fm aliud nō ex nobis. Scdm cōmunionē sacramentoꝝ ex nobis: fm suorum pprietatem criminum ñ ex nobis. Aspiciebant ergo adinuicē discipuli: hesitantes d quo diceret. Sic quippe in eis erat erga magistrū suum pia charitas: vt tamen eos humana alterz de altero stimularet infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusq3 conscientia. Uerumtamen q2 proximi erat ignota: ita sibi singul⁹ q̄sq3 erat certus: vt incerti essent et i ceteris singuli / et i singulis ceteri. B Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quē diligebat iesus. Qui dixerat: in sinu. paulop⁹ ait vbi dic supra pect⁹ iesu: ipse ē iohes cui⁹ est h euāgeliū: sicut postea mãifestat. Erat enī eorum hec consuetudo qui sacras litteras nobis ministrauerūt vt quando ab aliquo eorum diuina narrabat historia. cuz ad se ipsum veniret/ tanq3 d alio loqueret: et sic se insereret ordini narrationis sue. tanq3 rerum gestarum scriptor: nō tanq3 suiipsi⁹ predicator. Nam et hoc sanctus Matthe⁹ fecit. Qui cum in textu narratiōis sue venisset ad seipsum: vidit inquit i teloneo sedentem quendam publicanū noīe matthe um: et ait illi. Sequere me. Non ait vidit me: et dixit mihi. Hoc fecit et beatus moyses: ita de seipso tanq3 de alio cuncta narrauit et ait: Dixit dñs ad moysen. Jnusitatius apostolus paulus non in historia vbi rerum gestarum suscipitur explicāda narratio: sed in epistola hoc fecit. Nam vtiq3 de seipso ait: Scio hominē in christo ante annos quattuordecim. siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: raptum huiusmodi vsq3 ad tertium celum. Quo circa qd etiam hic beatus euāgelista non ait. eram recumbens in sinu iesu. sed ait. erat recumbens vnus ex discipulis: nostrorum auctorum consuetudinē agnoscam⁹ potius q3 miremur. Quid enim deperit veritati: quando et res ipsa dicitur: et modo quodam dicendi iactantia deuitat: Hoc quippe narrabat: qd ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem quē diligebat iesus: quasi alios non diligeret: de quibus idemipse iohãnes superi⁹ ait. In finem dilexit eos: Et ipse dñs. Maiorem

Marginal notes: Mat. xiii. a; Joh. xiij.; Johan. ij.; Matthei. ix.; Exodi. vij.; ij. Corin. xij; Johan. xiij.; Johan. xv.

hac charitatē nemo habet: ꝙ vt animā suā ponat pro amicis suis. Et quis enumeret oīa diuinarum testimonia paginarū: quibus dñs iesus non illius neqꝫ eorum qui tunc erāt tantū. sed etiam post futurorum mēbroꝝ suoꝝ ꝛ toti⁹ eccl'ie sue dilector ostenditur? Sed profecto latet hic aliquid ꝛ ptinet ad sinū: in quo recumbebat qui ista dicebat. Per sinū quippe qd significat aliud ꝙ secretum? Sed alius est oportunior locus: vbi nobis dñs aliquid donet de hoc secreto ꝙtum sufficiat dicere. Innuit ergo simon petrus: ꝛ dicit ei. Notanda locutio est: dici aliqd non sonando sed tm̄modo innuēdo. Innuit inquit ꝛ dicit: vtiqꝫ innuēdo dicit: Si enim cogitādo aliquid dicitur sicut scriptura loquitur. dixerunt apud semetipsos: ꝙto magis innuendo vbi iam foras aliquibus signis pmitur qđ fuerat corde conceptum? Quid ergo dixit innuendo? Quid nisi qđ sequitur. Quis est de quo dicit. Hec vba petrus inuuit: quia nō sono vocis sed motu corporis dixit. Itaqꝫ cum recubuisset ille supra pectus iesu. hic est vtiqꝫ pectoris sinus sapiētie secretū: dicit ei. Domine quis est? Respōdit iesus. Ille est cui ego intinctum panez porrexero. Et cum intinxisset panem: dedit iude simonis scariothis. Et post † panem: tunc introiuit in illū sathanas. Expressus est traditor: nudate sunt latebre tenebrarum. Bonū est qđ accepit. sed malo suo accepit: qr male bonum malus accepit. Uerum de isto pane tincto qui porrectus est ficto. ꝛ de his q̄ sequuntur multa dicēda sunt: quibus necessariū est plus temporis ꝙ nūc habem⁹ iam in istius fine sermonis.

Sapiētie. ij.

† Tex. habz buccellaz

Explicit tractatus sexagesimus primus. Incipit tractatus sexagesimussecūd⁹. De eoqꝫ ait. Dicit ei iesus. Qđ facis fac citi⁹: vsqꝫ ad id qđ ait. Cū ergo exisset dicit iesus: nūc clarificatus est filius hominis

Scio frēs charissimi moueri posse nonnullos siue pios vt reqrāt / siue īpios vt reprehēdant: qđ postea ꝙ panem tinctum traditori suo domi nus dedit / intrauit in illum sathanas. Sic enim scriptum est. Et cum intinxisset panem dedit iude simonis scariothis: ꝛ post panem tunc introiuit ī illum sathanas. Dicunt enim. Ita ne hoc meruit panis christi porrectus de mēsa christi: vt post illum intraret in eius discipulum sathanas? Quibus respondem⁹ hinc nos potius doceri: ꝙ sit cauēdum male accipere bonū. Multuz quippe interest nō quid accipiat sed quis accipiat: nec q̄le sit quod datur. sed qualis sit ipse cui datur. Nam ꝛ bona obsunt / ꝛ mala prosunt: sicut fuerint quibus dantur. Peccatum inquit apostolus vt appareat peccatum: per bonū mihi operatum ē mortem. Ecce per bonū factum est malum: dum male accipitur bonū. Itemqꝫ ipse ait. In magnitudine reuelationū mearum ne extollar datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet: propt' quod ter dñm rogaui vt auferret eum a me. ꝛ dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum factum est bonū: duz bene accipitur malū. Quid ergo miraris si datus ē iude panis christi per quem manciparet' diabolo: cuz videas econtrario datum paulo angelum diaboli per quez perficeret' in christo. Ita et malo bonum obfuit: ꝛ malum bono profuit. Recordamī vnde sit scriptum. Quicunqꝫ manducauerit panez aut biberit calicem dñi indigne: reus erit corporis ꝛ sanguinis dñi. Et de his erat sermo cum hoc apostolus diceret: qui dñi corp⁹ velut alium cibum quemlibet indiscrete negligenterqꝫ sumebāt. Hic ergo si corripitur qui nō diiudicat: hoc est non discernit a ceteris cibis dñicum corpus: quomodo nō damnatur qui ad eius mensam fingens amicū accedit inimicus? Si reprehēsione tangitur negligētia conuiuātis: qua pena percutit' venditor inuitantis? Quid erat autez panis traditori datus: nisi demonstratio cui⁹ gratie fuisset ingratus? Intrauit autez sathanas post hunc panem ī dñi traditorez: vt sibi iam traditum plenius possideret. in quem prius intrauerat vt deciperet. Neqꝫ enim non in illo erat quando perrexit ad iudeos. ꝛ de precio tradēdi dñi pactus est cum hec aptissime lucas euāgelista testetur ꝛ dicat. Intrauit autem sathanas ī iu-

Rhoma[nos]

ij. Cori[nth]

j. Corin[th]

Luce. [xxij]

dam qui cognoiabatur scarioth vnum de duodecim: et abijt et locutus est cum principibus sacerdotum. Ecce vbi ostenditur qd iam intrauerat sathanas i iudam. Prius ergo intrauerat imittendo i cor eius cogitationem qua traderet christum. talis ei iam venerat ad cenandū: Nunc autem post panem intrauit in eum. non ad hoc vt alienum temptaret: sed vt proprium possideret

B ¶ Non autem vt putant quidam negligēter legentes: tunc iudas christi corpus accepit. Intelligēdum est eni qd iam omnibus eis distribuerat dns sacramentū corporis et sanguinis sui. vbi et ipse iudas erat Sicut sanctus lucas euidētissime narrat:

Luc. xxij. Ac deinde ad hoc ventum est vbi scdm narrationē iohānis apertissime dns per bucellam tinctam atque porrectam suū exprimit traditorem. fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. Non eni omnia que tinguntur abluunt: sed vt inficiantur nōnulla tingunt. Si autem bonū aliquid hic significat tinctio: idem bonū ingratum non imerito est secuta damnatio. Adhuc tamen iuda possesso nō a dno sed a diabolo. cum homini ingrato intrasset panis in ventrem/hostis in mentē: adhuc ingns tanti mali iā corde concepti/plenus restabat effectus: cuius iam pcesserat damnādus affectus. Itaque cum dns panis viuus panem mortuo tradidisset. et panem tradēdo panis traditorem ostendisset: qd facis inquit fac citius. Nō precepit facinus: sed pdixit iude malum nobis bonū. Quid enim iuda peius? Et quid nob melius qz traditus christus ab illo: vtilis adūsus illum. pro nobis preter illum? Quod facis fac citius. O verbum libentius parati ad passionē/qz irati ad vindictam. O verbum non tam penam exprimens pditoris/ qz mercem significans redemptoris Dixit enim. Quod facis. fac citius. Non tam in perniciem perfidi seuiēdo qz ad salutem fidelium festinādo: quia traditus ē propter delicta nostra. et dilexit ecclesiam et semetipsū tradidit pro ea. Unde et de

Galat. ij seipso dicit apostolus: Qui dilexit me: et tradidit seipsum pro me. Nisi ergo se traderet christus: nemo traderet christum. Quid habet iudas/nisi peccatum? Nec eum in tradendo christo salutem nostrā cogitauit propter quam traditus est christus: sed cogitauit pecunie lucrum/et inuenit anime detrimentū. Accepit mercedē quam voluit: sed nolenti est data quā meruit. Tradidit iudas christū: tradidit christus seipsum. Ille agebat negociū sue vēditionis: iste nostre redemptionis. Quod facis fac citius: non quia tu potes sed qz hoc vult qui omnia potest. Hoc autem nemo sciuit discūbentiū ad quid dixerit ei. Quidam enim putabāt quia loculos habebat iudas. quod dixit ei iesus eme ea que opus sūt † dixisset nobis ad diē festū: aut egenis vt aliquid daret. Habebat ergo et dns loculos: et a fidelibus oblata conseruans. et suorum necessitatibus et alijs indigentibus tribuebat. Tunc primū ecclesiastice pecunie forma est instituta: vbi intelligeremus qd precepit non cogitandū esse de crastino: non ad hoc fuisse preceptum/vt nihil pecunie seruetur a sanctis: Sed ne deo pro ista seruiatur. et propter inopie timorem iusticia deseratur. Nam et apostolus imposterum preuidens ait. Si quis fidelis habet viduas sufficient tribuat eis vt non grauet ecclesia: q veris viduis sufficere possit. Cū ergo accepisset †buccellam† exijt cōtinuo. Erat autem nox: et ipse qui exiuit erat nox. Cum ergo exisset nox ait iesus. Nunc clarificatus est filius hominis. Dies ergo diei eructat verbū. id est. christus discipulis fidelibus: vt audirent eum et amarent sequendo. Et nox nocti annūciat scientiam. id est. iudas iudeis infidelibus: vt venirent ad eum et apprehēderēt persequendo. Sed iam hinc in sermone domini qui factus est ad pios auteqz teneretur ab impijs/intentior flagitat auditor: et ideo eum pcipitare non debet sz differre potius disputator.

xij. q. j. habebat

Matthei. vj

j. Timot. v.

Tex. hz. ille † Al. exiuit

ps. xviij.

¶ Explicit tractatus sexagesimussecundus. Incipit tractatus sexagesimustertius. De eo qz dicit: Si deus clarificatus est in eo: et deus clarificabit eum in semetipso et continuo clarificabit eum.

A Intendamus mentis obtutu: et adiuuante dno deum requiramus. Diuini cantici vox est. Querite deū

Esaie.lv. et viuet anima vestra. Queramus inueniendũ. queramus inuentũ. Ut inueniẽdus queratur/occultus est: vt inuent⁹ querat/
ps.ciiij. imensus est. Unde alibi dicit. Querite faciem eius semp. Faciat enĩ querentẽ inq̃ntum capit et inuenientẽ capaciorẽ facit: vt rursus querat implere vbi plus cape ccperit. Non ergo ita dictũ est: querite faciem eius semp. quẽadmodũ de qbusdã: semp
ij. Timot. iij discentes et ad scientiã veritatis nunq̃ per
Ecc. xviij. uenientes. sed potius sicut ille ait. cum cõsummauerit homo tunc incipit: donec ad illam vitam veniam⁹ vbi sic impleamur vt capaciores non efficiamur: quia ita pfecti erimus vt iam non pficiamus. Tunc eniz ostendet nobis q sufficit nobis. Hic autẽ semper queram⁹: et fructus inuentiõis nõ sit finis inqsitionis. Neq̃ enĩ ppterea nõ semper quia hic tantũ: sed ideo hic semp dicimus esse querendũ: ne aliqñ hic putemus ab inqsitione cessandũ. Nam et de q
Timo. vbi s bus dictum est: semp discentes et ad veritatis scientiaz nunq̃ puenientes. hic sunt vtiq̃ semper discentes. Cum vo de hac vita exierint: iam nõ erunt discẽtes: sed erroris sui mercedẽ accipiẽtes. Sic enim dictum est. semper discẽtes et ad veritatis scientiam nunq̃ puenientes. Tanq̃ diceret: Semper ambulantes: et nunq̃ ad viam puenientes. Nos aũt semp ambulemus in via: donec eo veniam⁹ q ducit via: nusq̃ in ea remaneam⁹: donec pducat vbi maneamus. Atq̃ ita et querẽdo tendim⁹ et inueniendo ad aliqd puenim⁹: et ad id qd restat querẽdo et inueniẽdo transimus: quousq̃ ibi fiat finis querẽdi vbi pfectioni non su-
B peret intẽtio pficiẽdi. ¶ Hec plocutio dilectissimi intentã fecerit charitatẽ vestraz ad istũ dñi sermonẽ quẽ ad discipulos habuit ante passionẽ. Profundus ẽ enim: et vtiq̃ vbi multũ laboratur⁹ est disputator nõ remissus debet esse auditor. Quid ergo ait dñs postea q̃ iudas exijt vt citi⁹ faceret qd erat facturus: hoc est dñm traditur⁹: Quid ait dies cũ exisset nox: Quid ait redẽptor cũ exisset venditor: Nunc inquit clarificat⁹ est fili⁹ hoĩs. Quare nũc. Nunqd q exijt q tradit: Or imminent q teneãt et occidãt: Ita ne nũc clarificatus est q ppe est vt humiliet amplius qui iam impẽdit vt alligetur: vt iudicet: vt cõdemnetur: vt irrideatur: vt crucifigat vt interimat. Hec ne est clarificatio: an potius humiliatio: Nonne quando miracu-
la faciebat ait tamen de illo iste ipse iohã- Johã
nes. spiritus non erat datus. quia iesus nõdum erat glorificat⁹. Tunc ergo nondum erat glorificatus cum mortuos suscitaret: Et nunc est glorificat⁹: cum mortuis ppinquaret: Nondum erat glorificatus faciẽs diuina: et glorificatus est passurus humana: Mirum: si hoc deus ille magister significabat et docebat his verbis. Altius ẽ pscrutandũ altissimi dictũ: qui se aliq̃ntum manifestat vt inueniamus. et iterum occultat vt inqramus: et de inuentis ad inueniẽda tanq̃ passibus innitamur. Uideo h aliquid: quod pfiguret magnũ aliquid: Exijt iudas: et clarificat⁹ est iesus. Exijt filius perditionis: et clarificat⁹ est filius hoĩs. Ille quippe exierat ppter quem dictum erat
eis: et vos mũdi estis. sed non omnes. Ex- Johã
eunte itaq̃ immũdo/omnes mũdi remanserunt: et cum suo mũdatore mãserũt. Tale aliqd erit cum victus a christo transierit hic mũdus: et nemo in pplo christi remanebit imũdus: cum zizanijs a tritico sepa-
ratis iusti fulgebũt sicut sol in regno pris Math
coꝝ. Hoc futurũ puidens dñs. et nũc significatum esse ptestans discedẽte iuda tãq̃ zizanijs sepatis/remanentib⁹ tanq̃ tritico apostolis sanctis: Nũc inqt clarificat⁹ ẽ filius hoĩs. Tanq̃ diceret: Ecce in illa clarificatione mea quid erit vbi maloꝝ nullus erit: vbi bonoꝝ nullus perit: Sic autem fi est dictuz. nũc significata est clarificatio filij hominis. sed dictum est. Nunc clarificatus est filius hominis: quẽadmodũ non ẽ dictum/petra significabat christuz. sed pe-
tra erat christus. Nec dictum est/bonũ se- Math
men significabat filios regni. aut zizania significabat filios maligni: sed dictum est/ bonũ semen: hi sunt filij regni. zizania aũt filij maligni. Sicut ergo solet loqui scriptura res significãtes. tanq̃ illas que significant appellãs: ita locut⁹ ẽ dñs dicẽs: nũc clarificat⁹ est filius hominis: postea q̃ separato inde nequissimo et secum remanentibus sanctis significata est glorificatio eius: quando separatis iniquis manebit in
eternitate cum sanctis. ¶ Cum autem di- C
xisset/nunc clarificatus est filius hominis

adiunxit: ꝛ deus clarificatus ē in eo Ipsa ē eni clarificatio filij hoīs vt ds clarificet in eo. Si ei ñ ipe i seipo sȝ ds i illo clarificat: tūc illū deus i se clarificat. Deniqȝ tanqȝ ista exponēs: adiūgit ꝛ dic. Si deus clarificatꝰ est in eo: ꝛ deꝰ clarificauit eū in semetipso: hoc est si deus clarificatus est in eo: quia non venit facere voluntatem suam sed voluntatem eius qui misit illum: ꝛ deus clarificauit eum in semetipso vt natura humana in qua ē filius hominis que a verbo eterno suscepta ē etiā i mortali eternitate dōnet. Et cōtinuo inquit clarificabit eū: resurrectionem.s.suā.nō sicut nrāȝ in fine seculi sed ꝯtinuo futurā hac attestatiōe pdicēs. Ipsa est eni clarificatio de q̄ euāgelista iā dixerat qd pauloante cōmemoraui: qꝛ ꝓpterea nōdum spūs datus erat. illo itaqȝ nouo mō in eis qbus fuerat eo mō post resurrectionē credentibꝰ dandus: qꝛ iesus ñ dum fuerat clarificatꝰ. id est. nōdū fuerat mortalitas imortalitate vestita: ꝛ in etnaȝ virtutē tpal infirmitas cōmutata. Potest et d ista clarificatiōe dictū videri: nūc clarifiatꝰ est filiꝰ hoīs: vt qd ait nūc: nō ad iminentē passionē sed ad vicinā resurrectionē ptincre credat: tanqȝ fuerit factuȝ qd erat tam ꝓxime iam futurū. Hodie dilectioni vr̄e ista suffecerint: cum donauerit dn̄s de ꝯsequētibꝰ postea disseremus

Joan.vij (margin, beside "rea nōdum spūs datus erat")

¶ Explicit tractatus sexagesimustertius. Incipit tractatus sexagesimusquartus. De eo qꝙ dicit: Filioli adhuc modicū vobiscū sum queretis me. ꝛ sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō potestis venire: et vobis dico modo.

Aduertenda ē charissimi dn̄icoꝝ verboꝝ ordinata cōnexio. Cū eni supiꝰ dixisset postea qȝ iudas egressus est ꝛ ab illa sctoꝝ etiā corpali ꝯuarsatione seiunctꝰ ē. Nūc clarificatꝰ est filius hoīs ꝛ deꝰ clarificatꝰ ē in eo. qd siue futurū rgnū significās dixit qñ mali sepabūt a bonis: siue qd eius resurrectio tūc futura eēt id est. differēda nō esset. sicut in finē seculi nr̄a differt ac deinde addidisset. Si deꝰ clarificatꝰ est in eo. ꝛ deus clarificauit eū i semetipso. ꝛ ꝯtinuo clarificabit eū. qd sine ulla ambiguitate de sua resurrectione ꝯtinuo futura testatꝰ ē: adiecit ꝛ ait: Filioli adhuc modicū vobiscū sum. Ne putarēt ergo qd sic eū clarificaturꝰ eēt deus: vt nō eis iungeret vlterius ea ꝯuersatiōe qua i terra est: adhuc modicū inquit vobiscū sum: tanqȝ diceret: Cōtinuo qdeȝ resurrectiōe clarificabor: nō tñ ꝯtinuo ascensurus in celum. sȝ adhuc modicū vobiscū sum. Sicut eni scriptū est in actibꝰ apostoloꝝ. fecit cum eis post resurrectionē q̄draginta dies intrans ꝛ exiēs ꝛ manducās et bibens: non qdem habēs esuriēdi ac sitiendi egestatē: sȝ vsqȝ ad istā carnis insinuans veritatē: que cibandi ac potandi iam non habebat necessitatē: sed potestatem. Hos ergo q̄draginta dies significauit dicendo: adhuc modicū vobiscū sum: an aliquid aliud? Potest eni ꝛ sic intelligi: adhuc modicū vobiscū suȝ: Adhuc sicut vos in hac infirmitate carnis etiā ipse sum: donec.s. moreretur atqȝ resurgeret: qꝛ postea qȝ resurrexit cum illis qdem fuit diebꝰ vt dictū est q̄draginta exhibitiōe corpalis p̄sentie: sed non cū illis fuit ꝯsortio infirmitatis hūane. Est ꝛ alia diuina p̄ntia sensibus ignota mortalibꝰ: de qua idē dic. Ecce ego vobiscū sum: vsqȝ ad ꝯsummationē seculi. Hoc certe nō est adhuc modicū vobiscū sum: Nō eni modicum est vsqȝ ad ꝯsummationē seculi. Aut si hoc modicum est. volat eni etas ꝛ in oculis dei mille anni sicut dies vnꝰ. aut sicut vigilia in nocte: nō tamē hoc significare voluisse credēdus est nūc: qñquidē secutꝰ adiūxit. Queretis me: ꝛ sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos ñ potestis venire. Vtiqȝ post hoc modicum queretes me. Nunqd post ꝯsummationem seculi quo ipse vadit venire nō poterūt? Et vbi ē qꝙ aliquando post i hocipso sermone dicturꝰ est: pater volo vt vbi ego sum ꝛ ipsi sint mecum. Nō ergo de illa sua cū suis p̄sentia q̄ cuȝ illis est vsqȝ ad ꝯsummatione seculi: nunc locutꝰ est vbi ait: adhuc modicū vobiscuȝ sum: sed vel de infirmitate mortali qua cū illis erat vsqȝ ad passionē suam: aut de p̄sentia corpali q̄ cū illis futurꝰ erat vsqȝ ad ascēsionē suā. Qdlibet hoꝝ qs eligat: cū fide nō litigat. Ne cui aūt videat abhorrere iste sensus a vero quo dicimus dominū mortalis carnis cōmunionem in qua cum discipulis vsqȝ ad passionē fuit significare

Actuum .i. (margin)

Mat.xxviij (margin)

ps.lxxxix. (margin)

Johan.xvij (margin)

potuisse dicēdo: adhuc modicū vobiscum sum: apud aliū quoqꝫ euāgelistā post resurrectionē verba ei⁹ attēdat vbi ait. Hec
Luce. xxiiij. locutus sum vobis: cū adhuc essem vobiscum. Quasi tunc nō erat cū ipsis: simul assistentib⁹: videntib⁹: tangētib⁹: colloquētibus? Quid est ergo cū adhuc essem vobiscū? nisi cū adhuc eēꝫ i carne mortali: in q̄ estis ꝛ vos. Tūc enī quidē in eadē carne resuscitat⁹ erat: sed cū illis in eadē mortalitate iam nō erat. Quapropꝫ sicuti ibi iaꝫ immortalitate carnis indut⁹ veraciꝫ ait: cū adhuc essez vobiscū: vbi nihil aliud intelligere possum⁹: nisi cum adhuc essez in carnis mortalitate vobiscū: ita ꝛ hic non absurde dixisse intelligiꝫ: adhuc modicū vobiscū sum: tanqꝫ diceret: adhuc modicū sicut
B vos estis mortalis sum ego. Ergo sequētia videam⁹. Queritis me: ꝛ sicut dixi iudeis q̄ ego vado vos nō potestis venire: ꝛ vobis dico mō: ħ ē mō ñ potestis venire. Judeis āt cū hoc diceret: non addidit mō. Isti itaqꝫ venire nō poterāt tūc q̄ ille ibat: sed poterāt postea. Naꝫ hoc aplo petro aptissime paulop⁹ ait. Cū enī dixisset ille: dn̄e q̄ va-
Johan. xiij. dis: rn̄dit ei. Quo ego vado nō potes me mō seq: sequeris aūt postea. Sed ħ quid sit nō negligenꝫ est p̄tereundū. Quo enim seq̄ tūc nō poterāt discipuli dn̄m: sed postea poterāt? Si dixerim⁹ ad mortē homini nato qd̄ inueniꝫ temp⁹ q̄ ad moriendūꝫ ñ sit idone⁹: q̄nquidē talis est in corpe corruptibili hominū sors vt nō sit in ea facilior vita qꝫ mors? Nō igiꝫ adhuc min⁹ idonei erant seq̄ dn̄m ad mortē: sed min⁹ idonei erant seq̄ dn̄m ad vitā que nō hꝫ mortem. Illo quippe ibat dn̄s vt resurgens a mortuis iam nō moreref: ꝛ mors ei vltra nō dn̄aref. Moriturū quippe dn̄m ꝓ iusticia quō iam fuerant secuturi adhuc martyrio nō maturi? Aut iturū dn̄ꝫ ad imortalitatē carnis quō iam fuerāt secuturi q̄n libet morituri: sꝫ i fine secl'i resurrecturi? Aut iturꝰ dn̄ꝫ ad sinū p̄ris nec relicturuꝫ eos vn̄ nec recessit cū venisset ad eos / quō iā fureāt secuturi: cū esse nēo possit i illa felicitate nisi pfect⁹ i charitate? Jdēoqꝫ docēs quō idonei esse possint pgere quo ille antecedebat: mandatū inquit nouū do vob vt diligatis inuicē. Hi sunt gressus quibus sequendus est christus: sed de his sermo vberior / i aliud tempus est differēdus

Explicit tractatus sexagesimus quartus. Incipit tractatus sexagesimusquintus. De eo q̄ dicit. Madatum nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos vt ꝛ vos inuiceꝫ diligatis in hoc cognoscēt omnes quia mei estis discipuli. si dilectionē habueritis adinuicem.

Dominus iesus A mandatū nouū se discipulis suis dare testaꝫ: vt diligāt inuicem. Mandatū inq̄t nouum do vobis: vt diligatis inuicē. Nōne iam erat ħ mādatū in antiq̄ dei lege: vbi scriptū est. diliges p̄ximū tuū tāqꝫ teipsuꝫ? Cur ḡ nouū appellaꝫ a dn̄o: qd̄ tā vetus esse ꝯuinciꝫ? An iō est mādatū nouum: quia exuto vetere induit nos hoīeꝫ nouū? Innouat quippe audientē vel potius obediētē ñ ōis sꝫ ista dilectio: quā dn̄s mādat. ꝛ vt a carnali dilectiōe distigueꝫ: addidit. sicut dilexi vos. Nā diligūt inuicem mariti ꝛ vxores: parētes ꝛ filij ꝛ quecunqꝫ alia inter se hoīes necessitudo hūana deuinxerit: vt taceam⁹ de dilectiōe culpabili atqꝫ dānabili: q̄ diligūt īuicē adulteri ꝛ adultere: scortatores ꝛ meretrices: ꝛ quoscūqꝫ alios nō hūana necessitudo sed hūane vite noxia turpitudo ꝯiūgit. Mandatū ergo nouū dedit nob xp̄s vt diligamus inuicē: sicut ꝛ ipse dilexit nos. Dilectio ista nos īnouat vt simus hoīes noui: heredes testamēti noui: cantatores cantici noui. Hec dilectio frēs charissimi antiq̄s etiā tūc iustos tūc p̄riarchas ꝛ ꝓphas sicut postea btōs aplos īnouauit: ipsa et nūc īnouat gētes: ꝛ ex vniūso genere hūano qd̄ diffundiꝫ toto orbe terrarū facit et colligit ꝑl'm nouū: corp⁹ noue nupte filij dei vnigeniti spōse: de q̄ dꝛ in cātico canticoꝝ. Que ē ista: q̄ ascēdit dealbata. vtiqꝫ dealbata qꝛ īnouata: vn̄ / nisi mandato nouo? Propꝫ qd̄ ꝓ inuicē sollicita sunt membra in ea: ꝛ si patitur vnū membrum compatiuntur omnia mēbra: Et si glorificatur vnū membrum. ꝯgaudent omnia membra Audiunt enī atqꝫ custodiūt. mandatū nouum do vobis. vt diligatis inuicem: non sicut se diligunt qui corrumpūt. nec sicut se diligunt homines q̄m homines sunt: sed sicut se diligunt q̄m dij sunt. ꝛ filij altissimi

omnes: vt sint filij eius vnici fratres: ea dilectione inuicē diligētes qua ipse dilexit eos. pducturus eos ad illum finē qui sufficiat eis: vbi satietur in bonis desideriū eorum. Tunc enī aliquid desiderio non deerit: quando omnia in omnib⁹ deus erit. Talis finis non habet finē. Nemo ibi moritur. quo nemo peruenit/nisi huic seculo moriat: non morte omniū qua corpus ab anima d̄seritur s3 morte electoꝝ qua etiā cum ī carne mortali adhuc manet cor sursum ponitur. De quali morte dicebat apostolus. Mortui enī estis: ꝛ vita vestra abscondita est cum christo in deo. Hinc fortasse dictum est: valida est sicut mors dilectio. Hac enim dilectione fit vt in isto adhuc corruptibili corpore constituti/moriamur huic seculo: ꝛ vita nostra abscondat cum christo in deo. Immo ipsa dilectio ē mors nostra seculo: ꝛ vita cū deo. Si enī mors est quando de corpore anima exit: q̄modo non est mors qn̄ de mūdo amor noster exit. Valida ē ḡ sicut mors dilectio. Quid ea validius: qua vincitur mūdus?

B Nolite itaq̄ frates mei putare ī hoc qd̄ ait dn̄s mandatū nouum do vobis vt vos inuicem diligatis. illud maius p̄termissū esse mandatū: quo p̄cipitur vt diligamus dn̄m deum nostrum ex toto corde. ex tota anima. ꝛ ex tota mente. Tanq̄ enim hoc p̄termisso videtur dictum vt diligam⁹ inuicem: velut hoc ad illud alterum non pertineat quo dictum est. diliges ꝓximū tuum tanq̄ teipsū. In his enī duobus: p̄ceptis inquit: tota lex pendet ꝛ ꝓphete. Sed bene intelligentib⁹: vtrūq̄ inuenit in singulis. Nam ꝛ qui diligit deum/non cum potest ꝯtemnere p̄cipientē vt diligat proximū: ꝛ qui sancte ac spiritualit diligit ꝓximū/quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mūdana dilectiōe discreta: quam distinguendo addidit dn̄s /sicut dilexi vos. Quid enim nisi deum dilexit ī nobis? Nō quod habebamus sed vt haberemus: vt pducat nos sicut pauloante dixi: vbi sit de⁹ oīa in oībus Sic enim medicus recte dicitur egros diligere. Et quid ī eis nisi salutem diligit: quā cupit vtiq̄ reuocare non morbum quem venit expellere? Sic ergo ꝛ nos inuicem diligamus: vt q̄ntum possumus inuicē ad habēdū ī nobis deū cura dilectionis attrahamur. Hāc dilectionem nobis donat ipse qui ait. Sic dilexi vos: vt ꝛ vos diligatis inuicē. Adhoc ergo nos dilexit vt ꝛ nos diligamus inuicem: hoc nobis conferens diligēdo nos. vt mutua dilectione ꝯstringamur inter nos: ꝛ tam dulci vinculo conexis mēbris corpus tanti capitis simus. In hoc cognoscent inquit omnes quia mei estis discipuli: si dilectionē habueritis adinuicem. Tanq̄ diceret. Alia munera mea habent vobiscū etiā non mei non solum naturam: vitam: sensum: rationem: ꝛ eam salutē que hoib⁹ pecorib⁹q̄ cōmunis est: verūetiam linguas: sacramēta: ꝓphetiā: scientiā: fidem: distributionē rerum suarū paupibus ꝛ traditionē corporis sui vt ardeant: sed qm̄ charitatē nō habent vt cymbala concrepāt: nihil sunt: nihil illis ꝓdest. Non ergo in illis q̄uis bonis munerib⁹ meis que habere possunt etiam nō discipuli mei: sed in hoc cognoscēt oēs q2 mei estis discipuli si dilectionē habueritis adiuicē. O spōsa christi: pulchra int mulieres. o dealbata ascēdēs ꝛ incumbens sup fratruelē tuū: qm̄ cui⁹ lumie illustraris vt candeas: eius adiutorio fulciris ne cadas. O q̄ bene cantat tibi in illo cantico canticoꝝ velut epithalamio tuo: quia charitas in delitijs tuis. Ipsa nō pdit cum impijs aīam tuā: ipsa discernit causam tuam: ꝛ sicut mors valida est: ꝛ in delitijs tuis ē. O mirādi generis mors ē /cui paruū fuit nō esse in penis: nisi esset insup in delitijs? Sed hic iam sermo iste claudatur: ab alio exordio tractanda sunt que sequunt

Explicit tractatus sexagesimus qntus. Incipit tractatus sexagesimussextus. De eo qd̄ sequit: Dicit ei simon petrus. Dn̄e quo vadis: vsq̄ ad id qd̄ ait: Amē amē dico tibi: non cantabit gallus donec ter me neges.

A Cum dn̄s iesus sctām dilectionē qua se inuicē diligerēt discipulis cōmendaret: dicit ei simon petrus. Domine quo vadis? Sic vtiq̄ h̄ dixit magistro discipulus ꝛ dn̄o seruus: tanq̄ seq̄ paratus. Propterea quippe dn̄s qui eius

s. ch. Joh. xv. Col. iij. Cant. viij. Jo. dis. Luc. xvij. j. Corin. xiij. Cant. viij. Cant. vij. Cant. viij.

animũ vidit quare hoc interrogauerit: sic
Al: iesus ei respondit. † Quo ego vado: non
potes me modo sequi. Tanq̃ dice-
ret. Propter qđ interrogas: non potes me
modo sequi. Non ait non potes: sed non
potes modo. Dilationẽ intulit non spem
tulit: ⁊ eandem spem quam non tulit sed
potius dedit / sequenti voce firmauit ad-
dendo atq; dicendo. Sequeris autem
postea. Quid festinas petre? Nondũ te
suo spiritu solidauit petra: noli extolli p̃-
sumendo: nõ potes modo. Noli deijci de-
† Tex. hz di sperando: sequeris postea. Sed adhuc il-
cit ei petrus le quid dicit? Quare te non possum
sequi modo? Animam meam ꝓ te
ponam: Quid in animo eius esset cupi-
ditatis videbat: quid virium non videbat
Voluntatẽ suam iactabat infirm⁹: sed in-
spiciebat valitudinẽ medicus. Iste ꝓmit-
tebat: ille prenoscebat. Qui nesciebat au-
diebat: qui p̃sciebat docebat. Q̃tũ sibi as
sumpserat petrus intuẽdo quid vellet: ig-
norando quid posset. Q̃tum sibi assum-
pserat vt cum venisset dñs animã suã po-
nere pro amicis suis ac ꝑ hoc ⁊ pro ipso il-
le hoc dño offerre confideret: ⁊ nonduz ꝓ
se posita anima christi: animã suam polli-
ceretur positurũ esse pro christo. Respõ
dit ergo iesus. Animam tuam pro
me pones? Ita ne facias pro me: quod
ego nondum feci pro te? Animã tuaz pro
me pones? Preire potes: qui sequi nõ po
tes? Quid tantum presumis? Quid de te
sentis? Quid esse te credis. Audi quid sis
Amen amen dico tibi: non canta-
bit gallus donec ter me neges.
Ecce quõ tibi cito apparebis: qui magna
loqueris ⁊ te paruulũ nescis. Qui mihi ꝓ
mittis mortem tuam: ter negabis vitã tuã
Qui etiam putas mori posse pro me: prius
xj. q. iij. Nõ viue pro te. Nam timendo mortem carnis
solum. tue: mortem dabis anime tue. Q̃ta enim
vita est confiteri christum: tanta mors est
negare christum. ¶ An apl's petrus sicut
B eum quidaz fauore peruerso excusare ni-
tuntur christum non negauit: quia interro
Mat. xxvj. gatus ab ancilla hominẽ se nescire r̃ndit.
sicut alij euangeliste ꝯtestant̃ expressius?
Quasi vo qui hominẽ christum negat / nõ
christum negat: ⁊ hoc in eo negat qđ fact⁹
est ꝓpter nos: ne piret quod fecerat nos

Ergo qui ita confitetur christum deum vt
hominẽ neget / non pro illo mortu⁹ ẽ xp̃s
quia ſm hominẽ mortuus est christ⁹. Qui
negat hominẽ christum: non reconciliabit̃
ꝑ mediatorem deo. Unus eni deus: ⁊ vn⁹ j. Tim.
mediator dei ⁊ hominũ homo christus ie-
sus. Qui negat hominẽ christum non iusti
ficatur: quia sicut ꝑ inobedientiã vni⁹ ho- Rhom.
minis peccatores ꝯstituti sunt multi. ita ⁊
ꝑ obedientiam vnius homis iusti ꝯstituẽ
tur multi. Qui negat hominẽ christum: nõ
resurget in resurrectionẽ vite: quia ꝑ ho-
minem mors ⁊ ꝑ hominẽ resurrectio mor-
tuorum. Sicut enim in adam omnes mori j. Cori.
untur: ita ⁊ in christo omnes viuificabunt̃
Per quid autem caput est ecclesie: nisi ꝑ
hominem? Quod verbum caro factuz est: Johãn.
id est. dei patris vnigenitus de⁹ homo fa-
ctus est. Quomodo est igitur ĩ corpe chri-
sti: qui negat hominẽ christum? Qui enim
caput negat: quomodo est membꝝ? Sed
quid multis ĩmoror: cum ipse dñs absolue
rit omnes humane argumẽtatiõis amba-
ges? Non enim ait / non cantabit gallus
donec hominem neges: aut sicut loq̄ fa-
miliariore cuz hoibus dignatione consue
uit / non cantabit gallus donec filiũ homi-
nis ter neges: sed ait: donec me ter neges.
Quid est me: nisi qđ erat. Et quid nisi chri
stus erat? Quicq̄d ergo eius negauit: ip̃sũ
negauit. Christum negauit: dominũ deuz
suũ negauit: quia ⁊ ille ꝯdiscipulus eius
thomas quando exclamauit: dñs meus et
deus meus: non verbum sed carnem teti-
git: non incorpeaz dei naturaz sed homis
corpus curiosis manibus ꝯtrectauit. Ho-
minem itaq; tetigit ⁊ tamen deum cogno-
uit. Si ergo quod iste tetigit: hoc petrus
negauit. qđ iste exclamauit: hoc petr⁹ of-
fendit. Non cantabit gallus: donec ter me
neges. Dicas licet / nescio hominẽ: dicas li
cet / homo nescio quid dicis. dicas licz / nõ
sum ex discipulis eius: me negabis. Si q̄d
dubitare nephas est: christus hoc dixit: ve
rumq; predixit: ꝓculdubio petrus christũ
negauit. Non accusemus christum: cũ de-
fendimus petrũ. Peccatũ agnoscat infir-
mitas: nam mendaciũ non habet veritas.
Agnouit quippe peccatum suũ infirmitas Mat. x
petri / prorsus agnouit: ⁊ q̃tum mali chri-
stum negando cõmiserit plorando mõstra
uit. Ipse suos redarguit defensores: ⁊ vn

de eos ꝯuincat:producit lachrymas testes
Neq; nos cum ista dicimus primū aposto
lorum accusare delectat:sed hunc intuen=
do admoneri nos oportet.ne homo q̄sq; ꝺ
humanis viribus fidat: Nam quid aliud
ptinuit ad doctorem saluatorēq; nostrum
nisi vt nobis nequaq; de se quenq; presu=
mere debere.in ipso primo apl'oꝝ demō
straret exemplo? In anima itaq; petri con
tigit quod offerebat in corpore: hoc tamē
pro dn̄o qđ temere p̄sumebat pcessit:sed
aliter quā putabat. Nanq; ante mortem
et resurrectionē dn̄i ꝛ mortuus est negan=
do:ꝛ reuixit plorādo.Sed mortuus est qꝛ
superbe ipse presumpsit:reuixit autem qꝛ
benigne ille respexit.

¶ Explicit tractactus sexagesimus/
sextus. Incipit tractatus sexagesi/
musseptimus. De eo q̄ dicit: Non
turbetur cor vestrum: creditis i de
um ꝛ i me credite: vsq; ad id qđ ait
Quo ego vado scitis ꝛ via scitis.

ERigenda est nobis fratres ad deum maior intentio:vt verba sancti euā
gelij que modo in nostris au
ribus sonuerunt. etiam mente capere vt=
cunq; possimus.† Ait enim dn̄s iesus.
Non turbetur cor vestrum. Credi=
tis in deum:ꝛ in me credite. Ne mor
tem tanq; hoīes timerēt ꝛ ideo turbarenť
ꝯsolatur eos.etiam se deum esse ꝯtestans
Creditis inquit in deum:ꝛ in me credite.
Consequens est enī:vt si in deum creditis
et in me credere debeatis. Quod non essꝫ
ꝯsequens:si christus non esset deus. Cre=
ditis in deum:ꝛ in eum credite cui natura
est non rapina esse equalem deo. Semet=
ipsum enim exinaniuit:non tamen formaꝫ
dei amittens.sed formam serui accipiens.
Mortem metuitis huic forme serui:nō tur
betur cor vestruꝫ:suscitabit illā forma dei
Sed quid est qđ sequitur.in domo pa=
tris mei mansiones multe sunt:nisi
quia ꝛ sibi metuebant? Unde audire de=
buerunt:non turbetur cor vestrum. Quis
enim eoꝝ non metueret:cum petro dictuꝫ
essꝫ fidentiori atq; ꝓmptiori: nō cantabit
gallus donec ter me neges? Tanq; ergo
essent ab illo pituri:merito turbabanť.Sꝫ
cum audiūt/in domo pr̄is mei mansiones
multe sunt.si quo min⁹ dixissem vo=
bis quia vado parare vobis locū.
a pturbatiōe recreanť.certi ac fidētes etiā
post picula temptationū/se apud deū cuꝫ
christo esse māsuros:qꝛ ꝛ si alius est alio
fortior.alius alio sapiētior.alius alio iusti
or.alius alio sanctior.in domo patris mei
māsiones multe sunt. Nullus eoꝝ aliena=
bitur ab illa domo:vbi māsionem pro suo
quisq; accepturus est merito. Denarius q̄ Matthei.xx
dem ille eq̄lis est oībus.quem pr̄familias
eis qui opati sunt in vinea iubet dari om=
nibus:nō in eo discernēs qui minus ꝛ qui
amplius laborarūt. Quo vtiq; denario vi
ta significať eterna:vbi ampli⁹ alio nemo
viuit.qm̄ viuēdi nō est diuersa in eterni=
tate mēsura. Sed multe māsiones:diūsas
meritoꝝ in vna vita eterna significant di=
gnitates. Alia est enī gloria solis.alia glo
ria lune:alia gloria stellarū. Stella enī ab i.Corin.xv.
stella differt in gloria:sic ꝛ resurrectio mor
tuoꝝ. Tanq; stelle sancti diuersas māsio=
nes:diūsas claritates.tanq; in celo sortiū
tur in regno:sed ꝓpter vnū denariū /nul=
lus sepatur a regno. Atq; ita deus erit oīa i.Corin.xv.
in omnibus:vt qm̄ deus charitas est.p cha
ritatem fiat vt qđ habent singuli: cōmune
sit omnibus. Sic enī quisq; etiam ipse ha=
bet:cum amat in altero.qđ ipse nō habet.
Non erit itaq; aliqua inuidia imparis cla
ritatis:qm̄ regnabit in oībus vnitas chari
tatis. ¶ Proinde respuendi sunt a corde B
christiano.qui putant ideo dictū multas
esse māsiones:qꝛ extra regnū celorum erit
aliquid.vbi maneant beati innocētes.qui
sine baptismo ex hac vita emigrarūt:qꝛ si=
ne illo in regnū celoꝝ intrare non poterūt
Hec fides nō est fides:qm̄ non est vera et
catholica fides. Ita ne tandē stulti homi=
nes ꝛ carnalibus cogitatiōibus excecati:
cum reprobādi essetis.si mansionem nō di
co petri ꝛ pauli vel cuiuslibet apl'oꝝ. sed
cuiuscūq; paruuli baptizati a regno celoꝝ
separetis:nō vos putatis esse reprobādos
qui domū dei patris inde sepatis? Nō eī
ait dn̄s:in vniūso mūdo. aut in vniuersa
creatura.aut in vita vel btītudine sempit
na/masiones multe sunt:sed in domo inq̄t
patris mei māsiōes multe sunt. Nōne ista ij.Corint.v.
est domus:vbi edificationē habem⁹ ex deo
domū non manufactā eternā in celis? Nō

ne ista est domus de qua cantamus dño:
ps. lxxxiij Beati q̄ habitant in domo tua. in secula seculoꝝ laudabunt te? Ergo ne vos ñ domū cuiusq; baptizati fratris. sed domū ipsius dei patris cui omnes fratres dicimus.
Matth. vi. pater noster qui es in celis. a regno separe celoꝝ. aut eam sic diuidere audebitis: vt alique mansiones eius sint in regno celoꝝ alique autem extra regnū celorum? Absit vt qui volunt habitare in regno celoꝝ. in hac stulticia velint habitare vobiscū. Absit inq̄ vt cum omnis domus regnantiū filiorum non sit alibi nisi in regno ipsius. regie domus pars aliqua nō sit i regno. Et si abiero inquit. ꝛ prepauero vobis locum. iterum venio ꝛ accipiā vos ad meipsum: vt vbi sum ego ꝛ vos sitis. Et quo ego vado scitis: ꝛ viā scitis. O dñe iesu quō vadis pare locū si iā multe māsiōes sunt i domo pr̄is tui vbi tecū hītabūt tui? Aut si accipis eos ad te ipsuz: quō iteꝝ vēis q̄ ñ recedis? Ista charissimi breuit̄ explicare conemur. q̄tū videtur hodierno satis esse sermoni. coartata vtiq; non clarebunt: ꝛ erit ipsa breuitas altera obscuritas. Proinde hoc debitum differamus: qd̄ oportunius vobis patrefamilias nostro largiente reddamus.

Explicit tractatus sexagesimusseptimus. Incipit tractatus sexagesimusoctauus De eadem lectione

Deberi vobis fratres charissimi iamq; esse reddendū qd̄ distuleram⁹ agnoscimus: quomodo intelligi possit non esse inter se ista duo contraria. qd̄ cum dixisset dñs/ in domo pr̄is mei mansiones multe sunt: si quo minus dixissem vobis quia vado parare vobis locum. Ubi satis ostendit iō se hoc illis dixisse. qꝛ iā ibi sunt mānsiones multe: ꝛ non est opus aliquā preparare. Rursus dicit. Et si abiero ꝛ preparauero vobis locum. iterum veniam ꝛ accipiam vos ad meipsum vt vbi ego sum ꝛ vos sitis. Quomodo vadit ꝛ parat locum: si iam multe man-
Infra tract. lxx.

siones sunt? Si quo minus dixissem vado parare. Aut si adhuc parādus est: cur non merito dixisset: vado parare? Aut iste mānsiones ꝛ sunt ꝛ parāde sunt? Si quo min⁹ enim essent: dixisset vado parare: ꝛ tamē quia ita sunt vt parande sint. non eas vadit parare sicut sunt. Sed si abierit ꝛ pauerit sicut future sunt: iterum veniēs accipiet suos ad seipsum: vt vbi est ipse: sint ꝛ ipsi. Quō ergo mansiōes in domo pr̄is non alie sed ipse: ꝛ sine dubio iaz sunt sicut parande nō sunt. ꝛ nōdum sunt: sicut parāde sunt? Quō q̄ putam⁹: nisi quō etiaz ꝓpha p̄dicat deū. qꝛ fecit que futura sunt? Non enim ait qui factur⁹ est que futura sunt: sꝫ qui fecit que futura sunt. Ergo ꝛ fecit ea: et factur⁹ est ea. Nam neq; facta sunt: si ipse non fecit: neq; futura sunt. si ipse non fecerit. Fecit ergo ea p̄destinādo. factur⁹ ē opando: sicut discipulos q̄ñ elegerit satis indicat euangeliū: tūc vtiq; q̄ñ eos vocauit. Et tamen ait apl's. elegit nos ante mūdi ꝯstitutionē: p̄destinādo vtiq; nō vocando. Quos autem p̄destinauit: illos ꝛ vocauit. Elegit p̄destinādo ante mūdi ꝯstitutionez: elegit vocādo ante mūdi ꝯsummationem. Sic ꝛ mansiōes prepauit ꝛ preparat: nec alias sed quas prepauit has preparat/ qui fecit que futura sunt. Quas p̄parauit p̄destinādo preparat opando. Jā ergo sunt in p̄destinatione. Si quo minus dixisset ibo ꝛ prepabo. id est. p̄destinabo: Sed quia nōdū sunt in opatione: ꝛ si abiero inquit ꝛ prepauero vobis locum. iterū veniam ꝛ accipiā vos ad meipsuz. Parat āt q̄damō māsiōes. māsiōib⁹ pādo māsores. Quippe cum dixerit. in domo patris mei māsiones multe sunt: quid putabim⁹ esse domū dei. nisi templū dei? Qd̄ autez sit interroget apl's. ꝛ respōdeat. Templū enim dei sanctū est: qd̄ estis vos. Hoc est etiam regnū dei: qd̄ filius traditur⁹ est patri. Unde dicit idem apl's. Initiū christus deinde qui sunt christi in p̄sentia eius: deinde finis. cum tradiderit regnū deo ꝛ patri: id est. quos redemit sanguine suo. tradiderit ꝯtemplādo etiam patri suo. Hoc est regnū celoꝝ de quo dicitur. Simile ē regnū celorum hoī semināti bonū semen i agro suo. Bonū autem semen: hi sunt filij regni. Qui ꝛ si nūc habent ꝑmixta zizania mittet in fine rex ipse angelos suos ꝛ colli-

De pe. di. In dom
Ephes. i
Rhoma.
B
j. Corint.
j. Corint.
Matth. x

gent de regno eius oĩa scandala. Tunc iu
sti fulgebunt sicut sol in regno patris sui.
Regnũ fulgebit in regno. cum regno vene
...ei.vj rit regnũ: qđ nũc oram⁹ ꝛ dicim⁹. Ueniat
regnũ tuũ. Nũc ergo iam regnũ vocaꝰ. sꝫ
adhuc ꝯuocaꝰ. Si enĩ regnũ nõ vocaretur:
colligent de regno eius oĩa scãdala nõ di-
cereꝰ. Sed nõdum regnat hoc regnũ. Pro
inde sic iam est regnũ. vt cum de illo colle
cta fuerũt oĩa scandala. tũc ꝑueniat ad re
gnũ: vt non solum regni nomẽ sed etiã re-
gnandi habeat potestatẽ. Huic quippe re-
...th. xxv gno ad dexterã stanti in fine diceꝰ. Veni-
te bñdicti patris mei ꝑcipite regnũ. id est.
qui regnũ eratis ꝛ nõ regnabatis vẽite re
gnate: vt qđ in spe fueratis etiam in re eẽ
possitis. Hec ergo dom⁹ dei: hoc templuꝫ
dei: hoc regnũ dei. Regnũq꜃ celoꝝ adhuc
edificatur: adhuc fabricaꝰ: adhuc paratur
adhuc ꝯgregaꝰ. In illo erũt mãsiones: si-
cut eas adhuc parat dñs. In illo iam sunt
C sicut ꝑdestinauit etiam dñs. Sed qđ est
qđ vt prepararet abijt: cum ꝑfecto nosipsos
...oan. j. prepararet. Qđ nõ faciet si reliqrit? Agno-
sco dñe vt possum. Nimirũ illud significaꝰ
qꝛ vt parenꝰ iste mãsiones. viuere debꝫ iu
...nt. v. stuſ ex fide. Qui enĩ a dño ꝑegrinanꝰ: op⁹
...ei. v. habẽt ex fide viuere: qꝛ ꝑ hanc ad specieꝫ
...n. xv ꝯtemplandã paranꝰ. Beati enĩ mũdo coꝛ
de: qꝛ ipsi deũ videbũt: ꝛ fide mũdat coꝛ-
da eoꝝ. Illud in euangelio: hoc in apo
stoloꝝ actibus legitur. Fides autem qua
eoꝝ qui deũ visuri sunt q̃diu ꝑegrinanꝰ/
corda mũdanꝰ: qđ nõ videt credit. Nam si
vides non est fides. Credenti colligiꝰ me-
ritum: videnti reddiꝰ premiũ. Eat ergo dñs ꝛ
paret locum: eat ne videaꝰ: lateat vt cre-
datur. Tunc enĩ locus paraꝰ: si ex fide vi-
uatur. Creditus desideretur: vt desidera-
tus habeatur. Desideriũ dilectiõis: prepa
tio est mãsionis. Ita dñe para qđ paras.
Nos enĩ tibi paras. ꝛ te nobis paras: quo-
niam locum paraſ ꝛ tibi in nobis ꝛ in te no
...is. xv bis. tu enĩ dixisti. manete in me ꝛ ego ĩ vo
bis. Quãtũ quisq꜃ fuerit particeps tui. aliuſ
minus. alius amplius. Sed hec erit diuer-
sitas ꝑmioꝝ ꝑ diuersitate meritoꝝ. Hec
erit multitudo mansionũ ꝑ disparilitate
mansoꝝ. sed tamẽ oĩum in eternitate vi-
uorum ꝛ sine fine beatoꝝ. Quid est q꜀ va-
dis? Quid est q꜀ venis? Si te bene intelli-
go: nec vnde vadis. nec vnde venis rece-
dis. Uadis latendo: venis apparẽdo. Sed
nisi maneas regẽdo vt ꝑficiamus bene vi
uendo: quomodo parabiꝰ locus. vbi possi
mus manere ꝑfruẽdo? Hec de verbis que
recitata sunt euãgelicis/satis dicta sunt: q̃
vsq꜃ ait dñs. iterum venio ꝛ accipiam vos
ad meipsum. Quid autem sit qđ sequitur.
vt vbi ego suꝫ ꝛ vos sitis. ꝛ quo ego va
do scitis ꝛ viam scitis: post interroga
tionẽ que sequitur a discipulis factã tãq꜃
per eos ꝛ nos interrogemus melius audie
mus: oportuniusq꜃ tractabimus.

Explicit tractatus sexagesimusoctauus. Incipit tractatus sexagesimusnonus. De eo qđ dicit thomas. Dñe nescim⁹ quo vadis: vsq꜃ ad id qđ ait. Nemo venit ad patrem nisi per me.

Nunc est dile a
ctissimi. vt q̃tum valem⁹ in-
telligamus de verbis dñi po-
sterioꝛib⁹ prioꝛa ex ꝯsequẽti
bus ꝑcedentia: in eo qđ audistis apostolo
thome interrogãti esse responsum. Dixe-
rat enim superius dñs cũ đ mansionib⁹ lo-
quereꝰ: quas ꝛ esse dixit in domo pr̃is sui
et ire se vt prepararet eas. vbi intelleximus
et esse iam mãsiones ipsas in ꝑdestinatio-
ne ꝛ preparari eas cum eoꝝ qui ibi mansu
ri sunt per fidem corda mũdanꝰ: qm̃ ipsa
dei domus ipsi sunt. Et quid est aliud ma
nere in domo dei q̃ esse in populo dei: cũ
idem populus est in deo ꝛ de⁹ in eo? Hoc
vt ꝑpararet dñs abijt: vt credendo in eum
qui non videtur ea que in specie futura ẽ
nunc ꝑ fideꝫ mansio prepareꝰ. Propꝰ hoc
ergo dixerat. Et si abiero ꝛ prepaue-
ro vobis locum. iterum venio ꝛ ac
cipiam vos ad meipsuꝫ: vt vbi ego
suꝫ ꝛ vos sitis: ꝛ quo ego vado sci
tis: ꝛ viam scitis. Ad hec dicit ei tho
mas. Dñe nescimus quo vadis: et
quõ possum⁹ viam scire? Utrunq꜃ il
los dñs dixerat scire: vtrũq꜃ dixit iste ne-
scire: ꝛ locũ q̃ itur ꝛ viã qua itur. Sꝫ nescit
ille mẽtiri. Ergo isti sciebãt: sed se scire ne
sciebãt. Cõuicat eos dñs iã scire: qđ se pu-
tant ad hucvsq꜃ nescire. Dicit ei iesus.
Ego sũ via et veritas et vita. Quid

est fratres? Ecce audiuim⁹ discipulũ interrogantem. audiuim⁹ ⁊ mgr̃m docentẽ: ⁊ nõdum capimus. etiam post vocẽ sonantem sententiã latitantẽ. Sed quid nõ possum⁹ capere? Nunqd poterãt ei dicere apostoli eius cum qbus loquebat: nescim⁹ te? Proinde si eũ sciebãt ⁊ via ipse est: viam sciebant. Si eũ sciebãt ⁊ veritas ipse est: veritatẽ sciebant. Si eũ sciebant ⁊ vita ipse est / vitaʒ sciebant. Ecce scire ꝯuicti sũt B qđ se scire nesciebant. ¶ Quid igit ⁊ nos in isto sermone nõ cepimus? Quid putatis fratres mei: nisi quia dixit. ⁊ quo vado scitis ⁊ viam scitis? Ecce cognouimus qđ sciebãt viam: quia sciebãt ipsum q̃ est via. Sed via est qua itur. nunqd via est ⁊ quo itur? Utrũqꝫ autem illos dixerat scire: ⁊ quo vadit ⁊ viam. Opus ergo erat vt diceret ego sum via: vt ostenderet eos q̃ eum scirent viã scire. quã putauerãt se nescire. Quid autẽ opus erat vt diceret: ego sum via ⁊ veritas ⁊ vita. cum via cognita qua iret / restaret nosse quo iret: nisi quia ibat ad veritatẽ. ibat ad vitam? Ibat ergo ad seipsum: p seipsum. Et nos quo im⁹ nisi ad ip̃m? Et q̃ im⁹ nisi p ip̃m? Ipse igit ad seip̃m p seip̃m. nos ad ip̃m p ip̃m: imo vo ⁊ ad p̃reʒ ⁊ ip̃e ⁊ nos. Nãʒ de seipo alibi dicit. Ad p̃reʒ vado. Et hoc loco ꝓpter nos nemo inquit venit ad patreʒ: nisi per me. Ac per hoc ⁊ ipse p seipsum et ad seip̃m ⁊ ad p̃reʒ: ⁊ nos p ip̃m et ad ip̃m ⁊ ad patrem. Quis hec capit: nisi q̃ sp̃ualiter sapit? Et q̃ʒtum est qđ hic capit: etiam qui sp̃ualit sapit? Frẽs mei: qđ a me ista vobis vultis exponi? Cogitate q̃ʒ excelsa sint. Uidetis quid sim: video qđ sitis. In omnibus nobis corpus qđ corrumpit aggrauat animã: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Putamus ne ⁊ possum⁹ dicere: Ad te leuaui animaʒ meam qui habitas i celis? Sed sub tanto pondere vbi ingemiscim⁹ grauati. quõ leuabo animã meam: nisi mecũ leuet qui posuit ꝓ me suam? Dicam ego qđ possuʒ: capiat vestrũ qui potest. Quo donãte dico. eo donãte capit qui capit: ⁊ eo donãte credit qui nõdũ capit. Nisi eñ credideritis inquit ꝓpheta: nõ intelligetis. Dic mihi dñe meus: quid dicam seruis tuis ꝯseruis meis? Thomas apl's vt te interrogaret habuit te ante se: nec tamen intelligeret te: nisi haberet in se. Ego interrogo te: quia te scio esse super me. Interrogo aũt inq̃ʒtum possum super me effundere aĩam meam: vbi non sonantẽ ⁊ tamen docenteʒ audiam te. Dic mihi obsecro: quõ vadis ad te? Nunquid nam vt venires ad nos / reliqueras te: maxime quia nõ a teipso venisti sed pater te misit? Scio quideʒ qđ te exinanisti. sed quia formaʒ serui accepisti nõ quia formam dei vel ad quam redires dimisisti. vel quã reciperes amisisti: Et tamen venisti: ⁊ non solum vsqꝫ ad carnales oculos. verũetiam vsqꝫ ad manus hoĩum ꝑuenisti. Quomodo nisi ĩ carne? Per hãc venisti manẽs vbi eras. Per hanc redisti non relinquẽs quo veneras. Si ergo p hãc venisti ⁊ redisti. per hanc ꝓculdubio non solũ nobis es qua venirem⁹ ad te: verũetiam tibi qua venires ⁊ redires via fuisti. Cum vo ad vitam qđ es ipse isti: eandem ꝑfecto carnem tuam de morte ad vitã adduxisti. Aliud quippe dei verbum est: aliud homo. Sed verbum caro factum est. id est. homo. Non itaqꝫ alia verbi. alia est hominis persona: qm̃ vtrũqꝫ est christus vna ꝑsona. Ac p h̃ queadmodũ caro cũ mortua est. christus mortuus est. ⁊ cum caro sepulta est. christus sepultus est. sic enĩ corde credimus ad iusticiã. sic ore ꝯfessionem facimus ad salutem. Ita cum caro a morte venit ad vitam. christus venit ad vitaʒ Et qꝛ verbũ dei xp̃s ẽ: xp̃s ẽ vita. Ita miro q̃dã ⁊ ineffabili mõ q̃ nũq̃ʒ dimisit vel amisit seip̃m vẽit ad seip̃m Uenerat autẽ vt dictũ est p carnẽ deus ad hoĩes: veritas ad mẽdaces. Deus enĩ verax: oĩs autẽ homo mẽdax. Cum itaqꝫ ab hoĩbus abstulit atqꝫ illuc vbi nemo mentit carnẽ suam leuauit idẽ ipse: qꝛ verbum caro factum est. p semetipsum. id est. per carnem / ad veritatem qđ est ipse remeauit. Quã quidem veritatem: q̃ʒuis inter mendaces / ⁊ in morte seruauit. Aliquando enim christ⁹ fuit mortuus: sed nunq̃ʒ fuit falsus. Accipite q̃ʒuis diuersum ⁊ longe impar exemplũ: tamen vtcunqꝫ ad intelligendũ deum ex his que propius subiecta sunt deo. Ecce egoipse q̃ʒtum attinet ad animũ meum: cum hoc sim quod estis ⁊ vos. Si taceo apud meipsum sum: si antem loquor vobis qđ intelligatis. quodãmodo ad vos ꝓcedo nec me relinquo. Pʒ ⁊ ad vos accedo: ⁊ non rece-

Marginalia (left column): Johan. xvi. — Sapiẽtie. ix — ps̃. cxxij. — Esaie. vij.

Marginalia (right column): Johan. — Johãn — Rhom — ps̃. cxv.

dovnde ꝓcedo. Cum autem tacuero/quo dammodo ad me redeo: ꝛ q̃dãmodo vobiscum maneo si tenueritis qd audistis i sermone quẽ dico. Si hoc potest imago quã fecit deus: quid potest nõ a deo facta sed ex deo nata imago dei deus/cuius illud ꝑ qd ad nos egressus est. ꝛ in quo a nobis regressus est corpus. non sicut meus clapsus est sonus: sed manet ibi vbi iam non moritur. ꝛ mors ei vltra non dñabitˀ. Multa d his euãgelicis verbis adhuc dici fortasse poterant ꝛ debebant: sed non sunt corda vestra spũalibus cibis quãlibet suauibus onerãda: maxime quia spũs ꝓmptus est: caro autez infirma.

Explicit tractatus sexagesimus nonus. Incipit tractatus septuagesimus. De eo qd ait. Si cognouissetis me ꝛ patrem meũ vtiq; cognouissetis: vsq; ad id qd ait. Nõ creditis quia ego in patre ꝛ pater in me est.

Erba scti euãgelij frẽs ita recte intelligunt si cum supiorib⁹ reperiuntˀ habere ꝯcordiã. Conuenire enĩ debent ꝑcedentia ꝯsequẽtib⁹: qñ veritas loquit. Superius dixerat dñs. Et si abiero ꝛ preparauero vobis locum. iterum venio ꝛ accipiã vos ad meipsum: vt vbi ego sum ꝛ vos sitis. Deinde addiderat. Et quo ego vado scitis ꝛ viam scitis. Nihilq; aliud ostẽdit esse qd dixit: nisi quia ipsuz sciebãt. Quid ergo esset ire ad seipsum ꝑ seipsum. qd etiam discipulˀ ꝑstat vt eãt ad ipm ꝑ ipm: vt potuim⁹ ꝑstino sermone iam dixim⁹. Qd itaq; ait/vt vbi ego suz ꝛ vos sitis: vbi erãt futuri nisi in ipso? Ac ꝑ hoc est etiã ipse in seipso: ꝛ ideo ibi illi vbi ꝛ ipse. id est. in ipso. Ipse est igitur vita eterna in qua futuri sumus cũ accepit nos ad se: ꝛ ipsa vita eterna qd ipse est in ipso est: vt vbi est ipse ꝛ nos simus: hoc est in ipso. Sicut enim pater habet vitã in semetipso. ꝛ vtiq; non aliud est vita quaz hʒ nisi qd est ip̃e q hãc habet. Sic dedit filio habere vitam in semetipso. cum ipse sit eadem vita quã habet in semetipso. Nunqd ãt nos vita qd ẽ ipse hoc erimus: cum in illa vita hoc est in ipso esse ceperimus? Nõ vtiq;: q2 ipse existendo vita habet vitã: ꝛ ipse est qd habet et qd vita est in ipso. ipse est in seipso: nos aũt non ipsa vita sed ipsius vite ꝑticipes sumus. atq; ita ibi erimus vt in nobisipsis non qd ipse est esse possimus sed nosipsi ñ vita/ipsum habeamus vitam qui seipsum habet vitam. eo qd ipse sit vita. Deniq; ipse ꝛ in seipso est imutabilit: ꝛ in patre inseꝑabilit. Nos vo cum in nobisipsis esse voluissemus: ad nosipsos turbati sum⁹. Unde illa vox est. Ad meipsum turbata ẽ anima mea. atq; in deterius cõmutati: neq; id qd fuimus ꝑmanere potuim⁹. Cum autez ꝑ ipsum venimus ad patrẽ sicut ait nemo vẽnit ad patrez nisi per me: manẽtes i illo nec a patre nos quisq; poterit sepa͞re nec ab illo. Cõnectens itaq; ꝯsequentia ꝑcedentibus. Si cognouissetis me inqt et patrem meum vtiq; cognouissetis. Hoc est qd ait: Nemo venit ad patrẽ nisi ꝑ me. Deinde subiũgit. Et amodo cognoscetis eum: ꝛ vidistis eum. Sed philippus vnus ex apostolis qui audierit non intelligens: dñe inquit ostende nobis patrem ꝛ sufficit nobis. Cuui dñs. Tanto inquit tempore vobiscum sum ꝛ non cognouistis me philippe qui videt me: videt ꝛ patrem. Ecce increpat quod tanto tp̃e cum ipsis erat: ꝛ non cognoscebatˀ. Nonne ipse dixerat. ꝛ quo ego vado scitis: ꝛ viam scitis. Et se nescire dicentes/eos hec scire cõuicerat: addendo atq; dicendo. Ego sum via ꝛ veritas ꝛ vita. Quomodo nũc dicit. Tanto tempore vobiscum sum ꝛ non cognouistis me: cum ꝑfecto ꝛ quo iret ꝛ viã scirent/non ob aliud nisi qd ipsum vtiq; scirent? Sed facile ista soluitur questio si dicamus qd eum aliqui eorum sciebant aliq nesciebant: atq; in his qui nesciebãt ꝛ philippus erat: vt qd ait ꝛ quo vado scitis et viam scitis. illis dixisse intelligatˀ qui sciebant: non philippo cui dictum est. tanto tẽpore vobiscum sum: ꝛ non cognouistis me philippe. His ergo qui filium iam nouerãt etiam illud de patre dictum est: ꝛ amodo cognoscetis eum ꝛ vidistis eum. Dictum ẽ enim ꝑpter oĩmodam similitudinẽ que illi cum patre est: vt ideo amodo diceretur nosse patrem. quia nouerant similem filiũ. Ergo iam sciebant filiũ: ꝛ si non omẽs: certe quidam eorum quibus dicitur. Et quo vado scitis: ꝛ viam scitis. Ipse est enĩ via

Margin notes: ps. vj. (beside "murmur"); Johannis. v. (beside "se ꝛ nos simus"); Johannis. i (beside "et qd vita est"); ps. vj. (beside "Unde illa vox"); B (beside "ab illo"); s trac. lxix. (beside "dixerat. ꝛ quo ego vado")

Sed patrem nesciebāt: ideo audiūt. Si cognouissetis me: ꝛ patrē meū cognouissetis Si me vtiqȝ ꝛ illum: Alius enī ego sum: alius ille. Sed ne putarent dissimilē. ꝛ amodo inquit cognoscetis eum: ꝛ vidistis eū.

L Viderūt enī ei similē filiū: sed admonēdi fuerant talem esse etiam patrem. quem nondum videbant: qualis est filius quem videbant. Et ad hoc valet qđ postea philippo dicitur: qui videt me videt ꝛ patrem: Non qđ ipse esset ꝛ pater ꝛ filiꝰ. qđ in sabellianis qui vocantur etiā patripassiani/ catholica fides damnat: sed qđ taȝ similes sunt pater ꝛ filius vt qui vnū nouerit/ ambos nouerit. Solemus enim đ simillimis duobus ita loqui eis qui vnū illoꝛū vident. ꝛ qualis est alius volunt nosse: vt dicamus. Vidistis istū: Illum vidistis. Sic ergo dictum est. qui me videt videt et patrem: non vtiqȝ vt ipse sit pater qui filiꝰ sed qđ a patris similitudine in nullo proꝛsus discrepet filius. Nam nisi duo eēnt pater ꝛ filius: nō dictū esset. Si cognouissetis me: ꝛ patrē meū cognouissetis. Vtiqȝ enī: quia nemo inquit venit ad patrē nisi per me. Si cognouistis me ꝛ patrē meum cognoscetis: qm̄ ego p quem venit̄ ad patrem: pducam vos ad eum vt ipsum etiam cognoscatis. Sed qm̄ illi sum oīno simillimus/ amodo cognoscetis eum cū cognoscitis me: ꝛ vidistis euȝ si oculis coꝛdis vidistis me. Quid ergo est qđ dicis philippe: ostende nobis patrē ꝛ sufficit nobis? Tanto inquit tpe vobiscū sum: ꝛ nō cognouistis me? Philippe q̄ videt me: videt ꝛ pꝛeȝ Qđ si ad te multū est hvidere: saltē qđ nō vides hoc crede. Quō enī dicis inquit ostende nobis patrem? Si me vidisti qui oīmodo similis sum: vidisti illū cui similis sum. Qđ si videre nō potes: nō saltem credis. qꝛ ego in patre ꝛ pater in me ē Poterat hic dicere philippus. Video quidem te ꝛ credo te simillimuȝ esse pr̄i. Sȝ nunqđ arguendus ꝛ obiurgādus est: q̄ cū similem videt/ etiā illum cui similis ē vult videre? Similē quidē noui: sed adhuc alterū sine altero noui. Non mihi sufficit: nisi ꝛ illū cui est iste similis nouerim. Ostende itaqȝ nobis patrē: ꝛ sufficit nobis. Sed ideo magister discipulū arguebat: quoniam coꝛ postulantis videbat. Tanq̄ enim melioꝛ esset pater q̄ filius. ita philippus patrem nosse cupiebat: ꝛ ideo nec filium sciebat quo melius esse aliqđ credebat. Ad hunc sensum coꝛrigendū dictū est. qui videt me videt ꝛ patrē: quō tu dicis ostende nobis patrē? Video quō tu dicas. Nō alterum queris videre similem: sed illum putas esse melioꝛem. Non credis: qꝛ ego in patre ꝛ pater in me est. Cur ī similibus distantiā cupis cernere? Cur inseparabiles sepatim desideras nosse? Dein de non ad solum philippū. sed ad eos pluraliter loquitur: que non sunt in angustias coartanda vt adiuuante illo diligentiꝰ exponantur.

¶ Explicit tractatus septuagesimꝰ

Incipit tractatus septuagesimus primus. De eo quod dicit. Verba que ego loquor vobis a meipso nō loquor: vsqȝ ad id qđ ait: Si quid petieritis patrem in noīe meo hoc faciam.

A Vdite auribus accipite mentibꝰ dilectissimi: Loquētibꝰ quidem nobis sed ipso docente qui non recedit a nobis. dn̄s dicit: qđ modo cum legebat̄ audistis. Verba que ego loquor vobis a meipso non loquor. Pater autē in me manens: ipse facit opera Ergo ꝛ verba opera sunt? Plane ita est. Nā pfecto qui primū loquēdo edificat: bonū opus opatur. Sed quid est a meipso nō loquoꝛ: nisi a meipso non sum q̄ loquoꝛ? Ei quippe tribuit qđ facit: de quo est ipse qui facit. Pater enī deus non est đ aliq̄: filius autem deus est quidē patri equalis sed de pr̄e deo. Ideo ille deus sed non de deo: ꝛ lumen sed nō de lumine: iste deꝰ de deo: lumē de lumīe. Nā in his duabus sentētijs. vna qua dictū est/ non a meipso loquoꝛ. alia qua dictū est. pater aūt in me manēs ipse fac̄ opa. singulas tenētes diūsi nobis adūsant̄ heretici: q̄ nō ex vna parte sed in ɔtraria conātes a via veritatis exoꝛbitant. Arriani quippe dicūt. Ecce inequalis est pr̄i filius: a seipso nō loquit̄. Dicūt sabelliani ɔtra. id est. patripassiani. Ecce q̄ pr̄ est: ipse ꝛ filius. Quid enī est pr̄ ī me manēs ipse facit opa: nisi ī me maneo ego q̄ facio? Cōtraria dicitis: sed nō eo modo

sicut est falsum ꝯtrariū vero: sed sicut sūt inter se duo falsa ꝯtraria /errādo in diuersa itis: in medio est via quā relinqtis. Int vosipsos longiore interuallo sepati estis: quā ab ipsa via cuiꝰ desertores estis. Uos hinc. vos aūt illinc huc venite: alteri ad alteros trāsire nolite: sed hinc atqꝫ illinc ad nos veniēdo inuicem vos inuenite. Sabelliani agnoscite quem ꝑtermittitis. Arriani equate quē subditis: ꝛ ī via vera nobiscū ambulabitis. Est enī qd̄ inuicem ex vobis alteri ex alteris admoneri vtriqꝫ debeatis. Audi sabelliane. Usqꝫ adeo nō ipse pater sed alter est filius: vt eum arrianꝰ inequalē asserat patri. Audi arriane. vsqꝫ adeo filius equalis est patri: vt sabellianꝰ eundem esse dicat ꝛ patrē: Tu adde quē tollis. tu adimple quem minuis. ꝛ nobiscū ambo consistitis. quia nec tu tollis. nec tu minuis eum: qui ꝛ alter est a patre vt conuincas sabellianū. ꝛ equal' est patri vt cōuincas arrianū. Utrisqꝫ enī clamat: ego et pater vnū sumus. Qd̄ ait vnū/ audiant arriani. Qd̄ ait sumꝰ: audiāt sabelliāi. ꝛ nec illi equalem nec illi alterū negādo sint vani. Si ergo qm̄ dixit. verba q̄ ego loquor vob a meipso n̄ loquor. ꝑpterea putatur vsqꝫ adeo imparis ꝑtātis. vt non qd̄ ipse vult faciat: audiat qd̄ dixit. Sicut pr̄ suscitat mortuos ꝛ viuificat: sic ꝛ filiꝰ q̄s vult viuificat. Item si qm̄ dixit. pater ī mē manens ipse fecit opa. ꝑpterea putat' nō aliꝰ esse pater alius ipse: audiat' qd̄ dixit: Que cunqꝫ pr̄ facit. hec ꝛ filiꝰ simili' facit: et intelligat' non bis vnꝰ sed duo vnū. Uerū qr sic equalis est alter alteri. vt tn̄ alter sit ex altero: ideo nō loquit' a semetipso. qr non est a seipso. Et ideo pr̄ in illo manēs facit opa ipse. quia ꝑ quem ꝛ cum quo facit nō est nisi ab ipso. ¶ Deniqꝫ adiūgit ꝛ dicit. Nō creditis qa ego in pr̄e: ꝛ pr̄ in me ē: Alioqn̄ ꝑpt' opa ipa credite Antea solus philippus arguebat': nūc aūt non ibi cū solū fuisse qui esset arguēdus ostendit. Propter opa inquit ipsa credite quia ego in pr̄e ꝛ pater in me est. Neqꝫ eī si sepati essemꝰ/ insepabilit' opari vlla ratione possemꝰ. Sed q̄d est qd̄ sequit'. Amē amē dico vobis: q̄ credit ī me opa q̄ ego facio ꝛ ipse faciet. ꝛ maiora hoꝝ faciet q̄a ego vado ad pr̄em ꝛ q̄cūqꝫ petieritis ī noīe meo hoc faciam: vt glorificet' pr̄ in filio. Si q̄d petieritis ī noīe meo hoc faciam. Ergo ꝛ illa maiora opa: seipsum facturū esse ꝑmisit. Nō se extollat seruꝰ supra dominū: nec discipulus supra mgr̄m. Maiora q̄ ipse facit dicit eos eē facturos: sꝫ ī eis vel ꝑ eos se faciente. nō ipsis tanq̄ ex seipsis. Ei quippe cantat' in psalmo. Diligā te dn̄e v̄tus mea. Sed que sunt tandem ista maiora: An forte qd̄ egros ipsis trāseuntibus/ etiā eorum vmbra sanabat: Maius ē enī vt sanet vmbra q̄ fimbria. Illō per sefecit h̄ ꝑ ipsos: sed tn̄ vtrūqꝫ ipse. Uerūtamen qn̄ ista dicebat/ v̄boꝝ suoꝝ opa commēdabat. Sic enī dixerat. Uerba q̄ ego loquor vob: a meipso nō loquor. Pat autem in me manēs: ipse facit opa. Que opa tunc dicebat: nisi verba que loquebatur: Audiebāt ꝛ credebant illi: ꝛ eorundē verboꝝ fructus erat fides illoꝝ. Ueruntamē euāgelizātibꝰ discipulis non tam pauci q̄ illi erant: sed gentes etiā crediderūt. Hec sunt sine dubitatiōe maiora. Nec tam ait. maiora hoꝝ facietis vt solos apl'os ea putaremus esse facturos: Sꝫ qui credit ī me inquit opa que ego facio ꝛ ipse faciet. et maiora hoꝝ faciet. Ita ne q̄cunqꝫ credit ī christū facit que christꝰ vel maiora q̄ christus: Non ꝑtereunt' ista tractāda sunt nec debent festinatione ꝑcipitari: sed ea cogit ꝯcludendus iam sermo iste differri.

¶ Explicit tractatus septuagesimꝰ primus. Incipit tractatus septuagesimus secundus. De eadē lectiōe

Quid sibi velit ꝛ quō accipiendum sit qd̄ dn̄s ait. q̄ credit ī me opa q̄ ego facio ꝛ ipse faciet: non est facile cōꝑhēdere. Et cū h̄ ad intelligēdū difficillimū sit. adiecit aliud difficilius: et maiora hoꝝ faciet. Quid est hoc: Qui faceret opa que christꝰ fecit nō inueniebamꝰ: q̄ etiā maiora faciat inuēturi sumꝰ: Sed dixeramꝰ sermone pristino quia maius fuit vmbre sue transitu qd̄ discipuli fecerunt q̄ fimbrie sue tactu qd̄ ipse dn̄s fecit sanari languētes: ꝛ quia plures apl'is q̄ ipso ꝑ os ꝑpriū predicāte domino crediderūt vt hec viderent' opa intelligenda esse maiora: Nō quo maior eēt magistro discipulus vel dn̄o seruꝰ vel ad

Margin notes: Johan. x. | Johan. v. | ... tract. | ... tract. ... | ... quecunqꝫ ... tam hoc. | ꝛ Ar. me | Johan. xiiij | ps̄. xvij. | Actuum. v | Actuum. v. | Matth. xiiij | Johan. xiiij.

optatus vnigenito vel homo deo. sed qđ
per illos ipse dignaretur cadē maiora fa
Johānis.xv cere. qui dicit illis alio loco. sine me nihil
potestis facere. Ipse quippe vt alia omit=
tam que sunt inumerabilia: sine ipsis fecit
eos: sine ipsis fecit hunc mūdū. Et q: ho=
mo etiam ipse fieri dignatus est: sine ipsis
fecit ꝛ seipsum. Quid autem illi sine ipso:
nisi peccatum? Deniꝗ ꝛ hic id quod dē hac
re poterat nos mouere: mox abstulit. Cū
enim dixisset/qui credit in me opera que
ego facio ꝛ ipse faciet. ꝛ maiora horum fa
ciet: ꝯtinuo secutus adiunxit. quia ego
† Al. qđcūꝗ ad patrem vado: et † quecunꝗ pe=
† Al. patrem tieritis † in nomine meo hec faciā
Qui dixerat faciet. post ait faciam: tanꝗ
diceret. Non vobis impossibile hoc videa
tur. Non enī poterit esse maior me qui cre
dit in me. sed ego sum facturus ꝛ tunc ma
iora ꝙ nunc: Maiora per eum qui credit
in me: quā preter eum per me. Ego tamen
ipse preter eum: ego ipse per eum. Sed qñ
preter eū nō faciet ipse: quādo autem per
eum ꝙuis non per semetipsum. faciet ꝛ ip
se: Porro autem maiora facere per eū ꝙ
preter eum: non est defectio sed dignatio.
ps. cxv. Quid enī retribuant serui dño. pro oībus
que retribuit eis. Qñquidem inter cetera
bona etiam hoc eis donare dignatus est:
vt maiora faceret per illos ꝙ preter illos?
Matth. xix. Nōne ab ore illius diues ille tristis absces
sit: qui vite eterne consiliū quesiuit. Audi
dit/abiecit. et tamen postea qđ ab illo au=
ditum non fecit vnus. fecerunt multi cum
loqueret per discipulos magister bonus:
ꝯtemptibilis ei quem diuitem per seipsū
monuit. amabil eis quos ex diuitib⁹ pau
peres per discipulos paupes fecit. Ecce
maiora fecit predicatus a credētib⁹ ꝙ lo=
B cutus audientibus. Uerum hoc adhuc
mouet: quod hec maiora per aplos fecit.
Non autem ipsos tantū significās ait. opa
que ego facio ꝛ vos facietis. ꝛ maiora ho=
rum facietis: sed omnes ad suam familiā
pertinentes intelligi volens. Qui credit ī
me inquit. opera que ego facio ꝛ ipse faci
et: ꝛ maiora horum faciet. Si ergo qui cre
dit faciet. non credit vtiꝗ qui non faciet:
sicuti est/qui diligit me mandata mea cu=
Infra tract. lxxiiij. stodit. vnde profecto qui nō custodit non
diligit. Item alio loco. qui audit inqt ver
Matth. vij. ba mea hec ꝛ facit ea: similabo eū viro pru

denti qui edificauit domū suā supra petrā
Qui ergo non est similis huic viro prudē=
ti: ꝓculdubio aut verba hec audit ꝛ nō fa
cit. aut oīno nec audit. Qui credit inqt in Johāni
me: licet moriatur viuet. Qui ergo non vi
uet: non vtiꝗ credit. Tale etiam hoc est.
qui credit in me faciet: non vtiꝗ credit q
non faciet. Quid est hoc fratres? Nunqd
inter credentes in christum/ non est com=
putandus qui non fecerit opera maiora
ꝙ christus? Durum est. absurdum est/fer=
ri non potest: non toleratur nisi intelligat
Apostolum igitur audiamus. Credenti in Rhom
quit in eum qui iustificat impium: deputa
tur fides eius ad iusticiam. In hoc ope fa
ciamus opera christi: quia ꝛ ipsum crede=
re in christo opus est christi. Hoc opatur i
nobis: non vtiꝗ sine nobis. Audi ergo iā
et intellige. Qui credit ī me: opa que ego
facio ꝛ ipse faciet. Prius ego facio. dein=
de ꝛ ipe faciet: q: facio vt faciat. Que opa
nisi vt ex impio iustus fiat? ¶ Et maiora
horum faciet. Quorum obsecro? Nunqd
nam oīum operum christi maiora facit: q
cum timore ꝛ tremore suam ipsi⁹ salutem
operatur? Quod vtiꝗ in illo: sed non sine
illo christus operat. Prorsus maius h eē
dixerim ꝙ est celū ꝛ terra: ꝛ quecūꝗ cer=
nunt in celo ꝛ in terra. Et celum enī ꝛ ter=
ra trāsibit. Predestinatoꝝ aūt. id est. eoꝝ
quos ꝓscit. salus ꝛ iustificatio ꝑmanebit.
In illis tantū opera dei: in his aūt etiā ē
imago dei. Sed ꝛ in celis. sedes. dñatiōes
principat⁹. ꝑtātes. archāgeli. angeli: ope= Iacobi.
ra sunt christi. Nunquid etiam his opibus
maiora facit: qui opante in se christo coo=
perat salutem eternā ac iustificationē suā
Nō hic audeo ꝓcipitare sententiā. Intel=
ligat qui potest. iudicet qui potest: vtrū
maius sit iustos creare ꝙ impios iustifica= Numeri.
re. Certe enī si equalis est vtrūꝗ potētie:
hoc maioris est misericordie. Hoc est enī j. Ti
magnū pietatis sacramentū qđ manifesta
tum est in carne. iustificatū est in spū: ap=
paruit angelis. ꝑdicatū est in gentib⁹: cre=
ditum est in mūdo. assumptū est in gloria
Sed oīa opa christi intelligere vbi ait. ma
iora hoꝝ faciet. nulla nos necessitas cogit.
horum enim forsitan dixit. que in illa ho=
ra faciebat. Tunc enim verba fidei facie=
bat: ꝛ de his operibus fuerat prelocut⁹ di
cens. Uerba que ego loquor vob: a me= j. Timo. iiij

ipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Tunc igitur verba eius erant opera eius: ⁊ vtiqȝ minus ē verba iusticie predicare. qđ fecit preter nos/ ꝙ impios iustificare qđ ita facit in nobis vt faciamus ⁊ nos. Restat inquirere quomodo accipiendū sit: quodcūqȝ petieritis patrem in noīe meo hoc faciā. Propter multa enim que petunt fideles eius nec accipiunt: nec parua hinc exoritur questio. Sed quoniā sermo iste iam claudendus est: et ꝯsiderande rei atqȝ tractande tribuatur saltem parua dilatio

¶ Explicit tractatus septuagesim⁹ secundus. Incipit tractat⁹ septuagesimustertius. De eo quod dicit: Quia ego vado ad patrem. ⁊ qđcunqȝ petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.

A Magnam spem dn̄s suis ꝓmisit sperantib⁹ dicens: quia ego ad patrē vado: ⁊ quodcunqȝ petieritis in nomine meo hoc faciam. Sic ergo perrexit ad patrem vt non relinqueret indigentes: sed exaudiret petētes. Sed quid est/ qđcunqȝ petieritis: cum videamus plerunqȝ fideles eius petere ⁊ nō accipere? An forte ꝓpterea quia male petunt? Nam hoc exprobrauit apostolus iacobus dicens. Petitis ⁊ non accipitis eo ꝙ male petatis: vt in ꝯcupiscētijs vestris insumatis. Male ergo vsur⁹ eo qđ vult accipere: deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde homo ledatur exauditus. magis metuendū est/ ne qđ posset non dare ꝓpitius det iratus. An non vidimus israelitas malo suo impetrasse: qđ culpabili ꝯcupiscentia petierunt? Concupierant enim carnibus vesci: quibus pluebat̄ māna de celo. Fastidiebant quippe qđ habebāt ⁊ qđ non habebāt impudenter petebant: Quasi non melius peterent non vt cibus qui deerat indecenti desiderio ꝓstaret̄: sed vt ille qui aderat sanato fastidio sumeret̄. Quando enī nos delectant mala ⁊ non delectant bona: rogare debemus potius deum vt delectent bona ꝙ vt ꝯcedantur mala: Non quia malum est carne vesci. cum de hac re loquēs apostolus dicat. omnis creatura dei bona est/ ⁊ nihil abijciendū qđ cum grā̄rū actione accipitur: Sȝ qꝛ sicut idē ipse ait. malū est hoī qui per offensionē mādūcat: Et si per hominis offensionem: ꝙtomagis dei? Cuius in israelitis non parua erat offensio: repudiare qđ dabat sapientia ⁊ petere id qđ inhiabat ꝯcupiscētia: ꝙuis illi nec peterent. sed quia deerat murmurarent. sed vt sciremus non dei creaturam eē culpabilem sed inobedientiā ꝯtumacem ⁊ inordinatā cupiditatem: non ꝓpter porcū sed ꝓpter pomū mortem primus homo inuenit: ⁊ esau primatus suos non ꝓpt̄ gallinam sed ꝓpter lenticulam ꝑdidit. Quō ergo intelligendū est qđcunqȝ petieritis hoc faciam: si deus aliqua petentib⁹ fidelibus etiam ꝯsulendo non facit? ¶ An forte solis apostolis hoc dictum debem⁹ accipere Absit. Unde enim ad hoc venit vt diceret superius dixerat: qui credit in me opa que ego facio ⁊ ipē faciet ⁊ maiora hoꝝ faciet. de q̄ re iam pristino sermōe tratauim⁹: et ne quisqȝ hoc sibi tribuerē. vt etiā illa opa maiora a seipso facere ostenderet: adiecit atqȝ ait. Quia ego ad patrem vado: ⁊ qđcunqȝ petieritis in noīe meo hoc faciam. Nunqd in eum soli apostoli crediderunt. Ad eos itaqȝ loquebat̄ dicendo. qui credit in me. in qb⁹ eo donāte etiā nos sum⁹: q̄ vtiqȝ nō qđcūqȝ petim⁹ accipim⁹. Ipsos quoqȝ btīssimos si cogitem⁹ aplos: inuenimus eū qui plus oīb⁹ laborauit. nō aūt ipse sed grā dei cū ipso / ter dn̄m rogasse vt ab eo discederet angelus sathane: nec tamē qđ rogauerat accepisse. Quid dicim⁹ charissimi? Putabimus ne h̄ ꝓmissum vbi ait. qđcūqȝ petieritis h̄ faciā: nec aplīs fuisse ab illo completū? Et cui tandē qđ ꝓmittit impleuit: si aplos suos in sua ꝓmissione fraudauit? Euigila igit̄ hō fidelis: ⁊ vigilant̄ audi qđ illic positū est: in nomīe meo. Ipsum enī qđcūqȝ non ait petieritis vtcūqȝ: sed ī noīe meo. Quis ꝓmisit ꝙ tā magnū bn̄ficiū? Qui vocat̄ vtiqȝ xp̄s ih̄s: Xp̄s significat regē: ih̄s significat saluatorem. Nō itaqȝ nos saluos faciet q̄cūqȝ rex sed rex saluator. Ac ꝑ h̄ qđcūqȝ petim⁹ aduersus vtilitatē salutis. nō petim⁹ in noīe saluatoris: ⁊ tñ ipse saluator ē nō solū qñ facit qđ petim⁹/ verū etiā qñ non facit: qm̄ qđ videt peti ꝯtra salutē / ñ faciēdo poti⁹ se exhibet saluatorē. Nouit eī medic⁹ qđ pro sua: quid cōtra suā salutē poscat egrotus: ⁊ ideo ꝯtraria poscentis nō facit volū

Iacobi. iiij.
Numeri .xj.
.Timo.iiij.
Rhom .xiiij
Genesis.iij.
Genes.xxv.
ij.Corin.x

tatem vt faciat sanitatẽ. Quapropt̃ qñ volumus vt faciat qđcunq; petimus: non vtcunq; sed in noĩe eius. hoc est in noĩe saluatoris petamus. Nõ ergo ꝯtra nostrã salutem petamus. Qđ si fecerit: non vt saluator facit quod est nomen fidelib⁹ ei⁹. Est quippe impijs ꝛ damnatoꝛ: qui dignat̃ fidelibus esse saluatoꝛ. Qui ergo credit in euz qđcunq; petierit in eo noĩe qđ est illis qui credũt in eum/hoc facit: qm̃ hoc sicut saluatoꝛ facit. Si aũt qui in euz credit aliqd per ignorantiã contra suam salutem petit non in noĩe saluatoris petit: q2 saluatoꝛ eius non erit si qđ eius salutem impedit fecerit. Unde tunc expedit potius: vt nõ faciendo ꝑpter qđ inuocat̃ faciat qđ vocat̃.

C ¶ Propterea non solũ saluatoꝛ sed etiaz mgr̃ bonus vt faciat qđcunq; petierimus. in ipsa oratione quam nobis dedit docuit quid petamus: vt etiã sic intelligam⁹ non petere nos in noĩe mgr̃i qđ petim⁹ p̃ter regulam ipsius magisterij. Sane quedã q̃uis in noĩe eius petamus. id est. ẜm saluatorem ꝛ ẜm mgr̃m petam⁹: non tunc qñ petimus facit. sed tamẽ facit. Neq; eñi quia

Matthei. vj et illud petimus vt veniat regnũ dei. propterea non facit qđ petimus: quia non statim cum illo in eternitate regnam⁹. Differtur eñi qñ petim⁹: non negat̃. Ueruntamẽ orantes tanq; seminãtes non deficiam⁹: tẽ

Galath. vj. poꝛe eñi ꝓprio metem⁹ vt simul petamus quando bene petimus vt non faciat qđ ñ bene petimus: quia ꝛ ad hoc pertinet qđ ĩ eadem oratione dñica dicim⁹. Ne nos inferas in temptationẽ. Neq; eñi parua ẽ tẽptatio: si ꝯtra tuam sit causam tua postulatio. Non autem negligent̃ audiendũ ẽ qđ dñs ne quisq; eum putaret qđ se ꝓmisit facere petentib⁹: sine patre esse facturũ: Cũ dixisset qđcunq; petieritis in noĩe meo ħ faciam: continuo subiecit. vt glorificet̃ pater in filio. Si quid petieritis in noĩe meo hoc faciam. Nullo mõ igit̃ sine p̃re hoc filius facit: qñquidem vt in illo pater glorificet̃ ꝓpterea facit: Facit ergo pater in filio vt filius glorificet̃ in pa-

Johãnis. x. tre: Et facit filius in patre. vt pater glorificetur in filio: qm̃ vnũ sunt pater ꝛ filius

¶ Explicit tractatus septuagesim⁹ tertius. Incipit tractatus septuagesimusquartus. De eo quod dicit Si diligitis me mandata mea seruate: vsq; ad id quod ait. Uos autem cognoscetis eum qa apud vos manebit ꝛ in vobis erit.

A Udiuim⁹ fratres cum euangeliũ legeret̃: dñm dicentẽ. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem ꝛ alium paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum. spiritum veritatis quem mundus non potest accipere/quia non videt eum: nec scit eum. Uos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit. et in vobis erit. Multa sunt: que ĩ istis paucis verbis dñi requirant̃. Sed multuz est ad nos vel oĩa que hic querẽda sunt q̃rere: vl' oĩa que hic querim⁹ inuenire. Ueruntamen q̃tum nobis dñs donare dignatur ꝑ nostra ꝛ vestra capacitate: quid dicere debeamus ꝛ quid audire debeatis. attendentes ꝑ nos charissimi/qđ possum⁹ sumite: ꝛ ab illo qđ ñ possum⁹ poscite. Spiritũ paraclytum chꝛistus ꝓmisit apostolis quo autem modo ꝓmiserit aduertamus. Si diligitis me inquit mãdata mea seruate: ꝛ ego rogabo patrem ꝛ alium paraclytum dabit vobis vt maneat vobiscũ in eternum spiritum veritatis. Hic est vtiq; in trinitate spũssanctus: quẽ patri ꝛ filio ꝯsubstantialem ꝛ coeternũ fides catholica confitetur. Ipse est de quo dicit apl's. Charitas dei diffusa est in coꝛdib⁹ nr̃is: ꝑ spiritũ Rhoma sanctũ qui datus est nobis. Quõ ergo dominus dicit: si diligitis me mãdata mea seruate: ꝛ ego rogabo patrẽ ꝛ alium paraclytum dabit vobis. cum hoc dicat de spũsancto: quem nisi habeam⁹/nec diligere deuz possum⁹. nec eius mãdata seruare: Quomodo diligim⁹ vt eũ accipiam⁹: quem nisi habeam⁹ diligere nõ valem⁹: Aut q̃modo mãdata s̃uabim⁹ vt eũ accipiam⁹: quẽ nisi habeam⁹ mãdata seruare nõ possum⁹ An forte p̃cedit in nob charitas qua diligimus chꝛistũ: vt diligẽdo chꝛistum eiusq; mãdata faciendo/mereamur accipere spiritumsanctum: vt charitas non chꝛisti que iam precesserat. sed dei patris diffundat̃ in coꝛdibus nostris per spiritũsanctum q̃

datus est nobis? Peruersa e ista sentētia. Qui enī se filium diligere credit ꝛ patrem non diligit: ꝓfecto nec filium diligit sed ꝙ sibi ipse ꝯfinxit. ¶ Deinde apostolica vox est. Nemo dicit dn̄s iesus: nisi i spū sancto. Et quis dn̄m iesum nisi qui eum diligit dicit: Si eo modo dic̄ quo apl's intelligi voluit. multi enī voce dicūt. corde autem et factis negant: sicut de talibus ait. Confitētur enī se nosse deum: factis autem negāt. Si negatur factis: ꝓculdubio etiam dicitur ficte. Nemo itaqꝫ dicit dn̄s iesus. animo. verbo. facto. corde. ore. opere. Nemo dicit dn̄s iesus nisi in spū sancto: ꝛ nemo sic dicit nisi qui diligit. Jam itaqꝫ apostoli dicebant dn̄s iesus: ꝛ si eo modo dicebāt vt nō ficte dicerēt. ore confitentes. corde et factis negantes: Prorsus si veraciter hoc dicebant ꝓculdubio diligebāt. Quō igit̄ diligebant: nisi in spiritusancto? Et tamē eis prius imꝑatur vt diligant eum ꝛ eius mandata ꝯseruent vt accipiant spiritumsanctum: quem nisi haberent ꝓfecto diligere ꝛ mandata seruare non possent. Restat ergo vt intelligamus spiritū sanctum habere qui diligit ꝛ habēdo mereri vt pl' habeat: ꝛ plus habendo plus diligat. Jam itaqꝫ habebant spiritū discipuli quem dn̄s ꝓmittebat sine quo eum dn̄m non dicebāt nec tamen eum adhuc habebāt sicut eum dn̄s ꝓmittebat. Et habebāt ergo ꝛ nō habebant: qui q̄tum habendus fuerat nōdū habebant. Habebant itaqꝫ minus: dandus erat eis amplius. Habebāt occulte: accepturi fuerant manifeste: quia ꝛ hoc ad maius donū sancti spūs pertinebat vt eis innotesceret qđ habebāt. De q̄ mūere loq̄ns apostolus ait. Nos autem non spiritū huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Nam ꝛ ipsam manifestam impenditionem spūsancti: nō semel sed bis numero dn̄s egit. Mox enim vt resurrexit a mortuis: insufflans ait. Accipite spm̄sanctum. Nunquid igitur quia tunc dedit: iō non misit etiam postea quem ꝓmisit? Aut non idem ipse est spiritussanct' qui ꝛ tūc est insufflatus ex ipso: ꝛ postea ab ip̄o mis sus e celo? Quaꝓpt̄ cur ipsa que facta ē euidenter donatio eius bis facta fuerit: alia questio est. Fortassis eniꝫ ꝓpter duo p̄cepta dilectiōis / hoc est ꝓximi ꝛ dei. vt

B

...xij. (Left margin: beside "est. Nemo dicit")

...im. j. (Left margin: beside "factis negant")

...t. ij. (Left margin: beside "notesceret")

cōmendaret̄ ad spm̄sanctū pertinere dilectio: hec eius gemina est in manifestatiōe facta donatio. Et si alia causa querenda ē non nunc eius inq̄sitione in longiorem quā oportet modum sermo iste mittēdus est: dum tamen constet sine spiritusancto christum nos diligere ꝛ mandata eius seruare non posse: ꝛ id nos posse atqꝫ agere tanto minus q̄to illum ꝑcipimus minus: tanto autem amplius q̄to illum percipimus amplius. Proinde non solum non habēti verumetiam habenti non incassum ꝓmittit̄: non habēti quidē vt habeat̄. habenti autē vt amplius habeat̄. Nā nisi ab alio minus ab alio ampli' haberet̄: sctūs heliseus sancto helie nōn diceret. spūs q̄ est in te duplex sit in me. Dū aūt ait iohannes baptista. Nō enī ad mēsurā dat deus spm̄: dō ipso dei filio loquebat̄ cui nō est dat' spūs ad mēsurā: q2 i illo ībabitat oīs plēitudo diuinitatis. Neqꝫ enī sine gr̄a spūsancti ē mediator dei ꝛ hoīum: homo xp̄s iesus. Nam ꝛ ipse dicit de se fuisse ꝓpheticū illud impletū. Spūs dn̄i sup me ꝓpt̄ qđ vnxit me: euāgelizare paupib' misit me. Nō enī est vnigenit' equalis patri: nō est gr̄e sed nature. Dō aūt in vnitate ꝑsone vnigeniti assumpt' est hō. gr̄e est non nature: ꝯsitente euāgelio atqꝫ dicēte. Puer autē crescebat ꝛ ꝯfortabat̄ plenus sapīa: ꝛ gr̄a dei erat in illo. Ceteris aūt ad mēsurā datur ꝛ datus addit̄: donec vnicuiqꝫ ꝓ modo sue ꝑfectiōis ꝓpria mēsura compleat̄. Vn̄ ꝛ monet apl's. Nō plus sape q̄ oportet sape. sed sape ad tempantiā: vnicuiqꝫ sicut deus ꝑtitus ē mēsurā fidei. Neqꝫ enī ipse diuidit̄ spūs sed dona ꝑ spm̄. Nā diuisiones donationū sunt: idem aūt spūs. ¶ Quod vo ait. Rogabo patrem et aliū paclytū dabit vobis: oñdit ꝛ se ipsuꝫ esse paclytū. Paraclytus enī latine dr̄ aduocat'. Et dictū est de xp̄o. Aduocatū habem' ad p̄rem: iesum xp̄m iustum Sic aūt mūdū dixit nō posse accipe spiritumsctm̄: sicut etiā dictū est / prudētia carnis inimica ē deo legi enī dei nō est subiecta nec enī pōt: velut si dicam': iniusticia iusta esse nō pōt. Mūdū quippe ait h̄ loco mundi significans dilectores: que dilectio non est a patre. Et ideo dilectioni huius mundi de qua satagimus vt minuat̄ ꝛ ꝯsumat̄ in nob ꝯtraria est dilectio dei q̄ diffū

j. sen. d. xvij vt aūt certi'

j. sen. di. xvij h̄ aūt querit̄ iiij. Reg. ij.

Johānis. iij

Colossen. ij.

j. Timot. ij.

Luce. iiij.

Luce. ij.

vbi. s.

Rhoma. xij.

j. Corint. xij

R

j. Johan. ij.

Rhoma. viij

ditur in cordibus nostris per spiritūsanctuz qui datus est nobis. Mūdus ergo eū accipere nō potest: quia non videt eum neqꝫ scit eum. Neqꝫ enī habet inuisibiles oculos mūdana dilectio: per quos videri spūssanctus nisi inuisibilit non potest. Uos autem inquit cognoscetis eum: quia apud vos manebit et in vobis erit. Erit in eis vt maneat: nō manebit vt sit. Plus est enī esse alicubi: quam manere. Sed ne putarēt qd dictū est apd vos manebit/ita dictū queadmodū apud hominem hospes visibilit manere consueuit exposuit quid dixerit apud vos manebit: cum adiūxit et dixit/in vobis. Ergo inuisibiliter videtur: nec si nō sit in nobis .pt eē in nobis eius scientia. Sic enī a nobis videtur in nobis. id est. nostra ɔsciētia. nā faciem videmus alterius: nostram videre nō possumus. Conscientiā vero nostrā videm⁹ alterius non videmus. Sed ɔscientia nūquam nisi in nobis: spūs autez sanctus potest eē sine nobis. Datur quippe vt sit et in nobis: sed videri et sciri queadmodū videndus et sciēdus ē non pt a nobis: si non sit in nobis

Explicit tractatus septuagesim⁹ quartus. Incipit tractatus septuagesimusqntus. De eo qd dicit: Nō relinquā vos orphanos veniā ad vos: vsqꝫ ad id qd ait: Et qui diligit me diliget a pře meo: et ego diligam eum et maifestabo ei meipsuz.

Post promissionē spūssancti ne qsquam putaret qd ita eū dns datur⁹ fuerit velut pro seipso. vt non et ipse cum eo fuisset ventur⁹: adiecit atqꝫ ait. Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos. Orphani pupilli sunt. Illud enī grecum eiusdez rei nomen est: hoc latinū. Nam et in psalmo vbi legimus. pu- (Ps. ix.) pillo tu eris adiutor: grecus habet orphano. Quis ergo nos filius dei suo patri adoptauerit filios. et eundē patrē nos voluerit habere per grām/qui eius pater est per naturam: tamē etiā ipse circa nos paternū affectū quodāmodo demōstrat. cum dicit. Non relinquam vos orphanos: veniā ad vos. Hinc est qd etiam sponsi filios nos appellat: vbi ait. Ueniet hora vt auferat ab eis sponsus: et tūc ieiunabunt filij sponsi. (Matth.) Quis autem sposus: nisi dns christus? De inde sequit et dicit. Adhuc modicū et mūdus me iam non videt. Quid ei? (Infra lxxvj.) Tunc eum videbat mūdus: qñquidē mūdi noīe vult intelligi eos de quib⁹ supius (Trac.) locutus est dicens de spūsancto quē mundus accipe non potest: quia non videt eū neqꝫ cognoscit eum? Uidebat eum plane mūdus carneis oculis in carne ɔspicuum: non aūt videbat qd in carne verbum latebat. Uidebat hominē: non videbat deuz videbat indumētū: non videbat indutum Sed quō post resurrectionē etiam ipsam carnem suam quam non solum videndam verumetiam contrectandam / suis voluit demonstrare. non suis subtrahere: fortasse hinc intelligendū est esse dictum/adhuc modicū et mūdus me iam non videt: Uos aūt videbitis me. qa ego viuo et vos viuetis. Quid est quia ego viuo: et vos viuetis? Cur de presenti se dixit viuere. illos autem de futuro eē victuros: nisi quia vitam etiam carnis vtiqꝫ resurgētis qualis in ipso pcedebat/et illis est pollicitus secuturā? Et qr ipsius mox futura erat resurrectio. pñtis posuit tpis verbum ppter significandā celeritatē: illorū aūt qm seculi differt in finē. nō ait viuitis sed viuetis. Duas ergo resurrectiões suā s. mox futurā et nřam in seculi fine venturā duob⁹ verbis pñtis tpis et futuri eleganter breuiterqꝫ pmisit: Quia ego inqt viuo et vos viuetis. qr viuit ipse et nos viuem⁹. per hoīem quippe mors et per hoīem resurrectio (j. Cori.) mortuorum. Sicut enī in adā oēs moriuntur ita et in xpo oēs viuificabūtur: qm nemo ad mortē nisi per illū. nemo ad vitā nisi per xpm. Quia nob vixim⁹ mortui sum⁹: qr viuit ipse viuem⁹ nos. Mortui sum⁹ illi: qñ viximus nobis. Quia vero mortuus est ille pro nobis: et sibi viuit et nob. Quia enī viuit ille: et nos viuem⁹. Nam sicut per nos mortez habere potuim⁹: non sic et vitam per nos habere possum⁹. In illo die inquit vos cognoscetis: quia ego suz in patre meo et vos in me et ego in vobis. (B) In quo die: nisi de quo ait et vos viuetis? Tunc enim erit: vt possimus videre quod credimus. Nā et nunc est ī nob: et nos ī illo Sz hc nc credim⁹. tūc etiā cogscem⁹ quis et

nunc credendo nouerim⁹ sed tūc ꝯtemplā
[...].v. do noscem⁹. Q̄diu eni sumus in corpe q̄
[...]c. ix le nunc est. id est corruptibili qd aggrauat
animā pegrinamur a dn̄o: p fidem eni am
[...]is. j bulamus non p speciē. Tunc ergo p speciē
qm̄ videbim⁹ eum sicuti est. Nam si etiam
nunc christ⁹ in nobis nō esset: non diceret
[...]m. viij apl's. Si aūt christ⁹ ī nobis: corpus quidē
mortuū est ppter peccatū. spūs aūt vita ē
ppter iusticiā. Quia vo ꝛ nos etiā nunc in
[...] xv. illo sum⁹: satis ostendit vbi dicit. Ego suz
vitis: vos palmites. In illo ergo die quā
do viuemus ea vita qua mors absorbebit
cognoscem⁹ qꝛ ipse in patre ꝛ nos in ipso
et ipse in nobis: qꝛ tunc pficietur hocipsuz
qd ꝛ nūc inchoatū est iam per ipsum: vt sit
in nobis ꝛ nos in ipso. Qui habet inq̄t
mandata mea et seruat ea: ille est q̄
diligit me. Qui habet in memoria: ꝛ ser
uat in vita. Qui habet in sermonib⁹: ꝛ ser
uat in moribus: Qui habet audiēdo: ꝛ ser
uat faciēdo. aut qui habet faciēdo: ꝛ suat
pseuerādo. Ipse est inquit qui diligit me
Opere est demōstrāda dilectio: ne sit in
fructuosa noīs appellatio. Et qui diligit
me inquit. diliget a patre meo: et ego
diligā euz et māifestabo ei meipm.
Quid est diligam: tanꝙ tunc dilectur⁹ sit
et nūc nō diligat? Absit. Quō eni nos pat
sine filio: aut filius sine patre diligeret?
Quō cum inseparabiliter operent: separabilit
diligunt? Sed ad hoc dixit diligā euz: ad
quod sequitur. ꝛ manifestabo ei meipsum
Diligam ꝛ manifestabo. id est. ad hoc dili
gam vt manifestem. Nunc eni ad hoc dile
xit vt credam⁹ ꝛ mandatū fidei teneam⁹.
tunc ad hoc diliget vt videamus ꝛ ipsa vi
sione mercedē fidei capiam⁹: quia ꝛ nos
nunc diligimus credēdo qd nō videmus.
tunc autem diligimus vidēdo qd credim⁹

Explicit tractatus septuagesim⁹
qntus. Incipit tractatus septuage
simussextus. De eo qd sequit. Di
cit ei iudas non ille scariothis. Do
mine quid factum est quia manife
staturus es teipsum nobis ꝛ non
mundo: vsqꝫ ad id qd ait. Sermo
quem audistis non est meus. sꝫ ei
us qui misit me patris.

Interroganti a
bus discipulis ꝛ eis magistro
respondente iesu. etiam nos
tanꝙ cum illis discimus: qn̄
sanctū euangeliū vel legim⁹ vel audim⁹
Quia ergo dixerat dn̄s: adhuc modicuz ꝛ
mūdus me iam non videt vos autē vide
bitis me: interrogauit euz de hocipso iu
das non ille traditor eius qui scario
this cognoīatus est: sed cuius ꝛ epl'a in
ter scripturas canonicas legitur. Domi
ne: q̄d factum est. quia nobis mai
festaturus es teipsum ꝛ nō mūdo?
Simus cuz ipsis tanꝙ interrogātes disci
puli: cōmunemqꝫ magistrū audiam⁹ ꝛ nos
Judas eni sanctus non imūdus nec inse
ctator dn̄i sed sectator. causam quesiuit q̄
re se nō mūdo sed suis manifestatur⁹ essꝫ
iesus: quare adhuc modicum ꝛ mūdus nō
videret eum. ipsi autem viderēt eum. Re
spondit iesus ꝛ dixit ei. Si quis di
ligit me sermonē meū suabit. ꝛ pa
ter meus diliget eum: ꝛ ad eum ve
niemus et mansionē apud eū facie
mus. Qui non diligit me: sermōes
meos non seruat. Ecce exposita ē cau
sa quare se suis manifestatur⁹ est non alie
nis. quos mūdi noīe appellat: ꝛ ipsa ē cau
sa qd hi diligāt/ illi non diligant. Ipsa cā
est: de qua sacer insonat psalmus. Judica Ps. xlij:
me deus: ꝛ discerne causam meā de gente
nō sancta. Qui eni diligūt: qꝛ diligūt eli
gunt. Qui vo nō diligūt: si linguis hoīum j. Co. in. xiij
loquant ꝛ angelorum. fiūt eramentū sonans
et cymbalū tinniēs. Et si habuerint pphe
tiam ꝛ scierit oīa sacramēta ꝛ oēm sciam
et habuerint oēm fidē vt mōtes trāfferant
nihil sunt. Et si distribuerint oēm subam
suaz/ ꝛ tradiderint corpus suū vt ardeant
nihil eis pdest. Dilectio sctōs discernit a ps. lxvij.
mūdo que facit vnanimes habitare in do
mo: in q̄ facit pater ꝛ fili⁹ māsionē qui do
nant ꝛ ipsam dilectionē: qbus donāt in fi
ne etiā ipsam suā māifestationē. De q̄ di
scipulus mgr̄m interrogabat: vt nō solū il
li q̄ tūc audiebāt p os ei⁹. sed etiā nos per
euāgeliū ei⁹ hꝫ nosse possemus. Quesierat
eni d xp̄i māifestatiōe: ꝛ audiuit d dilecti
ne atqꝫ māsiōe. Est ergo q̄dā dei māifesta
tio interior quā ꝓrsus ipij ū nouert qb⁹ di
patris ꝛ spiritussancti manifestatio nulla

est: Filiū vo potuit esse sed in carne: que nec talis est qualis illa. nec semp illis adesse potest qualiscunq; sit sed ad modicū
tract. lxxv a tempus: & hoc ad iudiciū non ad gaudiuz
B ad supplicium non ad premiū. ¶ Nunc est ergo vt intelligam⁹ q̄tum aperire ille dignatur quomodo dictum sit: adhuc modicum & mūdus me iam non videt: vos autē videbitis me. Uerum est quidem qd post paululum etiam corpus suū in quo poterant eum & impij videre / oculis eoꝝ fuerat subtracturus: q̄nquidem post resurrectionem nemo eum vidit illorum: sed q̄
Actuum. i. mō dictum est testantibus angelis / sic veniet queadmodū vidistis eum euntem in celum. nec aliud credimus q̄ cum in eodē corpore ad iudiciū viuoꝝ & mortuoꝝ esse venturum: Proculdubio tunc eum videbit mūdus, quo noīe significati sunt a regno eius alieni. Ac per hoc longe melius intelligitur illud iam temp⁹ significare voluisse in eo qd ait. adhuc modicum & mundus me iam non videt. quando in fine seculi auferetur ab oculis damnatoꝝ: vt illi eum decetero videant apud quos diligētes eum / facit pater atq; ipse mansionem. Modicum autem dixit: quia & id qd prolixum videtur hoībus, breuissimū est ante oculos dei. De hoc quippe modico iste ip
i. Johā. ij. se iohannes: filioli inquit nouissima hora est. Ne quis porro existimet patrem tantummodo & filium sine spūsancto apud dilectores suos facere mansionē: recolat qd superius de spiritusancto dictuz ast. Quē mūdus non potest accipere. quia non videt eum nec scit eum: vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit & in vobis erit. Ecce facit in sanctis cum patre & filio sanctus etiā spiritus mansionē: intus vtiq; tanq; deus in templo suo. Deus trinitas pater & filius & spūssanctus veniūt ad nos dum venimus ad eos. Ueniūt subueniendo: venimus obediendo. Ueniūt illuminando: venimus intuendo. Ueniunt implendo: venimus capiendo: vt sit nobis eorum non extraria visio sed interna: & in nobis eorum non transitoria mansio sed eterna. Sic mundo non se filius manifestat
C ¶ Mundus enim dictus est hoc loco: de quibus continuo subiunxit atq; ait. **Qui non diligit me: sermōes meos nō seruat.** Ubi sunt qui patrem & filium & spiritumsanctū nunq; vident. Filium autem non vt beatificent sed vt iudicētur / ad modicum vident: Nec ipsuz in forma dei vbi est cum patre & spūsancto pariter inuisibilis: sed in forma hominis vbi esse volunt mundo patiendo ꝯtemptibilis / iudicando terribilis. Quod vo adiunxit & **sermo quem audistis non est meus. sed eius qui misit me patris.** nō miremur non paueamus. non est minor patre: sed si est nisi a patre. non est impar ipso: sed nō est a seipso. Neq; eni mentitus est dicēdo qui non diligit me sermones meos nō seruat. Ecce suos dixit esse sermones. nunquid sibiipse est contrarius. vbi rursus dixit: & sermo quem audistis non est meus: Aut quia ꝺm hominē non est suus: Et fortasse propter aliquam distinctionē vbi suos dixit pluraliter dixit. hoc est sermōes. vbi autem sermonē. hoc est verbum / non suum dixit esse sed patris: seipsuz intelligi voluit. In principio eni erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Non itaq; suū sed patris est verbum quomodo nec sua imago sed p̄ris est: nec suus filius idem ipse sed patris. Recte igitur tribuit auctori quicquid fecit equalis a quo habet hocipsum qd illi est indifferēter equalis. (margins: t Ar., Joh.)

¶ Explicit tractatus septuagesim⁹ sextus. Incipit tractatus septuagesimusseptimus. De eo qd sequitur **Hec locutus sum vobis apd vos manens: vsq; ad id qd ait. Pacem meam do vobis: non quomō mūdus dat ego do vobis.**

In precedēti lectione sancti euangelij quā sequitur ista q̄ modo recitata est: dn̄s iesus dixerat se et patrem ad dilectores suos esse venturos: et apud eos mansionē esse facturos. Jam vo & sup⁹ dixerat de spūsancto: Uos autem cognoscetis eū: q2 apud vos manebit et in vobis erit. Un̄ intelleximus in sanctis tanq; in templo suo simul manere trinitatez deū. Nūc aūt dicit. **Hec locut⁹ suz vobis: apud vos manēs.** Illa itaq; māsio alia ē quā ꝓmisit futuraz: hvo alia quam presemtem esse testatur. Illa spiri- (margin: A)

tualis est atq; intrinsecus mētibus reddi-
tur: hec corporalis forinsecus oculis atq;
auribus exhibet. Illa in eternū beatificat
liberatos: hec in tempore visitat liberādos
Scdm illam dñs a suis dilectoribus nō re-
cedit: fm hanc it ꝛ redit. Hec inquit locu-
tus sum vobis: apud vos manens: vtiq; p̄-
sentia corpali qua cum illis visibilis loque
batur. Paraclytus autem inquit spi-
ritussanctus quem mittet pater in
nomine meo: ille vos docebit om-
ge= nia ꝛ commemorabit vobis omnia
quecūq; dixero vobis. Nunquid naz
dicit filius ꝛ docet spūssanctus: vt dicente
filio verba capiamus. docente autem spū-
sancto eadem verba intelligamus: Quasi
dicat filius sine spiritusancto/ aut spiritus
sanctus doceat sine filio. aut vo non ꝛ fili
us doceat. ꝛ spūssanctus dicat: Et cum de
us aliquid dicit ꝛ docet. trinitas ipsa dicat
et doceat: Sed quoniā trinitas est. opor-
tebat eius singulas insinuare psonas: eāq;
nos distincte audire insepabiliter intelli-
.ij. gere. Audi patrem dicentē vbi legis. Dñs
dixit ad me filius meus es tu. Audi ꝛ do-
.vj centem vbi legis. Omis qui audiuit a pa
tre ꝛ didicit: venit ad me. Filiū vo dicen-
tem modo audisti. De se quippe ait. Que-
cunq; dixero vobis. Quem ꝛ si docentem
iij. vis nosse: magistrū recole. Un⁹ ē inqt ma
gister vester christus. Spiritū porro san-
ctum quem modo audisti docentē vbi di-
ctum est/ipse vos docebit omnia: audi eti
am dicentem. vbi legis in actib⁹ apostolo
.x. lorum beato petro dixisse spiritūsanctū:
vade cum illis: quia ego misi eos. Omnis
igitur ꝛ dicit ꝛ docet trinitas. Sed nisi eti-
am singillatim cōmendaret: eam nullo mo
do humana cape vtcūq; possit infirmitas
Cum ergo oīno sit insepabilis. nunq̄ trini
tas esse sciretur: si semper insepabilit̄ dice
retur. Nam ꝛ cum dicimus patrē ꝛ filium ꝛ
spiritūsanctū: non eos vtiq; dicim⁹ simul.
B cum ipsi non possint esse nisi simul. ¶ Qd
vo addidit cōmemorabit vob: intelligere
debemus etiam. qd iubemur non obliuisci
saluberrimos monitus ad gratiam perti-
nere: quā nob cōmemorat spiritus. Pa-
cem inquit relinquo vobis: pace me
am do vobis. Hoc autem est qd legi-
mus apud prophetam: pacem super pacē

Pacem nobis relinquit iturus: pacem su-
am nobis dabit in fine venturus. Pacem
nobis relinquit in hoc seculo: pacem suaz
nobis dabit in futuro seculo. Pacem nob
relinquit. in qua manētes hostem vincim⁹
pacem suam nobis dabit quando sine ho-
ste regnabim⁹. Pacem relinquit nobis vt
etiam hic inuicem diligam⁹: pacem suam
nobis dabit vbi nunq̄ dissentire possimus
Pacem relinquit nobis ne de occultis no
stris inuicem iudicem⁹ cum in hoc sumus
mūdo: pacem suam dabit nobis cum ma- j.Corint.iiij
nifestabit cogitatiōes cordis. ꝛ tunc laus
erit vnicuiq; a deo. In illo tamen atq; ab
illo nobis est pax: siue quā nobis relinqt
iturus ad patrē: siue quā nobis dabit nos
pducturus ad patrem. Quid autez nobis
relinquit ascendens a nobis: nisi seipsum
dum non recedit a nobis: Ipse est enim Ephes.ij.
pax nostra: qui fecit vtraq; vnū. Pax er- Johānis.iiij
go ipse nobis est. ꝛ cum credimus quia est
et cum videm⁹ eum sicuti est. Si eni q̄diu ij.Corint.v.
sumus in corpore corruptibili qd aggra- Sapiētie.ix
uat animam. cum per fidem ambulam⁹ nō
per spēm/non deserit peginātes a se: q̄to
magis cum ad ipsam speciem venerimus
nos implebit ex se. ¶ Sed quid est qd vbi F
ait/pacem relinquo vobis: nō addidit me
am: vbi vo ait: pacem do vobis. ibi dixit
meam: Utrum subaudiendū est meam ꝛ
vbi dictum nō est: quia postea dictum est:
potest referri ad vtrūq; etiam qd semel di
ctum est: An forte ꝛ hic aliquid latet qd
petendū est et querendū: ꝛ ad quod pul-
santibus aperiendū: Quid si enim pacem
suam eam voluit intelligi: qualē habet ip
se: Pax vo ista quam nobis relinquit in
hoc seculo/nostra est potius dicenda q̄ ip
sius. Illi quippe nihil repugnat in seipso:
qui nullum habet oīno peccatū. Nos au-
tem talem pacem nūc habemus: in qua ad
huc dicamus. dimitte nobis debita nostra Matthei.vj
Est ergo nobis pax aliqua. quoniam con- Rhoma.vij
delectamur legi dei fm interiorē hominez
sed nō est plena: quia videm⁹ aliam legez
in membris nostris repugnantē legi men-
tis nostre. Itemq; int̄ nosipsos est pax no-
bis: qua inuicem nobis credimus qd inui
cem diligamus. Sed nec ipsa plena est: q2
cogitationes cordis nostri inuicem nō vi-
dem⁹: ꝛ quedā de nob q̄ nō sunt i nob. vel
i meli⁹ inuicem. vel i deterius opinamur.

Itaq; ista etiā si ab illo nob relicta ē: pax nr̄a ē. Nisi ei ab illo: si haberem⁹ ꝛ talē: sʒ ipse non habet talem. Si tenuerim⁹ vsq; ī finem qualeʒ accepimus: q̄lem habʒ habebimus. vbi nihil nobis repugnet ex nobis et nihil nos inuicē lateat in cordib⁹ nostris. Nec ignoro ista dn̄i verba etiam sic accipi posse: vt eiusdem dn̄i sententie repetitio videatur. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: vt qđ dixerat pacem. hoc repetiuit dicēs. do vobis. Ut volet quisq; accipiat: me tamē delectat. Credo ꝛ vos fratres mei dilectissimi sic tenere istam pacem vbi adūsariū ꝯcorditer vincimus: vt desiderem⁹ pacem vbi aduersarium non habebim⁹. Quod vo dn̄s adiunxit atq; ait. Non quomodo mūdus dat ego do vobis: Quid est aliud nisi non quō homines dant qui diligunt mūdum ita do vobis: Qui ꝑpterea dant sibi pacem vt sine molestia litium atq; bellorū non deo sed amico suo mūdo perfruātur. et quando iustis dant pacem: vt nō eos ꝑsequanť: pax non potest esse vera. vbi nō est vera ꝯcordia: quia disiūcta sunt corda. Quō eni consors dicitur qui sortem iungit: ita ille concors dicendus est qui corda iungit. Nos ğ charissimi quibus christus pacem relinquit ꝛ pacem suam nobis dat non sicut mūdus sed sicut ille ꝑ quem factus est mūdus: vt ꝯcordes simus. iūgamus inuicem corda: ꝛ cor vnū sursum habeamus. ne corrumpatur in terra.

¶ Explicit tractatus septuagesim⁹ septimus. Incipit tractat⁹ septuagesimusoctauus. De eo qđ dicit: Nō turbetur cor vestrum neq; formidet. Audistis quia dixi vobis vado ꝛ venio ad vos: si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad patrem quia pater maior me est.

ACcepim⁹ fratres verba dn̄i dicētis ad discipulos suos. Non turbetur cor vestrū: neqʒ formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ꝛ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqʒ quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Hinc ergo turbari ꝛ formidare poterat cor illorꝫ qđ ibat ab eis q̄uis venturus ad eos: ne forsitan gregem lupus hͦ interuallo inuaderet pastoris absentia. Sed a quibus homo abscedebat: deus non recedebat. et idem ipse christus homo et deus. Ergo ꝛ ibat per id qđ homo erat: et manebat per id quod deus erat. Ibat per id quod vno loco erat: manebat ꝑ id quod vbiq; erat. Cur itaq; turbareť ꝛ formidaret cor: quando ita deserebat oculos vt non desereret cor: Quis deus etiaʒ q̄ nullo continetur loco discedat ab eorꝫ cordibus qui eum relinquūt moribus nō pedibus: ꝛ veniat ad eos qui conuertunť ad eum non facie sed fide: ꝛ accedunt ad euʒ mente non carne. Ut autem intelligerent ꝓm id quod homo erat eū dixisse: vado et venio ad vos: adiecit atq; ait. Si diligeretis me gauderetis vtiqʒ quia ad patrem vado: quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est equalis patri. per hoc iturus erat ad patreʒ: a quo venturus est viuos ꝛ mortuos iudicare. Per illud autem in quo equalis est gignēti vnigenitus nunq; recedit a patre: sʒ cuʒ illo est vbiq; tot⁹ pari dͥnitate quaʒ null⁹ continet locus. Cum enim in forma dei esset sicut apostolus loquitur: non rapinam arbitratus est esse equalis deo. Quomodo enim rapina possit esse natura: que nō erat vsurpata sed nata. Semetipsum autē exinaniuit: formam serui accipiens. nō ergo amittens illam. sed accipiens istam: eo modo se exinaniens quo hic minor apparebat q̄ apud patrem manebat. Forma q̄ppe serui accessit. ñ forma dei recessit. Hec est assumpta: non illa consumpta. Propť hanc dicit: pater maior me est: ꝑpter illaʒ vo/ego ꝛ pater vnū sumus. Hoc attendat arrianus. ꝛ hac attentione sit san⁹: ne contentione sit vanus. aut qđ est peius insanus. Hec est enim forma serui: ī qua dei filius minor est non patre solo sed etiā spiritusancto: neq; id tantum sed etiā seipso: quia ideʒ ipse ī forma dei maior est seipso. Neq; enim homo christus non dicitur fili⁹ dei: quod etiam sola caro eius ī sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud confitemur cum dicimus credere nos vnigenituʒ dei filium: qui sub pontio pilato crucifix⁹ est ꝛ sepultus: Et quid eius nisi caro se-

Phi[lip. 2]

Joh. [10]
B

pulta est sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filium qui sepultus est: pfecto filium dei dicimus et carnem que sola sepulta est. Ipse ergo christus filius dei equalis patri in forma dei: quia semetipsum exinanivit non formam dei amittens sed formam servi accipiens/maior est et seipso: quia maior est forma dei que amissa non est quam servi que accepta est. Quid ita quod mirum vel quid indignum. si secundum hanc formam servi loquens ait dei filius/pater maior me est: et secundum dei formam loquens: ait idem ipse dei filius. ego et pater unum sumus? Unum sunt enim secundum id quod deus erat verbum: et maior est pater secundum id quod verbum caro factum est. Dicam etiam: quod arriani et eunominiani negare non possunt. Secundum hanc formam servi puer christus etiam parentibus suis minor erat: quando parvus maioribus sicut scriptum est subditus erat. Quid igitur heretice cum christus deus sit et homo loquitur ut homo etiam calumniaris deo? Ille in se naturam commendat humanam: tu in illo audes deformare divinam? Infidelis/ingrate: ideo ne tu minuis eum qui fecit te. quia dicit ille quid factus sit propter te? Equalis enim patri filius per quem factus est homo: ut minor esset patre factus est homo: quod nisi fieret quid esset homo? Dicat plane dominus et magister noster. Si diligeretis me. gauderetis utique quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris: non cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agnoscamus geminam substantiam christi: divinam s. qua equalis est patri. humanam qua maior est pater Utrunque autem simul non duo sed unus est christus: ne sit quaternitas non trinitas deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro/sic unus christus deus et homo. Ac per hoc christus est deus: anima rationalis et caro. Christum in his omnibus: christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus iesus: sed in forma dei. Quis est sub pontio pilato crucifixus? Christus iesus. sed in forma servi: Idem de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus iesus: sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus iesus: sed in carne sola. Dicitur ergo et in his singulis christus. Verum hec omnia non duo vel tres/sed unus est christus. Ideo ergo dixit Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem: quia nature humane gratulandum est. eo quod sic assumpta est a verbo unigenito ut immortalis constitueretur in celo: atque ita fieret terra sublimis/ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iturum dixit ad patrem. Nam profecto ad illum ibat qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eum et recedere a nobis. mutare atque immortale facere quod mortale suscepit ex nobis: et levare in celum per quod fuit in terra pro nobis: Quis non dehinc gaudeat: qui sic diligit christum. ut et suam naturam iam immortalem gratuletur in christo. atque id se speret futurum esse per dominum christum. qui cum patre et spiritusancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen.

Explicit tractatus septuagesimus octavus. Incipit tractatus septuagesimusnonus. De eo quod dicit. Et nunc dixi vobis priusquam fiat ut cum factum fuerit credatis: usque ad id quod ait. Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc.

Dominus et salvator noster iesus christus: dixerat discipulis suis. Si diligeretis me. gauderetis utique quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Quod ex forma servi eum dixisse non ex forma dei in qua equalis est patri/novit fides que religiosis est mentibus fixa: non calumniosis et dementibus ficta. Deinde subiunxit. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Quid est hoc: cum magis homo credere debeat antequam fiat id quod credendum est? Hec est enim laus fidei: si quod creditur non videtur: Nam quid magnum est si id creditur quod videtur: Secundum illam eiusdem domini sententiam quando discipulum arguit dicens. quia vidisti me credidisti: beati qui non vident et credunt? Et nescio: utrum credere dicendus est quisque quod videt. Nam ipsa fides in epistola que scribitur ad hebreos: ita est definita. Est autem fides sperandarum substantia et coniunctio rerum que non videntur. Quapropter si fides est rerum que creduntur: ea

Margin notes: Luce. ii. (beside "erat: quando parvus..."); iii. sent. dis. xxiiii. c. i. (beside "beat antequam fiat..."); Johannis. xx (beside "quia vidisti me..."); Hebre. xi. (beside "finita. Est autem fides...")

demq; fides earum rex ẽ que non videntur: quid sibi vult qđ dñs ait. ⁊ nũc dixi vo bis priusq̃ fiat vt cum factũ fuerit credatis? Nonne potius dicendũ fuit. ⁊ nũc di xi vobis priusq̃ fiat vt credatis: qđ cũ factum fuerit videatis? Nam ⁊ ille cui dictũ est: quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit. sed aliud vidit aliud credidit. Vidit enĩ hominẽ: credidit deum. Cernebat quippe atq; tangebat carnem vi uentem quam viderat morientẽ: ⁊ credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat: ꝑ hoc qđ sensibus corporibus apparebat. Sed ⁊ si dicuntur credi que videntur. sicut dicit vnus quisq; oculis suis se credidisse. non tamẽ ipsa est que in nobis edificatur fides: sed ex rebus que videntur agitur in nobis. vt ea credantur que non videntur. Quocirca dile ctissimi vnde nunc mihi sermo est qđ dñs ait. ⁊ nũc dixi vobis priusq̃ fiat vt cum fa ctum fuerit credatis: illud vtiq; dicit / cum factum fuerit. qđ eum visuri erant pꝰ mortem viuentem ⁊ ad patrẽ ascendẽtẽ. Quo viso illud fuerant credituri: qđ ipse esset christus filius dei viui: qui potuit hoc facere cum ꝑdixisset. ⁊ ꝑdicere anteq̃ faceret. Creditur autem hoc non fide noua ſ; aucta: aut certe cum mortuus esset defecta. cum resurrexisset refecta. Neq; enĩ eũ dei filium non ⁊ ante credebãt: sed cum in illo factum esset qđ ante ꝑdixit. fides illa que tũc qñ illis loquebatur fuit parua. ⁊ cũ moreretur pene iam nulla: ⁊ reuixit ⁊ creuit

B Deinde quod dicit? **Jam nõ multa lo quar vobiscum. Uenit enim princeps mũdi huius.** Quis nisi diabolus **Et in me non habet quicq̃:** nullum oĩno scilicet peccatũ. Sic enĩ ostendit nõ creaturarũ sed peccatoꝝ principẽ diabolum: quos nũc noĩe mũdi huius appellat. Et quotiẽscũq; mũdi nomen ĩ mala significatione ponitur: non ostendit nisi mundi istius amatores. De quibus alibi scriptuʒ est. Quicũq; voluerit amicꝰ esse seculi hu ius: inimicus dei constituetur. Absit ergo vt sic intelligatur diabolus princeps mũdi. tanq̃ gerat vniuersi mũdi. id est. celi ⁊ ter re atq; oĩum que in eis sunt principatuʒ. de quali mũdo dictum est cum de christo verbo sermo esset. ⁊ mũdus per eum factꝰ est. Uniuersus itaq; mũdus a sũmis celis

Jacobi. iiij.

vsq; ad infimã terram creatori est subditꝰ non desertori. redemptori non interẽptori: liberatori non captiuatori: doctori non deceptori. Quẽadmodũ autem sit intelli gendus princeps mũdi diabolus: euidentius aperuit paulus apostolus. Qui cũ di xisset / non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinẽ. id est. aduersus homines: subiecit atq; ait. sed aduersus principes ⁊ potestates ⁊ rectores mũdi tenebra rum harum. Sequenti enĩ verbo exposuit quid dixisset mũdi. cum subiecit / tenebra rum harum: ne quisq; mũdi noĩe intellige ret vniuersam creaturã: cuius nullo modo sunt rectores angeli desertores. Tene brarum inquit harum: id est. mũdi istius amatoꝝ. Ex quibus tamen electi sunt nõ per suũ meritum. sed per dei gratiam: qui bus dicit. Fuistis enim aliqñ tenebre: nũc autem lux in dño. Omnes enĩ fuerunt sub rectoribus tenebrarũ harum. id est. hominũ impioꝝ tanq̃ tenebre sub tenebris: sed gratias deo qui eruit nos / sicut dicit ideʒ apostolus. de potestate tenebrarum: ⁊ trã stulit in regnũ filij charitatis sue. In quo princeps huius mũdi / hoc est tenebrarum harum / non habebat quicq̃: quia neq; cũ peccato deus venerat. nec eius carnem de peccati ꝑpagine virgo pepererat. Et tanq̃ ei diceretur. cur ergo moreris si non habes peccatum cui debeatur mortis suppliciuʒ: continuo subiecit. **Sed vt cognoscat mũdus quia diligo patrem. ⁊ sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamꝰ hic.** Discũbẽs enĩ discũbẽtibꝰ loqbatur. Eamꝰ aũt dixit: q. nisi ad illũ locũ vñ fuerat tradẽdus ad mortẽ. qui nullum habebat meritum mortis: sed habebat vt moreretur mandatũ pris: Tanq̃ ille de quo predictuʒ erat. que non rapui tunc exoluebam. mortem sine debito solu turus: ⁊ nos a morte debita redempturus Rapuerat autẽ adam peccatum. quando manũ in arborẽ presumptione deceptꝰ ex tendit: vt incõmunicabile nomẽ inconcesse diuinitatis inuaderet. quã filio dei natura contulerat non rapina.

Ephes.

Ephes.

Coloss.

Ps. lxvi.

Explicit tractatus septuagesimꝰ nonus. Incipit tractatus octuage simus. De eo quod dicit. Ego sum vitis vera ⁊ pater meus agricola ẽ

vsqz ad id quod ait. Iā vos mūdi estis ꝓpter sermonem quem locutus sum vobis.

Iste loc⁹ euāgelicus frēs vbi se dicit dominus vitem ⁊ discipulos suos palmites: ſm hoc dicit qd est caput ecclesie. nos quoqꝫ mēbra eius: mediator dei ⁊ hominum homo christus iesus. Uni⁹ quippe nature sunt vitis ⁊ palmites. Propter quod cum esset deus cui⁹ nature non sumus: factus est homo/ vt ī illo esset vitis humana natura: cuius ⁊ nos hoīes palmites esse possimus? Quid ergo est. Ego sum vitis vera. Nunquid vt adderet vera. hoc ad eam vitē retulit: vnde ista similitudo translata est? Sic enī dicitur vitis ꝑ similitudinē non per ꝓprietatem: queādmodū dicitur ouis. agnus. leo. petra. lapis angularis ⁊ cetera huiusmodi que magis ipsa sunt vera: ex quib⁹ ducūtur iste similitudines non ꝓprietates. Sz cū dicit/ ego sum vitis vera: ab illa se vtiqꝫ discernit cui dicitur. Quō ꝯuersa es ī amaritudinē vitis aliene? Nam quo pacto est vitis vera que expectata ē vt faceret vuā fecit autem spinas? Ego sum inquit vitis vera: ⁊ pater meus agricola ē. Omnem palmitem ī me nō ferentē fructum tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum purgabit eum. vt fructum plus afferat. Nunqd vnū sunt agricola et vitis. Scdm hoc ergo vitis christus: ſm qd ait/ pater maior me est. Scdm autem id quod ait/ ego ⁊ pater vnū sum⁹ ⁊ ipse agricola est: nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministeriū: sed talis vt det etiam intrinsecus incremenū. Naz neqꝫ qui plātat est aliquid: neqꝫ qui rigat: sed qui incrementū dat deus. Sz vtiqꝫ deus est christus: quia deus erat verbū. Unde ipse ⁊ pater vnū sunt: ⁊ si verbum caro factum est quod non erat: manet qd erat. Deniqꝫ cum de patre tanqꝫ de agricola dixisset/ quod infructuosos palmites tollat/ fructuosos autem purget vt plus afferant fructum: continuo etiam seipsum mūdatorem palmitū ostendēs. iam vos inquit mūdi estis ꝓpter sermonem quez locutus sum vobis. Ecce ⁊ ipse mūdator est palmitum/ quod est agricole nō vitis officiū. qui etiam palmites operarios suos fecit. Nam ⁊ si non dant incrementū impendunt tamen aliqd adiumentū. Sed non de suo. quia sine me inquit nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confitentes. Quid autem est apollo? Quid autē paulus? Ministri ꝑ q̄s credidistis: ⁊ vnicuiqꝫ sicut dn̄s dedit: Ego plantaui. apollo rigauit. Et hoc ergo sicut vnicuiqꝫ dn̄s dedit. Non itaqꝫ de suo. Jam vo qd sequit. sed deus incrementū dedit. non per illos sed per seipsum facit. Excedit hoc humanam humilitatē. excedit angelicā sublimitatem: nec oīno pertinet nisi ad agricolaz trinitatē. Jam vos mūdi estis: mūdi. s. atqꝫ mūdandi. Neqꝫ enī nisi mūdi essent: fructum ferre potuissent. Et tamen omnem qui fert fructum purgat agricola: vt fructum plus afferat. Fert fructum qꝛ mūdus est: atqꝫ vt plus afferat purgat adhuc. Quis enī est in hac vita sic mūdus: vt non sit magis magisqꝫ mūdandus? Ubi si dixerimus quia peccatū non habem⁹/ nosipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nr̄a: fidelis est ⁊ iustus qui dimittet nobis peccata et mūdet nos ab omni iniqtate. Mundet itaqꝫ mūdos hoc est fructuosos: vt tanto sint fructuosiores. qꝫto fuerint mūdiores. Jam vos mūdi estis: ꝓpter verbum qd locutus sum vobis. Quare n̄ ait/ mūdi estis ꝓpter baptismū quo loti estis. sed ait/ ꝓpter verbum qd locutus sum vobis: nisi qꝛ et in aqua verbum mūdat. Detrahe verbum: ⁊ quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementē ⁊ fit sacramentū/ etiāmipsum tanqꝫ visibile verbum. Nam et hoc vtiqꝫ dixerat: qn̄ pedes discipulis lauit. Qui lot⁹ ē nō indiget nisi vt pedes lauet: sed ē mūdus tot⁹. Un̄ ista tanta virt⁹ aque vt corpus tangat ⁊ cor abluat: nisi faciente verbo? Non quia dicit: sed qꝛ creditur. Nam ⁊ in ipso verbo/ aliud est son⁹ transiens: aliud virtus manēs. Hoc ē verbum fidei qd p̄dicam⁹ ait apl's: qꝛ si ꝯfessus fueris ī ore tuo qꝛ dn̄s est iesus. ⁊ credideris in corde tuo qꝛ deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Corde enī creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Unde in actibus aploꝝ legimus. Fide mūdans corda eorum. Et ī epi

Marginal notes (left column): [...]ul. xv A; [...]oth. ij; [...]iij.; [...]s. j.; [...]l. v.; [...]. ij.; [...]it. j.; [...]ie. v.; [...]. xiiij; [...]is. x.; [...]mt. iij.; [...]is. x.; [...]nis: j

Marginal notes (right column): Johānis. xv vbi. s.; B; j. Joban. j.; ꝯse. di. iiij illud circa finem.; j. q. j. Retrahe.; Et. iiij. sent. dis. iij. c. j.; Joban. xiij.; Rhomanī. x.; Actuum. xv

I. Petr. iij. stola sua beatus petrus: sic et vos inquit baptisma saluos facit non carnis depositio sordium: sed cōsciētie bone interrogatio. hoc est verbum fidei quod predicamus: quo sine dubio vt mūdare possit consecratur et baptismus. Christus quippe nobiscū vitis: cum patre agricola. dilexit ecclesiā: et seipsum tradidit pro ea. Lege apostolum et vide quid adiungat: vt eam sanctificaret inquit mūdans eam lauacro aque in verbo. Mundatio igitur nequaquam fluxo et labili tribueretur elemento: nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantū valet in ecclesia dei. vt per ipsum credentē/offerentem/bñdicentē/tingentem. etiam tantillū mūdet infantem: quamuis nondum valentem corde credere ad iusticiam. et ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum: de quo dñs ait. Iam vos mūdi estis: propter verbum quod locutus sum vobis.

Ephes. v.

Explicit tractatus octuagesimus. Incipit tractatus octuagesimusprimus. De eo quod dicit. Manete in me et ego in vobis: vsque ad id quod ait. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint quodcunque volueritis petetis et fiet vobis.

Item se dixit vitem esse iesus et discipulos suos palmites: et agricolam patrem. Unde iam pridem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione cum adhuc de seipso qui est vitis et de suis palmitibus. hoc est discipulis loqueretur: manete inquit in me et ego in vobis. Nō eo modo illi in ipso: sicut ipse in illis. Utrunque autem prodest non ipsi sed illis. Ita quippe in vite sunt palmites: vt viti non conferant. sed inde accipiant vnde viuant. Ita vero vitis est in palmitibus: vt vitale alimentū subministret eis non sumat ab eis. Ac per hoc et manentē in se habere christum et manere in christo: discipulis prodest vtrunque non christo. Nam pciso palmite: potest de viua radice alius pullulare. Qui autem pcisus est: sine radice non potest viuere. Denique adiūgit et dicit. Sicut palmes non potest ferre fructū a semetipso nisi manserit in vite. sic nec vos nisi in me manseritis. Magna gratie cōmēdatio fratres mei. corda instruit hūiliū: ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeāt: qui ignorātes dei iusticiam et suam volentes constituere: iusticie dei non sunt subiecti. Ecce cui rñdeant sibi placentes: et ad bona opera facienda deum sibi necessariū non putantes. Nonne huic resistunt veritati/hoīes mente corrupti. reprobi circa fidem: qui respondent et loquuntur iniquitatē dicentes: A deo habemus quod hoīes sumus: a nobisipsis āt quod iusti sumus. Quid dicitis quid vosipsos decipitis non assertores sed pcipitatores liberi arbitrij: ex alto elationis per inania psumptiōis. in profunda submersi: Nempe vox vestra est. quod homo ex semetipso facit iusticiam. hoc est altum elatiōis vestre: sed veritas contradicit et dicit. Palmes non potest ferre fructum a semetipso: nisi manserit in vite. Ite nūc per abrupta et nō habētes vbi figamini: vētosa loquacitate iactamini. Hec sunt inania psumptiōis vestre. Sed quid vos sequatur videte: et si est in vobis vllus sensus horrete. Qui enī a semetipso se fructū existimat ferre: in vite non est. Qui in vite non est: in christo nō est. Qui in christo non est: christianus nō est. Hec sunt profunda submersiōis vestre. etiā atque etiam considerate: quid adhuc veritas adiūgat et dicat. Ego sum inquit vitis: vos palmites. Qui manet in me et ego in eo. hic fert fructū multū: quia sine me nihil potestis facere. Ne quisque putaret saltem paruū aliquē fructū posse a semetipso palmitē ferre: cū dixisset. hic fert fructū multū: nō ait quia sine me parū potestis facere: sed nihil potestis facere. Siue ergo parū siue multū/sine illo fieri nō potest/sine quo nihil fieri potest: quia et si parum attulerit palmes. eū purgat agricola vt plus afferat. Tamē nisi in vite māserit et vixerit de radice: quantūlibet fructū a semetipso nō potest ferre. Quis aūt christus vitis nō esset nisi homo esset: tamē istam gratiam palmitibus nō preberet nisi etiā deus esset. Uerum quia ita sine ista gratia nō pōt viui vt et mors in potestate sit liberi arbitrij: si quis in me inquit nō māserit. mittetur foras sicut palmes et arescet: et colliget eū et in ignem mittet et ardet. Ligna itaque vitis tāto sunt contēptibiliora si in vite nō māserint: quanto gloriosio

Rhom. x.

ij. Timo. iij.

B

ra si manserint. Denique sicut de his etiam per
e.xv ezechielem prophetam dominus dicit/ precisa nullis agricolarum usibus prosunt: nullis fabrilibus operibus deputantur. Unum de duobus palmiti congruit: aut vitis/ aut ignis. Si in vite non est: in igne erit. ut ergo in igne non sit/ in vite sit. Si manseritis in me inquit et verba mea in vobis manserint quodcunque volueritis petetis et fiet vobis. Manendo quippe in christo quid velle possunt nisi quod conuenit christo? Quid velle possunt manendo in saluatore. nisi quod non alienum est a salute? Aliud quippe volumus quia sumus in christo: et aliud volumus quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansione namque huius seculi nobis aliquando subrepit: vt hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit vt fiat nobis si manemus in christo. qui non facit quando petimus: nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo cum verba eius in nobis manent quodcunque voluerimus petimus et fiet nobis: quia si petimus et non fiet. non hoc petimus quod habet mansio in eo. nec quod habent verba eius que manent in nobis: sed quod habet infirmitas et cupiditas carnis que non est in eo. et in qua non manent verba eius. Nam vtique ad verba eius pertinet oratio illa quam
.vj. docuit: vbi dicimus. Pater noster qui es in celis. Ab huius orationis verbis et sensibus non recedamus petitionibus nostris: et quicquid petierimus fiet nobis. Tunc enim dicenda sunt verba eius in nobis manere: quando facimus quod precepit et diligimus que promisit. Quando autem verba eius manent in memoria nec inueniuntur in vita: non computatur palmes in vite. quia vitam non attrahit a radice. Ad hanc differentiam valet quod scriptum est. Et memoria retinentibus
[...]z ali mandata eius: vt faciant ea. Multi enim me
[...]latio moria retinent et contemnunt vel etiam derideant et oppugnent ea. In his verba christi non manent: quia tangunt et quodammodo non coherent. Et ideo illis non erunt in beneficium: sed in testimonium. et quia sic insunt eis vt non maneant in eis: ad hoc tenentur ab eis vt iudicentur ex eis.

Explicit tractatus octuagesimus primus. Incipit tractatus octuagesimus secundus. De eo quod dicit In hoc clarificatus est pater meus vt fructum plurimum afferatis: vsque quod ait. Sicut et ego patris mei precepta seruaui et maneo in eius dilectione.



Magis magisque A saluator gratiam qua saluamur discipulis loquendo commendans: in hoc inquit clarificatus est pater meus vt fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Siue glorificatus siue clarificatus dicatur. ex vno greco verbo vtrumque translatum est: quod est Δοξαλόγεω Doxa enim que grece dicitur: latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimaui: quia dicit apostolus. Si abraam ex operibus iustificatus est: habet gloriam sed non ad deum. Hec est ad deum gloria qua glorificatur non homo sed deus/ si non ex operibus sed ex fide iustificatur. vt ex deo illi sit quod etiam bene operatur: quoniam palmes sicut iam superius dixi: non potest ferre fructum a semetipso. Si enim in hoc clarificatus est deus pater vt fructum plurimum afferamus et efficiamur christi discipuli: non hoc glorie nostre tribuamus tanquam ex nobisipsis habeamus. eius est enim hec gratia: et ideo in hoc non nostra sed eius est gloria. Unde et alibi cum dixisset. sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videant opera vestra bona: ne a semetipsis putarent esse bona opera sua. mox addidit: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. In hoc enim glorificatur pater vt fructum plurimum afferamus et efficiamur christi discipuli. A quo efficimur: nisi ab illo cuius misericordia preuenit nos? Ipsius enim figmentum sumus: creati in christo iesu in operibus bonis. Sicut dilexit me pater inquit et ego dilexi vos: manete in dilectione mea. Ecce vnde sunt nobis opera bona. Nam vnde nobis essent: nisi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus nisi prius diligeremur? Aptissime hoc in epistola sua idem iste euangelista dixit. Nos diligamus deum: quoniam ipse prior dilexit nos. Quod autem ait/ sicut dilexit me pater et ego dilexi vos: non equalitatem nature ostendit nostre et sue. sicut est patris et ipsius: sed gratiam qua mediator dei et hominum est homo christus iesus. Mediator quippe monstratur cum dicit: sicut dilexit me pater. et ego dilexi vos. Nam pater vtique diligit et nos sed in ipso: quia in hoc glorificatur pater vt fructum afferamus in vite. id est in filio: et efficiamur eius discipuli. Manete inquit in dilectione mea. Quomodo manebimus? Audi quid sequitur. Si precepta mea inquit

Rhoma .iiij.
Matthei .v.
Ephes. .ij.
Galath. .v.
i. Johan. .iiij.
i. Timo. .iij.

seruaueritis: manebitis ī dilectio-
B ne mea. ¶ Dilectio facit p̄cepta seruare:
an p̄cepta seruata faciūt dilectionē? Sed
q̄s ambigat: q̄d dilectio p̄cedit? Unde eī
p̄cepta seruet nō habet: q̄ non diligit. Q̄d
ergo ait. si p̄cepta mea seruaueritis mane
bitis in dilectiōe mea: ostēdit nō vnde di-
lectio generet̄ sed vnde monstret̄. Tanq̄
diceret. Nolite vos putare manere in dile
ctione mea: si nō seruaueritis p̄cepta mea.
Si enī seruaueritis manebitis. hoc ē. Hic
apparebit q̄d in dilectione mea manebitis
si p̄cepta mea s̄uaueritis. Nemo se fallat
dicendo q̄d eum diligat: si eius p̄cepta nō
seruat. Nam intantū eū diligim⁹: inq̄tū
eius p̄cepta seruam⁹. Inq̄tū aūt min⁹ ser
uamus: min⁹ diligim⁹. Quis q̄d ait/ ma-
nete in dilectiōe mea/ nō apparet quā dixe
rit dilectionē: vtrū qua eū diligimus an q̄
ipse diligit nos: Sed ex verbo supiore di-
noscit̄. Dixerat quippe/ τ ego dilexi vos.
cui verbo ꝯtinuo subiūxit: manete in dile
ctione mea. Illa ergo q̄ dilexit nos. Quid
est ergo manete in dilectiōe mea: nisi ma-
nere in grā mea? Et q̄d est si p̄cepta mea
seruaueritis manebitis in dilectiōe mea:
nisi ex hoc scietis q̄d in dilectiōe mea qua
vos diligo manebitis si p̄cepta mea serua
bitis? Non ergo vt nos diligat prius eius
p̄cepta seruam⁹: sed nisi nos diligat prece
pta eius seruare non possum⁹. Hec ē gra-
tia que humilib⁹ patet: supbos latet. Sed
q̄d illud est q̄d adiūgit: sicut τ ego pa-
tris mei p̄cepta seruaui τ maneo ī
eius dilectiōe? Utiq̄ etiā hic hanc dile
ctionē p̄ris intelligi voluit: qua eū diligit
pater. Ita quippe dixerat/ sicut dilexit me
pater τ ego dilexi vos: atq̄ his verbis illa
subiūxit/ manete in dilectiōe mea: illa pro
culdubio q̄ dilexi vos. Ergo q̄d ait etiā d̄
patre / maneo in eius dilectiōe: illa. s. ac-
cipienda ē. quā dilexit eū pater. Sed nun
quid τ hic grā intelligēda ē qua pater di-
ligit filium: sicut etiā grā est q̄ nos diligit
filius cum simus nos filij grā non natura:
vnigenit⁹ aūt natura nō grā? An hoc etiā
in ipso filio ad hoīem referendū est? Ita
sane. Nā dicēdo: sicut dilexit me pater. et
ego dilexi vos: grām mediatoris ostēdit.
Mediator aūt dei τ hoīum: nō inq̄tū de⁹
sed inq̄tū homo ē christ⁹ iesus. Et pfecto
Luce. ij. s̄m id q̄d hō est de illo legit̄: τ iesus ꝓficie
bat sapiā τ etate τ grā apud deū τ hoīes.
Scd̄m hoc igit̄ recte possum⁹ dicere q̄d cū
ad naturā dei nō ptineat natura humana
ad p̄sonā tamē vnigeniti filij dei p gratiā
ptinet humana natura: τ tantā grā ꝫ vt nul
la sit maior. nulla prsus eq̄lis. Neq̄ enim
illam susceptionē hoīs vlla merita p̄cesse
runt: sed ab illa susceptiōe merita ei⁹ cun
cta ceperūt. Manet ergo filius in dilectio
ne qua eum dilexit pater: τ ideo seruat p̄-
cepta eius. Quid est enim τ ille hō: nisi q̄d
deus susceptor ē eius? Deus enī erat ver-
bum vnigenit⁹ gignēti coeternus: sed vt
mediator daretur nob. p ineffabilē grām
verbū caro factū est τ habitauit in nobis.

¶ Explicit tractatus octuagesimus
secundus. Incipit tractatus octua
gesimustert⁹. De eo q̄d dicit. Hec
locutus sum vobis. vt gaudiū me-
um in vobis sit τ gaudiū vestrum
impleat̄: vsq̄ ad id q̄d ait. Hoc est
p̄ceptū meū vt diligatis inuicem si
cut dilexi vos.

Audistis cha- A
rissimi: dn̄m dicentē discipulis
suis. Hec locut⁹ sum vo-
bis. vt gaudiū meum in
vobis sit: τ gaudiū vr̄m impleat̄.
Q̄d est gaudiū christi in nob: nisi q̄ digna
tur gaudē de nob? Et q̄d est gaudiū nr̄m
q̄d dicit implendū: nisi eius hr̄e ꝯsortiū?
Propter q̄d petro dixerat. Si non lauero Joh.
te: nō habebis ptem mecū. Gaudiū ergo
eius in nob. grā est quā prestitit nob: et ip
se ē gaudiū nr̄m. Sꝫ de hac ille etiā ex eter- Eph.
nitate gaudebat: qn̄ nos elegit ante ꝯsti-
tutionē mūdi. Nec recte possum⁹ dicere:
q̄d gaudiū ei⁹ plenū nō erat. Nō enī deus
impfecte aliqn̄ gaudebat: sꝫ illud ei⁹ gau-
diū in nob nō erat. q̄ nec nos in q̄b⁹ esse
posset iam eram⁹: nec qn̄ esse cepim⁹ cum
illo esse cepim⁹. In ipso aūt semp erat: q̄
nos suos futuros certissima sue p̄scientie
veritate gaudebat. Proinde gaudiū iam
ipse pfectū de nobis habebat: qn̄ nos p̄sci
endo τ p̄destinādo gaudebat. Neq̄ enim
vllus in illo eius gaudio motus esse pote-
rat. ne forte nō fieret: q̄d se facturū eē pre
sciebat. Sꝫ neq̄ cū id facē cepit q̄d se fa-
cturū esse p̄sciuit: gaudiū ei⁹ q̄ btūs ē cre-

uit:alioqn beatior fact⁹ ē.q2 nos fecit. Ab sit h frēs: dei btitudo q2 nec minor fuerat sine nob:nec sit maior ex nob. Gaudium igitur eius de salute nra.qd in illo semper fuit cū p̄sciuit ꝛ p̄destinauit nos.cepit eē i nobis qn̄ vocauit nos: ꝛ hoc gaudiū meri to nostrū dicim⁹:quo ꝛ nos beati futuri su mus. Sz h gaudiū nr̄m crescit ꝛ ꝓficit: et ad suā pfectionē pseuerādo ptēdit. Ergo inchoat in fide renascentiū:implebit in p̄mio resurgentiū. Ecce vnde dictū existimo. Hec locut⁹ sum vob. vt gaudiū meū in vobis sit: ꝛ gaudiū vr̄m impleat. In vobis sit meū:impleat vr̄m. Semp enim erat meū plenū. ꝛ anteq̄ vocaremi: cū vocādi a me p̄sciremini. Sed fit ꝛ in vob cū h effi ciamini qd p̄sciui de vobis:impleat autez vr̄m. q2 bti eritis qd nōdū estis: sicut crea ti estis q nōdū fuistis.

B ¶ Hoc ē inqt p̄ceptū meū: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Siue dicat p̄ceptū siue mādatū: ex vno verbo greco vtrūq̄ interp̄tatur qd est ερτολη Iam xo istā sniaz ꝛ ante dixerat: de q me vob vt potui disputasse meminisse debetis. Ibi enī sic ait. Mādatū nouū do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. vt ꝛ vos diligatis inuicē. Huius itaq̄ mādati repetitio cōmēdatio est: nisi qd ibi mādatū inqt nouū do vob: hic aūt/hoc est inqt mādatū meū. Ibi tanq̄ nō fuerit ante tale madatū: hic tanq̄ non sit aliud eius mādatū. Sed ibi dictū ē nouum/ne inuetustate nra pseuerem⁹:hic dictū est meū /ne ꝯtemnēdū putarem⁹. Qd aūt hic ita dixit/hoc est mādatū meū/velut nō sit aliud:qd putam⁹ frēs mei. Nun qd nam solum eius de ista dilectiōe mandatū est:q diligim⁹ inuicē? Nōne ē ꝛ aliud maius: vt diligam⁹ deū? Aut xo de sola nobis dilectiōe mandauit: vt alia non reqram⁹? Tria tn̄ cōmēdat apl'us dicens. Manēt aūt fides. spes charitas. tria h:maior aūt hoꝝ charitas. Et si in charitate h est in dilectiōe ꝯcludunt duo illa p̄cepta: maior tamen dicta est eē sola. De fide igit nobis q̄ multa mādata sunt: q̄ multa de spe? Quis potest cuncta colligere? Quis enumerādo sufficere? Sed intueamur qd ait idem apostolus: plenitudo legis charitas. Ubi ergo charitas est: qd ē qd possit deesse? Ubi autem non ē: quid est qd possit prodesse? Demon credit nec diligit: nemo diligit q non credit. Frustra qdem sz tamen pōt sperare veniā qui nō diligit: nemo autez pōt despare q diligit. Itaq̄ vbi dilectio est. ibi necessario fides ꝛ spes: et vbi dilectio ꝓximi. ibi necessario dilectio dei. Qui enī non diligit deuz. quō diligit ꝓximū tanq̄ seipsum: qn̄quidē non diligit ꝛ seipsum? Est quippe impi⁹ ꝛ iniquus Qui aūt diligit iniqtatē: nō plane diligit sed odit aīaz suā. Hoc ergo p̄ceptū dn̄i teneamus vt nos inuicē diligam⁹: ꝛ quicqd aliud p̄cepit faciam⁹: qm̄ quicqd ē aliud hic habem⁹. Discernit quippe ista dilectio ab illa dilectiōe: qua se inuicē diligūt homines. sicut hoīes. Nā vt discerneret: adiuuctū est. sicut dilexi vos. Ut qd enī diligit nos christus: nisi vt regnare possim⁹ cum christo? Ad hoc ergo ꝛ nos inuicē diligamus. vt dilectionē nostram discernamus a ceteris: q nō ad h se inuicē diligūt q2 nec diligūt. Qui aūt se ꝓpt habenduz deū diligūt: ipsi se diligūt. Ergo vt se diligant: deū diligāt. Nō est hec dilectio i oībus hoībus. Pauci se ꝓpterea diligūt: vt sit deus oīa in oībus.

[Margin: ps. x.]

[Margin left: Jo. xv. / Jo. xiii / Ro. xiii / Ti. i. / Co. i.]

¶ Explicit tractatus octuagesimus tertius. Incipit tractatus octuagesimusquartus. De eo qd dicit. Maiorem hac dilectione nemo habet q̄ vt animam suam ponat quis ꝓ amicis suis.

A Plenitudinem dilectiōis q nos inuicē diligere debemus fratres kmi: definiuit dn̄s dicēs. Maiorem hac dilectionē nemo hz: q̄ vt aīam suā ponat qs ꝓ amicis suis. Quia ḡ supius dixerat: hoc ē mādatū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. qb⁹ verbis addidit qd nūc audistis. maiorē hac dilectionē nemo hz. q̄ vt aīaz suā ponat qs ꝓ amicis suis: fit ex h ꝯseqns qd idē iste euāgelista iohānes in ep'la sua dicit: vt quem admodū xp̄s ꝓ nob aīam suā posuit. sic ꝛ nos debem⁹ ꝓ frib⁹ aīas ponē: diligētes vtiq̄ inuicē sicut ipse dilexit nos. q ꝓ nob aīam suā posuit. Nimirū h ē qd legit in ꝓuerbijs salomōis. Si sederis cenare ad mēsā potētis: ꝯsiderās itellige q apponūt tibi ꝛ sic mitte manū tuā: sciēs q2 talia optz te

[Margin: j. Johan. iij. / Prou. xxiij.]

preparare. Nam que mensa est poten-tis: nisi vnde sumitur corpus et sanguis eius qui animã suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere: nisi humiliter accedere? Et quid est considerare et intelligere que apponunt tibi: nisi digne tantã gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manum vt scias quia talia te oportet preparare: nisi quod iam dixi. quia sicut pro nobis animam suam posuit. sic et nos debemus animas pro fratribus ponere? Sic enim ait apostolus petrus. Christus pro nobis passus est relinquens nobis exemplũ: vt sequamur vestigia eius. Hoc est talia preparare. Hoc beati martyres ardenti dilectiõe fecerunt quorum si non inaniter memorias celebramus atque in conuiuio quo et ipsi saturati sunt ad mensam dñi accedimus: oportet vt quemadmodũ ipsi et nos talia preparemus. Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoramus. quemadmodũ alios qui in pace requiescũt vt etiam pro eis oremus: sed magis vt orẽt ipsi pro nobis vt eorum vestigijs adhereamus: quia impleuerũt ipsi charitatẽ qua dñs dixit non posse esse maiorẽ. Talia enim suis fratribus exhibuerũt: qualia de dñi mensa pariter acceperũt. Neque hoc ita dictum est. quasi propterea dño christo pares esse possimus: si pro illo vsque ad sanguinem martyriũ duxerimus. Ille potestatem habuit ponẽdi aĩam suam. et iterũ sumendi eam: nos autem nec quantum volumus viuimus. et morimur etiam si nolumus. Ille moriẽs mox in se occidit mortem: nos eius morte liberamur a morte. Illius caro non vidit corruptionẽ: nostra post corruptionẽ in fine seculi: per illum induetur incorruptione. Ille nobis non indiguit vt nos saluos faceret: nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis palmitibus prebuit vitem: nos habere preter illum non possumus vitam. Postremo et si fratres pro fratribus moriant: tamen in fraternorum peccatorũ remissionẽ nullius sanguis martyris funditur: quod fecit ille pro nobis. Neque in hoc quid imitaremur: sed quid gratularemur contulit nobis. Quatenus ergo martyres pro fratribus sanguinẽ suũ fuderunt: hactenus talia exhibuerũt. qualia de mensa dñica perceperũt. In ceteris eorum que dixi quamuis nec omnia que dicere potui: martyr christi longe impar est christo. Quod si quisque

Margin notes: j. Petri. iij. — B — Johãnis. x. — Actuum. ij.

se non dico potentie christi sed innocentie compabit: non dicam et aliena se putando sanare sed suũ saltem nullum habere peccatum: etiam sic auidior est quam ratio salutis exposcit. multũ est ad illum non capit tantum. Nos et bñ quidem ista prouerbiorum sententia cõmonet: que continuo subiungit atque dicit. Quod si auidior es: noli concupiscere cibos eius. Satius est enim vt nihil inde sumas: quã vt tibi plus quam oportet assumas. Hec enim inquit vitam habẽt fallacem: hoc est hypocrisin. Dicẽdo enim se sine peccato esse: iustum non potest exhibere sed fingere. Ideo dictum est. Hec eĩ habent vitam fallacem. Unus est solus. qui et carnem hoĩs habere: et peccatũ potuit nõ habere. Merito quod sequitur nobis precipitur: et tali verbo atque prouerbio hũana infirmitas conuenitur cui dicitur. Noli extendere te cum sis pauper contra diuitẽ. Diues eĩ qui nec hereditario nec proprio vnquam debito obnoxius: et ipse iustus est. et alios iustificat christus. Noli contra eum te extendere: intantũ pauper vt remissionis peccatorum appareas quotidianus in oratiõe mẽdicus. Tuo autem consilio inquit abstine te: vnde nisi a presumptiõe fallaci? Ille quippe quia non tantum est homo sed etiã deus: ideo nusquam reus. Si enim direxeris oculum tuum ad illum nusquam parebit: Oculũ tuũ. oculum videlicet humanũ: quo cernis humana. si direxeris ad illum nusquam parebit: quia videri non potest. quemadmodum videre tu putes. Parauit enĩ sibi pennas sicut aquile et vadit in domũ prepositi sui. vnde ad nos vtique venit: nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis. Maiorem quippe hac dilectionẽ nemo habet. vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Eum quoque sic imitemur pia obedientia: vt ei nos cõparare nulla presumamus audatia.

Margin note: C

Explicit tractatus octuagesimus quartus. Incipit tractatus octuagesimusquintus. De eo quod dicit. Vos amici mei estis si feceritis que precipio vobis: vsque ad id quod ait. Iam non dicam vos seruos. quia seruus nescit quid faciat dñs eius.

a Cum dominus iesus cõmendasset charitatẽ quam exhibuit nobis moriẽdo pro nobis atq; dixisset. maiorem hac dilectionẽ nemo habet vt aĩam suam ponat quis pro amicis suis: vos inquit amici mei estis. si feceritis que ego precipio vobis. Magna dignatio cum seruus bonus esse non possit. nisi pcepta dñi sui fecerit: hinc amicos suos voluit intelligi/vnde serui boni possunt pbari. Sed vt dixi ista dignatio est: vt dñs quos nouit seruos suos/dignetur dicere amicos suos. Nam vt sciatis ad seruoꝝ officiũ ptinere pcepta dñi sui facere: alio loco seruos vtiq; obiurgat dicens. Quid autẽ vocatis me dñe dñe: & non facitis que dico? Cum ergo dicitis inquit dñe: iussa faciendo quid dicatis ostendite. Nonne seruo obedienti ipse dicturus ẽ? Euge serue bone: quia in paucis fuisti fidelis. supra multa te constituã: intra i gaudiũ dñi tui. Potest igitur esse seruus & amicus: qui seruus est bonus: Sed qd sequitur attendamus. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Quõ ergo intellecturi sumus & seruum et amicum esse seruũ bonũ: cum dicat iam ñ dicam vos seruos. quia seruus nescit qd faciat dñs eius? Ita nomen constituit amici. vt auferat serui: non vt in vno vtrunq; maneat. sed vt alterum altero decidente succedat. Quid est hoc? Ita ne cum precepta dñi fecerimus fui ñ erimus. Ita ne tũc fui ñ erimus qñ boni fui fuerimus. Et qs cõtradicere potest veritati que ait: iam non dicã vos seruos? Et cur hoc dixerit docet Quia seruus inquit nescit: quid faciat dominus eius. Nunquid nam seruo bono et pbato dñs eius non etiam secreta sua cõmittit? Quid est ergo qd ait: seruus nescit quid faciat dñs eius? Uerum esto: nescit quid faciat. Nunqd nescit etiam quid pcipiat? Nam & si hoc nescit: quõ seruit? Aut quõ seruus est: qui non seruit? Et tamẽ dominus loquitur. Uos amici mei estis: si feceritis q ego pcipio vob. Iã nõ dicã vos seruos. O rem mirabilem/cum seruire nõ possumus nisi precepta domini fecerimus: quomodo precepta faciendo serui non erimus? Si seruus non ero precepta facẽdo. & nisi pcepta fecero seruire non potero: ergo seruiendo seruus non ero? Intelligamus fratres intelligamus: & hoc i nobis dñs faciat vt intelligamus: faciat etiam vt intellecta faciamus. Hoc autem si scimus. pfecto scimus qd facit dñs. quia nos ipsos tales non facit nisi dñs: & per hoc ad eius amicitiam pertinemus. Sicut eñi duo sunt timores qui faciunt duo genera timẽtiũ: sic due sunt seruitutes: que faciũt duo genera seruientiũ. Est timor quẽ perfecta charitas foras mittit: & est alius timor castus permanens in seculũ seculi. Illum timorem qui non est in charitate: attendebat apostolus cum dicebat. Non enim accepistis spiritum seruitutis: iterum i timore. Illum autem timorem castum attendebat: cum dicebat. Noli altum sapere sed time. In illo timore quẽ foras charitas mittit: est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittẽda. Utrunq; enim iũxit apostolus: hoc est seruitutẽ & timorem dicendo. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore. Ad hãc seruitutẽ seruũ pertinentem intuebat & dñs dicens. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Non vtiq; ille seruus pertinens ad timorem castum. cui dicitur. euge serue bone intra in gaudiũ dñi tui: Sed ille seruus pertinens ad timorem foras a charitate mittendũ. de quo alibi dicit. Seruus non manet in domo i eternum filius autem manet in eternum. Cũ itaq; dedit nobis potestatem filios dei fieri vt ñ serui sed filij simus: at miro quodam & ineffabili sed tamen vero modo serui nõ serui esse possumus: serui scilicet timore casto: ad quem pertinet seruus intrans i gaudium dñi sui: non serui autem timorẽ foras mittẽdo. ad quem pertinet seruus nõ manens in domo in eternũ. Ut autem tales serui non serui simus: dñm facere scimus. Hoc autem seruus ille nescit: qui nescit quid faciat dñs eius. Et cum aliquid boni facit sic extollit quasi h ipse faciat ñ dñs eius: & in se nõ in dño gloriat cũ se ipse deceperit: qz sic gloriat quasi ñ accepit Nos autẽ charissimi vt amici dñi esse possimus: quid noster dñs faciat sciamus. Nõ solum enim homines: verumetiam iustos ipse facit nos & ñ ipsi nos. Et vt h sciamus qs nisi ipse facit? Nõ eñ spm hu mũdi accepimus sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus que

[Margin notes: Luc.vj. — Mat.xxv. — B — j.Johan.iiij — ps.xviij. — Rhom.viij. — Rhoma.xj. — Matth.xxv — Johan.viij. — Johãnis.j. — j.Corint.j.]

i. Corint. ij. a deo donata sunt nobis. Ab ipso quicqd boni est/donatur vt sciatur. Ergo quia et hoc bonū est ab ipso vtiq donatur vt sciatur a quo bonū omne donetur: vt oīno de omnibus bonis qui gloriatur in dño glorietur. Quod vo sequitur. vos autem dixi amicos. quia omnia quecūq audiui a patre meo nota feci vobis ita est pfundum: vt nullo modo sit isto sermone coartandū. sed in alium differēdū.

Explicit tractatus octuagesimus quintus. Incipit tractatus octuagesimus sextus. De eo quod dicit. Vos autem dixi amicos: vsq ad id quod ait. et fructus vester maneat: vt quodcunq petieritis patrem in nomine meo det vobis.

A Merito queritur quō accipiendū sit: quod ait dñs. Vos autem dixi amicos: quia omia quecūq audiui a patre meo. nota feci vobis. Quis autem audeat affirmare vel credere vllum hominū scire oīa quecunq a patre audiuit vnigenitus filius: quando nec hoc quidem quisq capit quō a patre audiat vllum verbum. cum ipse sit patris vnicum verbum? Quid est qd aliqto post in hoc ipso tamen sermone: quem post cenā

Johan. xvj. Infra tract. xcvj. ante passionē ad discipulos habuit: multa inquit habeo vobis dicere sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi sumus oīa eum nota fecisse discipulis. quecūq audiuit a patre: cum propterea quedam multa non dicat. quia scit eos modo portare non posse? Sed nimirū qd facturus est fecisse se dicit: qui ea que futura sunt fecit. Sicut eni dicit per pphetam.

ps. xxj. foderunt manus meas et pedes. nec ait fossuri sunt velut pterita dicens. et ea tamē futura pdicens: Ita et hoc loco ait. omnia se nota fecisse discipulis que se nouit nota esse facturū in illa plenitudine scientie

j. Corin. xiij de qua dicit apostolus. Cum autem venerit qd perfectum est: quod ex parte est euacuabit. Ibi quippe dicit nūc scio ex parte: tunc autem cognoscā sicut et cognitus sum et nūc per speculum in enigmate: tūc autē

Titum. iij. facie ad faciem. Nam et ipse aplus saluos nos dicit esse factos per lauacrū regenerationis: qui tamen alio loco. spe inquit salui facti sumus. Spes autem que videt nō est spes. Qd eni videt quis/ quid sperat?

Rō. viij. Si autem qd non videmus speramus: per patientiā expectamus. Unde etiam eius coapls petrus. in quem modo inquit non videntes creditis: quem cum videritis exultabitis gaudio inenarrabili et honorato pcipientes mercedem fidei salutem animarum vestrarū. Si ergo nunc tempus est fidei. salus autem animarū merces est fidei

Ga. Quis dubitet in fide que per dilectionem operatur: pagendū diem vltimū atq in fine dici recipiendā esse mercedem. non solum redemptionē corpis nostri de qua dicit apls paulus. verūetiam salutem aīarū nostrarū. de qua dicit apls petrus? Utriusq eni rei felicitas. isto tempe atq in ista mortalitate in spe potius habet: qȝ ī re tenetur. Uerum hoc interest. qȝ exterior noster homo id est. corpus adhuc corrumpit

ij. Co. interior autem. id est. anima iam renouat de die in diem. Itaq sicut īmortalitatem carnis et salutem animarū futuram expectamus. quis iam pignore accepto salui facti esse dicamur: ita oīum noticiam quecunq vnigenitus audiuit a patre futuram sperare debemus: quis hoc iam se fecisse dixerit christus. Non vos me elegistis inquit: sȝ ego vos elegi. Hec ē illa in

B effabilis gratia. Quid enim eramus quando christū nōdū elegeramus: et ideo nō diligebamus? Nam qui eū nō eligit: quō diligit? Nunqd iam in nob erat qd in psalmo

ps. lxxxiij canit. elegi abiectus esse ī domo dñi: magis qȝ habitare in tabnaculis peccatorum? Non vtiq. Quid ergo eramus: nisi iniqui et perditi? Neq eni iam credideramus in eū: vt eligeret nos. Nam si iam credētes elegit: electos elegit. Cur ergo diceret. non vos me elegistis: nisi qr mīa eius puenit nos. Hic

ps. lviij certe vacat vana illorum rōcinatio. qui pscientiam dei defendūt ptra grām dei: et ideo dicūt nos electos ante mūdi pstitutionē:

Eph. j. qr pscíuit nos deus futuros bonos. nō seipsum nos facturū bonos. Nō hoc dicit qui dicit: Nō vos me elegistis: qm si pptea nos elegisset qr bonos futuros esse nos pscíuerat. simul etiā prescissȝ qd eū nos fuissemus pri⁹ electuri. Nō eni alit esse possemus boni: nisi forte dicēdus ē bonus qui nō eligit bonū Quid ḡ eligit ī nō bōis? Nō ei electi sunt

quia boni fuerunt: qui boni non essent nisi electi essent. Alioqn gratia iam non est gratia: si pcessisse ptendimus merita. Hec quippe electio gratia est: de qua dicit apo
.xj. stolus. Sic ergo et in hoc tpe reliquie per electionē gr̄e dei salue facte sunt. Un̄ subiungit. Si autem gratia: iam non ex operibus: alioqn gratia iam non est gratia. Audi ingrate: ingrate audi. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Non est vt dicas ideo electus sum: quia iam credebā. Si ei credebas in eum: iam elegeras eum. Sed audi. Non vos me elegistis. Non est vt dicas. anteq̄ crederem iam bona opabar: iō electus sum. Quid enī est boni operis an
.xiiij te fidem: cum dicat apl's: omne qd non est ex fide peccatū est? Quid ergo dicturi sumus audiēdo non vos me elegistis: nisi qz mali eramus et electi sumus: vt boni p gratiam nos eligentis essem⁹? Non est enim gratia: si pcesserunt merita. Est autem gratia. Hec igitur non inuenit: sed efficit merita. Et videte charissimi: queādmodū nō eligat bonos: sed qd elegit faciat bonos Ego inquit elegi vos. et posui vos: vt eatis et fructum afferatis: et fructus
xxxj vester maneat. Nonne iste est fruct⁹ de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Elegit ergo et posuit vt eamus et fructum afferamus. Nullū itaq̄ fructum vnde nos elegit habebam⁹. Ut eatis inquit et fructū afferatis. Imus vt afferamus et ipse est via qua imus: i qua nos posuit vt eamus. Proinde in oībus mīa eius preuenit nos. Et fructus inquit vester maneat: vt qdcunq̄ petieritis patrem ī nomine meo. det vobis. Maneat ergo dilectio: ipsa est enī fruct⁹ noster. Que dilectio nūc est in desiderio nondū in saturitate: et ipso desiderio: qdcunq̄ petierimus in noīe vnigeniti filij dat nobis pr̄. Quod autem accipere saluādis non expedit nobis. non existimem⁹ nos petere in noīe saluatoris: sed hoc petimus in noīe saluatoris. qd pertinet ad rationem salutis.

Explicit tractatus octuagesimus sextus. Incipit tractatus octuagesimusseptimus. De eo quod dicit. Hec mando vobis vt diligatis inuicē: vsq̄ ad id qd ait. Sz ego elegi vos d mūdo: ppterea odit vos mundus.

In lectiōe euāgelica que hanc antecedit: dixerat dn̄s. Non vos me elegistis sed ego elegi vos. et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat: vt qdcūq̄ petieritis patrez in noīe meo det vobis. De quibus verbis iam nos quod dn̄s dedit: disseruisse meministis. Hic autem dicit sequēti. s. lectione: quam modo cum recitaret audistis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicē. Ac per hoc intelligere debemus hūc esse fructum nostrū de quo ait: ego vos elegi vt eatis et fructum afferatis. et fructus vester maneat: Et qd adiunxit. vt qdcūq̄ petieritis patrē in noīe meo det vobis. Tūc itaq̄ dabit nobis si diligamus inuicē: cum hoc ipsum ipse dederit nobis qui nos elegit non habētes fructū. quia non eum nos elegeram⁹: et posuit nos vt fructum afferamus. hoc est inuicem diligam⁹. Quem fructum sine illo afferre non possumus: sicut palmites facē sine vite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster: quam definit apostolus/de corde puro et pscīētia bona et fide non ficta. Hac diligim⁹ inuicē: hac diligimus deum. Neq̄ enī vera dilectiōe diligeremus inuicem: nisi diligentes deuz Diligit enim vnusq̄sq̄ proximū tanq̄ seipsum: si diligit deuz. Nam si non diligit deum. non diligit seipsum. In his enī duob⁹ pceptis charitatis: tota lex pendet et prophete. Hic est fructus noster. De fructu itaq̄ nobis mandans: hec mādo inqt vobis vt diligatis inuicē. Unde et apostolus paulus. cum contra opera carnis cōmendare fructū spiritus vellet. a capite h posuit: Fruct⁹ inqt spūs charitas ē. Ac deinde cetera tanq̄ ex isto capite exorta et religata ptexuit: que sunt gaudiū. pax. longanimitas. benignitas. bonitas. fides. mansuetudo. ptinentia. castitas. Quis autem bene gaudet: qui bonū non diligit vnde gaudet? Quis pacem veram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit. Quis est longanimis in bono opere perseueranter manendo: nisi ferueat diligendo? Quis est benignus: nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus: nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis. nisi ea fide que per dilectionem operatur?

Margin notes (right): a; s. trac. lxxxj; i. Timoth. i; Matth. xxij; Galath. v.

Galath.v. Quis vtiliter mansuetus: cui non dilectio moderetur? Quis ab eo cōtinet vnde turpetur: nisi diligat vnde honestat? Merito itaq; magister bonus dilectionem sic sepe cōmendat tanq̄ sola pcipienda sit: sine q̄ non possunt prodesse cetera bona: et que non potest haberi sine ceteris bonis. quibus homo efficitur bonus. Pro hac autē dilectione: patienter debemus etiam mundi odia sustinere. Necesse est enim vt nos B oderit: quos cernit nolle qd diligit. Sed plurimū nos de seipso dñs consolat̄: q cū dixisset: hec mando vobis vt diligatis inuicem: adiecit atq; ait. **Si mūdus vos odit: scitote quoniā me priorē vobis odio habuit.** Cur ergo se membrū supra verticē extollit? Recusas esse i corpore: si non vis odium mundi sustinere cū capite. **Si de mundo** inquit **essetis: mundus quod suū erat diligeret.** Uniuerse vtiq; hoc dicit ecclesie quā plerunq; etiam ipsam mūdi noīe appellat: sic
ij. Corint. v. est illud. Deus erat in christo: mundū re=
Johānis. iij concilians sibi. Itemq; illud. Non venit filius hoīs vt iudicet mūdum: sed vt saluet mūdus per ipsum. Et in epistola sua iohā
j. Johan. iij nes ait. Aduocatū habemus ad patrem iesum christum iustum: et ipse ppiciator est peccatorū nostrorū: non tantū nostrorū sed etiam totius mūdi. Totus ergo mūdus ecclesia est: et totus mundus odit ecclesiam: Mundus igitur odit mūdum: inimicus reconciliatū. damnatus saluatū: inquinatus mūdatū. Sed iste mūdus quē deus i christo reconciliat sibi et qui per christum saluatur/ et cui per christū peccatū omne donatur: de mūdo electus est inimico: dānato: cōtaminato. Ex eadem quippe massa q̄ tota in adam perijt. fiunt vasa misericordie. in quibus est mundus pertinens ad
Rhoma. ix. reconciliationem. quam mundus odit ex eadem massa pertinens ad vasa ire: que perfecta sunt ad perditionē. Deniq; cū dixisset. si de mūdo essetis/ mūdus qd suum erat diligeret: continuo subiecit. **Quia vero de mūdo non estis sed ego elegi vos de mūdo: ppterea odit vos mūdus.** Ergo et ipsi inde erāt/ vnde vt non essent: electi sunt inde non meritis suis quorū nulla bona pcesserāt opera: non natura que tota fuerat per liberū arbitrium in ipsa radice viciata. Sed gratuita hoc est vera gratia. Qui enim de mūdo mūdum elegit. fecit qd eligeret non inue- Rho nit: quia reliquie per electionē gratie salue facte sunt. Si aūt gratia inquit. iam nō ex operibus: Alioqn gratia. iam non ē gratia. Si autem queratur quō se diligat mūdus pditionis: qui odit mūdum redēptionis: diligit se vtiq; falsa dilectione nō vera. Proinde falso se diligit: et vere odit. Qui eni diligit iniquitatē odit animā suā Ps. Sed diligere se dicit̄. qm iniquitatē qua iniquus est diligit: et rursus odisse se dicit̄. qm qd ei nocet hoc diligit. Odit ergo i se naturam. diligit vitiū. Odit qd factus est per dei bonitatē: diligit qd in eo factū est pes liberam voluntatē. Unde nos quoq; illum diligere et phibemur si recte intelligimus et iubemur. phibemur .s. vbi nobis dicitur: nolite diligere mūdum. iubemur Jo autem vbi nobis dicitur. diligite inimicos Lu vestros. Ipi sunt mūdus qui nos odit. Ergo et phibemur diligere in illo qd ipse diligit in seipso. et iubemur diligere in illo qd ipse odit in seipso. dei .s. opificiū et diuersas bonitatis sue ɔsolatiōes. Uitiū quippe i illo diligere phibemur. iubemurq; diligere naturam. cum ipse in se diligat vitium/ oderitq; naturnm: vt nos eum et diligamus et oderimus recte. cum se ipse diligat oderitq; peruerse.

Explicit tractatus octuagesimus septimus. Incipit tractatus octuagesimusoctauus. De eo quod dictum est. Mementote sermōis mei quē ego dixi vobis: vsq; ad id qd ait. **Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me.**

Exhortans dominus seruos suos ad mundi odia pferenda patienter: nul A lum eis maius et melius q̄ de seipso pponit exēplū: qm sicut dicit apostolus petrus. Christus pro nobis passus j. P est relinquēs nobis exēplū vt sequamur vestigia eius. Qd vtiq; si facim9 ipso adiuuante facimus qui dixit: sine me nihil potestis facere. Deniq; iam dixerat: si odit Joh vos mūdus scitote quia me priorem vos odio habuit: et nunc in eo qd audistis cum legeretur euāgeliū. **mementote** inquit

sermonis mei quem ego dixi vo-
bis: Nõ est seruus maior dño suo
Si me ꝑsecuti sunt: ꝛ vos ꝑsequen
tur. Si sermonẽ meũ seruauerũt: ꝛ
vr̃m seruabũt. Dicendo autem non est
seruus maior dño suo: Nõne euidenť ostẽ
dit queadmodũ intelligere debeamus qḋ
supius dixerat: iam non dico vos seruos
ca.lxx Ecce enĩ eos seruos dicit. Nunqd est ali-
ud. non est seruus maior dño suo: si me ꝑ-
n.viij. secuti sunt ꝛ vos ꝑsequenť? Manifestũ est
nis.iiij igitur illum seruũ. qui non manet ĩ domo
in eternũ. illum pertinentẽ ad timorẽ quẽ
foras charitas mittit/ esse intelligendũ vbi
n.xv. dictum est/ iam non dico vos seruos: hic
autem vbi dicitur. ñ est seruus maior dño
suo si me ꝑsecuti sunt ꝛ vos ꝑsequenť. illũ
significari seruũ ptinẽtẽ ad timorez castũ
xviij. qui ꝑmanet in seculum seculi. Hic enĩ ser-
h.xxv uus est auditurꝰ. Euge serue bone: intra ĩ
gaudium dñi tui. Sed hec inquit om-
nia facient vobis ꝓpter nomẽ me
um: quia nesciunt euz qui misit me
Que omnia facient nisi que dixit? Odio
hebebunt scilicet ꝛ ꝑsequenť sermonemq̃
ꝯtemnẽt: quoniam si sermonẽ non serua-
rent eorum nec tamen odissent eos neq̃ ꝑ
sequerenť: vel etiam si odissent nec tamẽ
ꝑsequerenť: non oĩa facerent. Hec autem
oĩa facient vobis ꝓpter nomẽ meũ. quid
est aliud dicere q̃ me in vobis odio habe-
bunt: me in vobis ꝑsequenť: ꝛ sermonẽ ve
strum quia meus est ideo non seruabunt?
Hec enĩ oĩa facient vobis ꝓpter nomẽ me
um: non vestrum sed meũ. Tanto igiť mi-
seriores qui ꝓpter hoc nomen ista faciũt.
q̃to beatiores qui ꝓpter hoc nomen ista
bei.v. patiunť: sicut ipse alio loco dicit. Beati q̃
ꝑsecutionẽ patiuntur ꝓpter iusticiã. Hoc
inth.j. est enĩ ꝓpter me vel ꝓpter nomen meum:
quia sicut apostolus docet. Factꝰ est sapi
entia a deo ꝛ iusticia ꝛ sanctificatio ꝛ re-
demptio: vt queadmodũ scriptuz est. qui
B gloriatur in dño glorieť. Faciũt quippe
ista mali malis sed non ꝓpter iusticiã: ꝛ iõ
miseri vtriq̃ ꝛ qui faciunt ꝛ qui patiunť.
Faciũt ꝛ mali bonis: vbi ꝛ si non faciũt isti
ꝓpter iusticiã. tamen illi ꝓpter iusticiã pa
tiuntur. Sed dicit aliquis. Si mali qñ ꝑse
quunť bonos ꝓpter nomen christi. ꝓpter
iusticiam boni patiunť: ꝑfecto ꝓpter iusti
ciam hoc eis mali faciunt. Quod si ita est:
ergo ꝛ quando boni malos ꝓpter iusticiã
ꝑsequunť: ꝓpter iusticiam etiam mali pa-
tiuntur. Si enĩ possunt mali ꝑsecutionẽ fa
cere bonis ꝓpter nomen christi: cur ñ pos-
sunt mali ꝑsecutionẽ pati a bonis ꝓpť no-
men christi? At quid est ꝓpter nomẽ chri-
sti: nisi ꝓpter iusticiam? Naz si non ꝓpter
qḋ boni faciunt ꝓpter hoc mali patiuntur
quia faciunt boni ꝓpter iusticiam. patiun
tur mali ꝓpter iniusticiam: Nec mali ergo
ꝓpter hoc possunt facere ꝓpť qḋ boni pa-
tiuntur: quia faciunt mali ꝓpter iniustici-
am. patiunť boni ꝓpter iusticiã. Quomo-
do ergo erit verum. hec oĩa facient vob ꝓ
pter nomen meum: cum illi non ꝓpter no-
men christi faciant. id est. non ꝓpter iusti-
ciam sed ꝓpter iniquitatẽ suam. Hec que
stio ita soluiť: Si eo modo intelligamꝰ di-
ctum. hec omnia facient vobis ꝓpter no-
men meum vt totum referatur ad iustos:
tanq̃ dictum sit. hec omnia patiemi ab eis
ꝓpter nomen meum. vt hoc sit facient vo-
bis: quod est. patiemini ab eis. Si autẽ ꝓ-
pter nomen meum sic accipitur: tanq̃ dice
ret: ꝓpter nomen meum qḋ in vobis ode-
runt: ita potest accipi ꝛ ꝓpter iusticiã quã
in vobis oderunt. Ac per hoc ꝛ boni cum
ꝑsecutionem faciunt malis. possit recte di
ci ꝛ ꝓpter iusticiam facere quã diligẽdo ꝑ
sequunť malos: ꝛ ꝓpter iniqtatem quam
oderunt in ipsis malis. Ita ergo ꝛ ipsi ma
li possunt dici pati ꝛ ꝓpter iniquitatem q̃
in illis punitur: ꝛ ꝓpter iusticiam que ĩ eo
rum pena exercetur. Item queri potest C
si etiam mali faciunt ꝑsecutionẽ malis. si-
cut impij reges ꝛ iudices cum essent ꝑsecu
tores piorum vtiq̃ ꝛ homicidas ꝛ adulte
ros ꝛ q̃sq̃ maleficos quos ꝯtra leges pu-
blicas fecisse cognoscerẽt puniebant: quo
modo intelligendũ est qḋ ait dñs. si de mũ Slxxxvij.
do essetis. mũdus qḋ suũ erat diligeret?
Neq̃ enim quos punit diligit mũdus a q̃
videmus supradicta scelerũ genera ple-
runq̃ puniri: nisi quia mundus est in eis a
quibus talia scelera vel puniunť vel pati-
untur: ꝛ mũdus est in eis a quibꝰ talia sce
lera diliguntur. Mundus itaq̃ ille qui in-
telligitur in malis atq̃ inpijs/ ꝛ odit qḋ su
um est/ ex ea parte hominũ qua sceleratis
nocet: ꝛ diligit qḋ suũ ẽ ex ea parte homi
nũ q̃ eisdez ipsis sceleratis fauet. Ergo h

omnia facient vobis ꝑpter nomen meum vel ita dictum est ꝑpter qd vos patimini: vel ita ꝑpter quod ⁊ ipsi faciunt: quia et hoc in vobis dum ꝑsequunt̄ oderunt. Et addidit: quia nesciunt eū q̄ misit me. Hoc ſm eam scientiā dictuȝ intelligendū est: de qua ⁊ alibi scriptū est. Scire autē te sensus est ꝯsumatus. Hac quippe scientia quā sciunt patrem a quo missus ē christus nullo modo eos ꝑsequunt̄ quos colligit christus: quia ⁊ ipsi cum eis colliguntur a christo.

Et infra. lxxxix. c. xc. a Sapiētie. vi

Explicit tractatus octuagesimus octauus. Incipit tractatus octuagesimusnonus. De eo quod dicit. Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem: vsq; ad id quod ait. Qui me odit ⁊ patrem meum odit.

A Aperius dixerat dn̄s ad discipulos suos Si me persecuti sunt ⁊ vos ꝑsequentur. Si sermonem meum seruauerūt: ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝑpter nomē meum: quia nesciunt eum qui misit me. De q̄bus autem hoc dixerit si queramus: inuenimus eum ad hec verba venisse ab eo qd dixerat. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Nunc vo quod addidit Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum nō haberent: iudeos ostendit expressius. De his ḡ et illa dicebat. Naȝ hoc indicat verboꝝ ipa ꝯtexio. De his ergo dicit. Si nō venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum non haberent: de quibus dicebat. Si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequentur. Si sermonē meum seruauerunt: ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis ꝑpter nomen meum: quia nesciunt eū qui misit me His enim verbis ⁊ ista subiungit. Si non venissem ⁊ locutus eis fuissem: peccatum non haberēt. Judei ergo ꝑsecuti sunt christum: quod euidentissime indicat euangelium. Judeis locutus est christus: nō alijs gentibus. In eis ergo voluit intelligi mūdum qui odit christum ⁊ discipulos eius: imo vo non eos solos. sed hos quoq; ad eundem mundum pertinere monstrauit.

Quid est ergo: si non venissem ⁊ locutus eis fuissem peccatum non haberent? Nunquid sine peccato erant iudei: anteq̄ christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed magnū quoddā peccatum non omne peccatum: quasi sub generali nomine vult intelligi: Hoc est ei peccatum quo tenentur cūcta peccata: qd vnusquisq; si non habeat dimittunt̄ ei cuncta peccata. Hoc est autem: quia non crediderunt in christuȝ: qui ꝑpterea venit vt credatur in eum. Hoc peccatum si non venisset: non vtiq; haberent. Aduentus q̄ppe eius q̄tum credentibus salutaris / tantum non credentibus exitialis factus est: tanq̄ ⁊ ipse caput ⁊ princeps apostoloꝝ qd de se ipsi dixerunt extiterit / quibusdā quidem odor vite in vitam: quibusdam odor mortis in mortem. Sed qd adiūxit atq; ait. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: potest mouere querentes. vtrum hi ad quos non venit christus nec locutus est eis. habeant excusationem de peccato suo. Si enī non habent: cur hic dictum est ꝑpterea istos non habere. quia venit ⁊ locutus est eis? Si autem habent. vtrum ad hoc habeant vt a penis alienentur: an vt mitius puniātur? Ad hec inquisita pro meo captu / dn̄o donante respondeo: habere illos excusationem non de omni peccato suo. sed de h̄ peccato quo in christum non crediderunt ad quos non venit ⁊ quibus non est locutus. Sed non ī eo sunt numero hi ad quos in discipulis venit. ⁊ quibus per discipulos est locutus: qd ⁊ nunc facit. Nam ꝑ ecclesiam suam venit ad gentes: ⁊ per ecclesiam loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet qd ait. qui vos recipit me recipit: ⁊ q̄ vos spernit me spernit. An vultis inquit apostolus paulus experimentū accipere eius qui in me loquitur christus? Restat inquirere: vtrum hi qui prius q̄ christ⁹ veniret in ecclesiam ad gentes. ⁊ priusq̄ euāgelium eius audirent / vite huius fine preuenti sunt seu ꝑueniunt̄: possunt hr̄e hanc excusationē? Possunt plane: sed non iō possunt effugere damnationē. Quicunq; enim sine lege peccauerūt. sine lege ꝑibūt et quicunq; in lege peccauerūt / per legem iudicabunt̄. Que quidem apostoli verba

ij. Co. — B — Mat — ij. Co — Rho

quoniã id quod ait: peribũt/terribili⁹ so nat: q̃ qḋ ait/ iudicabunt: non solum nihil adiuuare hanc excusationẽ videntur ostẽ dere. verumetiam plus grauare. Qui enĩ se q² nõ audierũt excusabunt: sine lege pibunt Sed vtrum hi qui cum audierunt cõ tempserũt vel etiam restiterunt. nec tantũ ꝯtradicẽdo sed ⁊ eos a quibus audierunt odijs persequendo/ in eis deputandi sunt de quibus aliquid leuius videtur sonuisse. quod dictum est/ per legem iudicabun
C tur: merito queritur. Sed si aliud est perire sine lege. aliud iudicari per legem. ⁊ illud est grauius/ hoc autem leuius: proculdubio non sunt isti in hac pena leuiore ponendi. qui neq̧ in lege peccauerunt. s₃ oĩno legem christi accipere noluerũt: ⁊ eam q̃tũ ad ipsos attinet oĩno nullã eẽ voluerũt. Illi aũt peccãt ĩ lege q̄ sũt ĩ lege. id ẽ
a. vij qui eam suscipiũt. eamq̧ sanctam ⁊ mandatum sanctum ⁊ iustum ⁊ bonũ fatentur sed infirmitate non implẽt qḋ ab ea rectissime precipi dubitare nõ possunt: Hi sunt qui aliquo modo forsitan possunt ab eoꝝ qui sine lege sunt perditione discerni: si tamen qḋ apostolus ait/ per legeʒ iudicabũtur sic accipiendũ est. tanq̃ dixerit/ nõ per ibunt: qḋ mirum est. Neq̧ enim de infidelibus et fidelibus erat sermo vt hoc diceret. sed de gentib⁹ ⁊ iudeis: q̄ certe vtriq̧ nisi in eo saluatore saluentur qui venit q̄rere quod perierat: ad perditionẽ sine dubio pertinebũt: q̃uis dici possit. alios grauius. alios leuius perituros. id est. alios grauiores. alios leuiores penas in sua perditione passuros. Ille enim perire deo dicitur: quisquis ab illa beatitudiẽ quã dat sanctis suis per suppliciũ separatur. Tanta autem est suppliciorum: q̃ta diuersitas peccatorum. que quomodo sese habeat/ altius iudicat sapientia diuina q̃ coniectura scrutatur aut effatur humana. Isti certe ad quos venit ⁊ quibus locutus ẽ christus. non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem: qua possint dicere. non vidimus nõ audiuimus. Siue non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia. siue acceptaretur: ⁊ si non vt ab omni damnatiõe liberarentur/ certe vt aliq̃to leuius damnarẽtur: Qui me odit inquit ⁊ patrẽ meum odit. Hic nobis fortasse dicat. Quis potest odisse quem nescit. Et vtiq̧ anteq̃ diceret: si non venissem ⁊ locutus eis fuissem/ peccatum non haberent: dixerat discipulis suis. Hec facient vobis: quia nesci uut eum qui misit me. Quomodo ergo nescierunt ⁊ oderunt? Si enim non qḋ est ipse sed nescio quid aliud de illo opinantur non vtiq̧ ipsum sed illud inueniunt odisse quod fingunt/ aut errando poti⁹ suspicantur. Et tamẽ nisi possent homines odisse quod nesciunt: non veritas vtrunq̧ dixisset quod eius patrem ⁊ nesciunt ⁊ oderunt. Sed quomodo id fieri possit si adiuuante dño per nos demonstrari potest: q² hec disputatio est iam claudẽda nunc non potest. S. lxxxviij. c.

¶ Explicit tractatus octuagesimus nonus. Incipit tractatus nonagesimus. De eo quod dicit. Qui me odit ⁊ patrem meum odit.

A Udistis dominũ dicentẽ Qui me odit ⁊ patrem meum odit: q̄ superius dixit. hec facient vobis. quia nesciunt eum qui misit me. Non itaq̧ dissimulanda nascitur questio: quomodo possunt odisse quem nesciunt Si eĩ non quod ipse est/ sed nescio quid aliud eum suspicantur aut credunt ⁊ hoc oderunt: vtiq̧ non ipsum oderunt sed qḋ sua mendaci suspitione vel vana credulitate concipiunt. Si autẽ qḋ est hoc de illo sentiunt: quomodo cum nescire dicuntur? Et de hominibus quidem fieri potest: vt eos sepe quos nunq̃ vidimus diligamus. Ac per hoc nec illud econtrario impossibile est: vt eos quos nunq̃ vidimus oderimus Fama q̧ppe ḋ aliq̄ sermocinãte seu bñ seu male fit non immerito: vt amemus vel oderimus ignotuʒ. Sed si fama sit verax: quomodo est de quo vera didicimus dicẽdus ignotus? An quia eius faciem non vidimus? Quã cum ⁊ ipse non videat: nulli tamen potest notior eẽ q̃ sibi. Non igitur ĩ eius facie corporali nobis intimatur cuiusq̧ noticia. Sed tunc nobis ad cognitionem patet: quando eius mores ⁊ vita non latẽt. Alioquin nec seipsum nosse quisq̧

potest: qui videre faciem suā non potest. Sed vtiqꝫ tanto certius ꝙ notus est alijs ipse se nouit: quanto certius interiore conspectu potest videre qđ sapit / videre qđ cupit / videre quod viuit. Que cum aperiuntur et nobis: tūc vere fit cognitus nobis. Hec itaqꝫ quoniā plerumqꝫ ad nos de absentibus vel etiam mortuis siue fama siue litteris perferuntur. Hinc fit vt sepe quos nunquā facie corporis vidim⁹ / non tamen quos omnino nescimus vel oderimus homines vel amemus. Sed plerumqꝫ in eis nostra credulitas fallitur: quia nonnūquā et hystoria ⁊ multomagis fama mentitur. Pertinet ad nos ne perniciosa opiniōe fallamur: vt quia non possumus hominū indagari cōscientiā: de ipsis rebus habeam⁹ veram certamqꝫ sententiā: hoc est vt si ille vel ille hō vtꝝ sit impudic⁹ pudicusue nescimus: oderim⁹ tamē impudiciciā / et pudiciciam diligamus. Et si illum vel illū iniustum esse iustumue nescimus: amem⁹ tamen iusticiam / et iniusticiam detestemur: non quas nobis ipsis errando confingim⁹ sed quas fideliter hanc appetendam illā ꝙ vitandam in dei veritate conspicimus: vt cum de ipsis rebus quod appetendū est appetimus / quod deuitandum est deuitam⁹: ignoscatur nobis quod de occultis hominum aliquādo / immo assidue non vera sentimus. Hoc enim ad humanam temptationē pertinere arbitror / sine qua duci ista non potest vita: ita vt apostolus diceret:

j. Corint. x. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Quid enim tam humanum quā nō posse inspicere cor humanum: et ideo non eius latebras perscrutari. Sed plerumqꝫ aliud quā id quod ibi agitur suspicari?

B ¶ Quāquā et in his rerū tenebris humanarū. hoc est cogitationum alienarū et si suspitiones intelligē nō possum⁹ qꝛ hoīes sumus: iudicia tamen .id est definitas firmasqꝫ sententias continere debemus: nec

j. Corin. iiij. ante tempus quicquā iudicare donec veniat dominus ⁊ illuminet abscondita tenebrarum et manifestet cogitationes cordis et tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. Quando ergo non erratur in reb⁹ vt recta sit improbatio viciorum / virtutumqꝫ probatio: profecto si erratur in hominibus venialis ē humana temptatio. Per has autē humanorum cordium tenebras res multum miranda et multum dolenda contingit: vt eū nō nunquā quem iniustum putamus et tamē iustus est. et iusticiam in eo nesciētes quē diligimus deuitemus / auersemur: a nostro prohibeamus accessu. communem cū illo vitā victumqꝫ habere nolimus. eumqꝫ etiā si discipline īponēde necessitas cogat. siue ne alijs noceat. siue vt fiat ipse correctior asperitate salubri persequamur. ⁊ hominem bonum tanquā malum affligam⁹ quē nesciētes amam⁹. Hoc fit si quis verbi gratia cum sit pudicus / a nobis creditur impudicus. Sine dubio enim si pudicū diligo: hoc est ipse quod diligo. Ergo etiam ipsum diligo ⁊ nescio: Et si impudicū odi non ipsum odi quia non est quod odi. Et tamen dilecto meo cum quo semper ī charitate pudicitie habitat anima mea / facio ignarus iniuriam: non errans in discretione virtutum atqꝫ vitiorum. sed in cordium tenebris humanoꝝ. Proinde sicut fieri potest vt homo bon⁹ hominē bonum oderit nesciens vel potius diligat nesciens. ipsū enim diligit cum bonū diligit. quia id qđ est ille hoc iste diligit: oderit autē nesciens non ipsum sed quod putat esse ipsū: Ita fieri potest vt etiam homo iniust⁹ oderit hominē iustum: ⁊ dum estimat se sui similem iniustū diligere nesciens diligat iustum. Et tamen dum eum credit iniustū diligit non ipsum sed quod putat esse ipsū. Quēadmodū aūt hoīē: sic ⁊ deū. Denicqꝫ si interrogarentur iudei vtrum diligerent deum: quid se aliud ꝙ diligere respōderent. nec ex animo mētientes: sed errādo potius opinantes. Quomodo enim diligerent patrem veritatis: qui hñt odio veritatem? Volunt enim sua facta damnari: ⁊ hoc habet veritas vt talia facta damnent. Tantum igitur oderunt veritatem: ꝙtum oderunt suas penas ꝙs talibus irrogat veritas. Nesciunt autem illam esse veritatem: que tales quales ipsi sunt damnat. Oderunt ergo quā nesciunt et cum illam oderunt profecto ⁊ eum de q̄ nata est nisi odisse non possūt. Ac per hoc quia veritatem qua iudicante damnant. de patre deo natā nesciunt: vtiqꝫ etiam ipsum ⁊ nesciunt ⁊ oderunt. O miseros homines: qui cū esse volunt mali: nolūt esse

veritatem qua damnantur mali. Nolunt enim eam esse quod est. cum ipsi debeant nullo modo esse qd sunt: vt ipsa manente mutentur: ne ipsa iudicante damnent.

Explicit tractatus nonagesimus. Incipit tractatus nonagesimus primus. De eo qd dicit. Si opera nõ fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatũ non haberent. Nũc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum: sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

A Dixerat dominus. Qui me odit et prẽ meũ odit. Utiq enim qui odit veritatẽ: necesse est oderit et a q veritas nata est. Unde etiam q̃tum datũ est locuti sumus. Deide addidit vnde nobis nũc loquendũ est. Si opera nõ fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent: peccatũ illud scilicet magnũ de quo supius ait. Si n venissem et locutus eis fuissem: peccatum non haberent. Hoc est peccatũ: qd in eum loquentem et opantẽ non crediderũt. neq enim nullum habebant peccatũ: anteq loqueretur eis et oparetur in eis. Sed hoc peccatũ qd in euz non crediderũt ideo sic cõmemorat: quia ipso peccato tenentur et cetera. Hoc enĩ si non heberẽt et in eũ crederent: dimitterent et cetera. Sed quid est hoc q cũ dixisset. Si opera non fecissem ĩ eis: mox addidit. que nemo alius fecit? Nulla quippe in opibus christi videntur esse maiora q̃ suscitatio mortuorum: qd scimus etiam antiquos fecisse pphetas. Fecit hoc etiaz helias. fecit heliseus et cũ in hac carne viueret: et cum in suo monumẽto sepultus iaceret. Nam quidam portantes mortuũ cum irruẽtibus hostibus eo refugissent. eumq ibi posuissent: cõtinuo resurrexit. Fecit tamen aliqua christus que nemo alius fecit: qd qnq milia hominũ d qnq: et q̃ttuor milia de septem panibus pauit: q sup aquas ambulauit. et petro vt hoc faceret pstitit: q aquam mutauit in vinũ: qd aperuit oculos ceci nati: et alia multa q̃ cõmemorare longũ est. Sed rñdetur nob et alios fecisse que ipse non fecit: et q̃ nemo alius fecit. Quis enĩ nisi moyses egyptios plagis tot tantisq percussit: diuiso mari populũ duxit: Manna de celo esuriẽtibus impetrauit: aquã de petra sitientibus fudit? Quis nisi iesu naue populo transituro iordanis fluenta diuisit: et currentẽ solem emissa ad deum oratione frenauit et fixit? Quis preter samson ppter suam sitim maxilla mortui asini exundãte satiatus ẽ? Quis preter heliam curru igneo ĩ alta sublleuectus est? Quis preter heliseũ qd paulo ante cõmemoraui. sepulto suo cadauere: cadauer alterius reddidit vite. Quis preter danielem inter ora inclusorum secum leonum esurientiũ vixit innocuus? Quis preter tres viros ananiã. azariã. misaelẽ ĩ flãmis ardentibus et non vrentibus deambulauit illesus? Pretereo cetera: qm hec satis esse arbitror. quibus demonstret et alios sanctos quedam opera miranda fecisse q̃ nemo alius fecit. Sz qui tã multa vitia et malas valitudines vexatiões q mortaliuz tanta potestate sanaret: nullus oĩno legit antiquorum. vt enĩ taceamus quos iubẽdo sicut occurrebãt saluos singlos fecit: marcus euangelista quodã loco ait. Uespere autem facto cum occidisset sol. afferebant ad eũ oẽs male habẽtes et demonia habẽtes: et erat omnis ciuitas ad ianuã pgregata: et curauit multos qui vexabant varijs languoribus: et demonia mlta eijciebat. Id autem cum memorasset mattheus. etiã testimoniũ ppheticũ addidit dicens: vt adimpleret quod dictũ est per esaiaz pphetam dicentem. Ipse infirmitates nr̃as accepit: et egritudines portauit. Itez alio loco dicit marcus. Et quocunq introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates. in plateis ponebant infirmos: et depcabant eum vt vel fimbriã vestimẽti eius tangerẽt: et q̃tquot tangebant eum salui fiebant.

B Hec nemo alius fecit in eis. Sic enim intelligẽdum est qd ait in eis: nõ inter eos vel corã eis: sed prorsus in eis q sanauit eos. Hec quippe intelligi voluit que non solum facerent admirationẽ. verumetiam manifestam conferrent salutem: p quibus beneficijs vtiq amorem non odiũ retribuere debuerunt. Omnia quidem ceterorum miracula superat qd est natus ex virgĩe: matrisq integritatẽ solus potuit nec pceptus e vio-

Marginalia (left): ix. a — .xvij. — eg. iiij — g. xiij — h. xiiij — h. xv. — h. xiiij — nis. ij — nis. ix.

Marginalia (right): Exodi .vij. — Exodi. xiiij. et. xvj. — Exodi. xvij — Josue. iij. — Josue. x. — Judicũ. xv. — iiij. Reg. ij. vbi. s. — Danielis. vj — Danielis. iij — Marci. j. — Matth. viij. — Esaie. liij. — Marci. vj. — Luce. ij.

lare nec natus. Sed hoc nec coram eis factum est: nec in eis. Ad agnoscendã quippe huius miraculi veritatem: non cõmuni cũ eis aspectu. sed discreto ab eis discipulatu apostoli peruenerũt. Jam vo illud qd die tertia in carne in qua occisus fuerat d sepulchro se reddidit viuũ. et nunq deinde moritur cum illa ascendit in celũ: superat etiam cuncta que fecit. Sed neq hoc factum est in iudeis: neq coram eis. Et n dum hoc fecerat: quando dicebat. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit. Nimirũ ergo sunt illa. que in eorũ valitudinibus tanta miracula salutis ostendit: qsta in illis antea nemo donauit. Hec enim viderunt: et hoc eis exprobrans adiungit et ait. **Nunc autem viderunt et oderunt et me et patrem meum. Sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.** Eorum legem dicit. nõ ab ipsis inuentam sed ipsis datam: Sicut dicimus panem nostrũ quotidianũ. quem tamen a deo petimus. addendo da nobis. Gratis autem odit: qui nullũ ex odio cõmodum querit vel incõmodum fugit. Sic oderunt dñm impij: sic diligunt iusti. Hoc est gratis vt alia preter illũ non expectẽt bona quoniam ipse erit in omnib omnia. Quisquis vo altius attenderit christum dicentem: si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: sed hec et si pater aut spiritussanctus fecit/nemo alius fecit. qr toti us trinitatis vna substantia est: inueniet ipsum fecisse si quando quispiã dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe in seipso cuncta per ipsum: nemo autem potest aliquid sine ipso. Christus nanq cum patre et spũsancto non sunt tres dij sed vn de de quo scriptum est. Benedictus dñs deus israel: qui facit mirabilia solus. Nemo ergo alius fecit quecunq opera in eis fecit: quoniã quisquis alius homo aliquid eorum fecit. ipso faciente fecit: Hec autẽ ipse nõ illis facientibus fecit.

Ps. xxxiiij. | Matthei. vi. | Ps. lxxi.

Explicit tractatus nonagesimus primus: Incipit tractatus nonagesimussecũdus. De eo qd dicit. Cũ autem venerit paraclytus quẽ ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit/ille testionũ phibebit d me. et vos testionũ phibebitis qa ab initio mecũ estis.

Dominus iesus in sermone quẽ locutus est discipulis suis post cenam proximus passioni. tanq iturus et relicturus eos pñtia corpali cum omnibus autem suis vsq in ꝯsummationẽ seculi futurus pñtia spũali: exhortatus est eos ad pferẽdas psecutiões impiorum quos mũdi noie nũcupauit. Ex quo tamẽ mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit: vt scirent dei grã esse qd sunt: suis autem vitijs fuisse qd fuerũt. Deinde psecutores et suos et ipsorum iudeos euidenter expressit: vt oĩno appareret etiam ipsos mũdi damnabilis appellatiõe conclusos/qui psequũtur sanctos. Cunq d illis diceret qd ignorarent eum a quo missus ẽ. et tamen odissent et patrem et filiũ. hoc est et eum q missus est. et eum a quo missus est. de quibus oĩbus iã in alijs sermonib iam disseruimus ad hoc puenit vbi ait. vt adimpleatur sermo qui in lege eorum script est. quia odio habuerũt me gratis. Deinde tanq ꝯsequenter adiũxit: vnde modo disputare suscepim. **Cum autem venerit paraclyt quẽ ego mittã vobis a pre spm veritatis q a pre pcedit. ille testimoniũ phibebit de me: et vos testimoniũ phibebitis. qa ab initio mecũ estis.** Quid hoc ptinet ad illud qd dixerat: nũc autem et viderũt et oderũt et me et prẽ meum sed vt impleatur sermo q script est in lege eorum. qr odio habuerũt me gratis. An qr paclytus qñ venit spũs veritatis: eos q viderũt et oderũt testimonio manifestatiore ꝯuincit? Jmmo vo etiam aliqs ex illis q viderũt et adhuc oderãt: ad fidẽ que p dilectionẽ opatur sui manifestatiõe ꝯuertit. Hoc vt ita intelligam: ita factũ eẽ recolimus. Uenit enĩ die pentecostes spiritussctũs in centũ viginti hoĩes ꝯgregatos in qbus et apostoli oẽs erant: q illo adimpleti cũ linguis oĩum gentiũ loquerentur. plures ex his q aderãt tãto miraculo stupefacti qñquidẽ viderũt loquente petro tam magnũ atq diuinũ testimoniũ phiberi de christo. vt ille q occisus ab eis inter mortuos deputabatur resurrexisse et viuere pbaretur compũcti corde ꝯuersi sunt: et tanti sanguinis tam impie atq ĩmaniter fusi indulgentiã pceperũt: ipso redempti sangui

Actuum | Actuum

ne quē fuderūt. Christi enī sanguis sic in remissionē pctōꝝ oīum fusus ē: vt ipsum etiam peccatū posset delere quo fusus ē. Hoc ergo intuēs dn̄s dicebat: odio hab ue runt me gratis. Cū aūt venerit paclyt⁹: il le testimoniū phibebit de me. Tanq̄ȝ dice ret. Odio me habuerūt: ⁊ occiderūt vidē tes. Sed tale de me paraclytus testimoni um phibebit: vt eos faciat in me credere n̄
B videntes. Et vos inquit testimoniū p hibebitis: q̄a ab initio mecū estis. Perhibebit spūsſctūs: phibebitis ⁊ vos. Quia eni ab initio mecū estis. potestis p̄ dicare qd̄ nostis: qd̄ vt modo nō faciatis. illius spūs plenitudo nōdū adest vobis. Ille ergo testimoniū perhibebit de me: ⁊ vos testimoniū phibebitis. Dabit enī vo
Rō. v. bis fiduciam testimoniū phibēdi charitas dei diffusa in cordib⁹ vr̄is: p spm̄ſctm̄ qui dabitur vobis. Que vtiq; petro adhuc de fuit: qn̄ mulieris ancille interrogatiōe per territ⁹. nō potuit verū testimoniū phibe re: sed ↄtra suā pollicitationē timore ma
i. iiij. gno cōpulsus ē ter negare. Timor autem iste nō est in charitate: sed pfecta charitas foras mittit timorē. Deniq; ante passionē dn̄i seruilis timor eius interrogat⁹ est a fe mina seruitutis: post resurrectionē dn̄i li beralis eius amor ab ipso principe liberta tis: ⁊ ideo ibi turbabat̄. hic tranquillabat̄ Ibi quē dilexerat negabat: hic quē nega uerat diligebat. Sed adhuc etiā tūc amor ipse infirmus fuerat ⁊ angust⁹: donec eum roboraret ⁊ dilataret spūsſctūs. Qui po stea q̄ȝ illi est abūdantia grē largioris in fusus. sic ad phibendū de christo testimo niū quondā eius frigidū pectus accēdit. atq; illa prius trepida que veritatē supp̄s serant ora reserauit: vt cū oēs in quos ve nerat spūsſctūs linguis oīum gentiū loq̄
m. ij. rentur iudeoꝝ circūstantib⁹ turbis: solus ad testimoniū de christo phibendū pre ce teris ꝓmptius emicaret: eiusq; interfecto res de illi⁹ resurrectiōe ↄfunderet. Si quē delectat tam suauit̄ sanctū tale spectacu lum intueri. actus apl̄oꝝ legat: ibi beatuȝ petrū quē negantē doluerat. stupeat p̄di cantem. Ibi linguā illam videat ad fiduci am a diffidētia. ⁊ ad libertatē a seruitute trāslatā. tot linguas inimicoꝝ ↄuertē ad christi ↄfessionē: quarū nō valēdo vnā fer re. versa fuerat in negationē. Quid plura Tantus ī illo fulgor grē. tanta spūsſancti plenitudo apparebat. tanta de ore p̄dican tis p̄ciosissime veritatis pondera ꝓcede bant: vt ingētis multitudis adūsarios in terfectores christi iudeos faceret pro illo paratos mori: a q̄bus cum illo formida bat occidi. Hoc fecit spūsſctūs tūc missus ante ꝓmissus. Ista dn̄s magna atq; mirā da sua bn̄ficia p̄uidebat qn̄ dicebat. Et vi derūt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patreȝ meū: vt ad impleat̄ sermo qui in lege eoꝝ script⁹ est quia odio habuerūt me gratis. Cū autem venerit paraclyt⁹ quē ego mittā vobis a patre spiritū veritatis qui a patre proce dit. ille testimoniū phibebit de me: ⁊ vos testimoniū phibebitis. Ille quippe testīo niū phibens ⁊ testes fortissimos faciēs. ab stulit christi amicis timorē: ⁊ inimicoꝝ odi um ↄuertit in amorem.

Explicit tractatus nonagesimus secūdus. Incipit tractatus nonagesimustertius. De eo qd̄ dicit. Hec locutus sum vobis vt nō scandali zemini: vsq; ad id qd̄ ait. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eoꝝ reminiscamini quia ego dixi vobis.

In his que pre A cedūt h̄ euāgelij capitulū. do minus discipulos suos ad ini micoꝝ odia pferēda ↄfirmās suo prepa uit exēplo. vt eū imitādo fierēt fortiores: addēs ⁊ ꝓmittēs eis qd̄ vētur⁹ eēt spūs ſctūs q̄ de illo testīoniū phiberet. ⁊ adijci ens qd̄ ⁊ ipsi fierēt testes ei⁹: h̄ vtiq; ī eis opante spūsctō. Sic enī ait. Ille testīoniū phibebit de me: ⁊ vos testīoniū phibebitis Utiq; q̄r ille phibebit: etiā vos phibebitis Ille in cordib⁹ vr̄is: vos in vocib⁹ vr̄is. Ille inspirādo vos sonādo: vt possit im pleri: ī oēȝ terrā exiuit son⁹ eoꝝ. Paꝝ q̄p Ps. xviij.
pe fuerat eos adhortari exēplo suo: nisi im pleret spūsctō. Deniq; apl's petr⁹ cū iā ver ba ei⁹ audisset vbi dixerat. Nō est seruus Johan. xiij.
maior dn̄o suo. si me psecuti sunt ⁊ vos pse quent̄. ⁊ h̄ ī illo iā vidēt impleri. in q̄ pati entiā dn̄i sui si exēplo sufficēt debuit imi tari. succubuit ⁊ negauit: nō vtiq; ferēs qd̄ illū ferre cernebat. Cū v̄o accepit donum spūsſci quē negauerat p̄dicauit: ⁊ quē ↄfi teri timuerat n̄ timuit ↄfiteri. Pri⁹ ei exē plo q̄dē fuerat edoctus. vt qd̄ fieri conue nerat nosset: sed nondū fuerat virtute ful tus vt qd̄ nouerat faceret. instructus erat vt staret: sed non erat firmatus ne caderet

Nos postea q̃ per spiritũsanctum factum ē annũciauit vsq; ad mortem. quez negaue rat timens mortem. Ideo dominus in hoc consequenti capitulo de quo nunc nob lo
Capitu. xvi quendum est: hec inquit locutus sum vobis. vt non scandalizemini. Ca-
ps̃. cxviij. nitur quippe in psalmo. Pax multa diligē tibus legem tuam dñe: ꝛ non est illis scan- dalum. Merito itaq; promisso spiritusan- cto quo in eis operante fierent testes eius subiunxit: hec locutus sum vobis vt non
Rhomañ. v. scandalizemini. Cum eni charitas dei dif- funditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: fit pax mul- ta diligentibus legem dei. ꝛ non sit eis scã dalum. Deinde que passuri essent: iam ex-
Al. absq; sy nagogis primens ait. † Extra synagogas faciēt vos. Quid autem mali erat apostolis ex pelli de synagogis iudaicis? quasi nō in- de fuerant se separaturi: etiam si eos nul- lus expelleret? Sed nimirum hoc vo- luit denunciare. quia iudei christum non fuerant recepturi: a quo isti non fuerãt re cessuri. Et ideo futurum erat vt foras mit terentur cum illo ab eis qui esse nollent ī illo: hi qui esse non possent sine illo. Nam profecto quia non erat vllus alius popu-
Rhoma. xi. lus dei q̃ illud semen abrae: si agnoscerēt et reciperent christum tanq̃ rami natura- les in oliua permanerent: nec alie fierent ecclesie christi. alie synagoge iudeorũ: ee- dem quippe essent. si in eodem esse voluis- sent. Qd quia noluerunt: quid restabat. ni si vt remanentes extra christum. extra sy- nagogas facerent eos qui nō relinquerēt christum? Accepto quippe spiritusancto te stes eius effecti: non vtiq; vt tales eēnt de
Iohan. xij. quibus dicitur. multi principes iudeorum crediderunt in eum: sed propter metuz iu deorum ne repellerēt de synagogis: nō au debant confiteri eum. Dilexerunt eni glo riam hominũ: magis q̃ dei. Crediderũt er go in eum: sed non sic quomodo eos vole
Iohãnis. v. bat credere qui dicebat. Quomodo pote stis credere gloriam ab inuicem expectan tes: ꝛ gloriam que a solo deo est non que- rentes? Discipulis ergo sic in eum creden- tibus vt impleti spiritusancto. hoc est do-
Rhomañ. x. no gratie dei non sint de numero eorum q̃ ignorantes dei iusticiam. ꝛ suam volentes constituere/iusticie dei non sunt subiecti nec de illorum de quibus dictum est. dile xerunt gloriam hominũ magis q̃ dei: illa congruit prophetia que de ipsis inuenitur impleta. Domine in lumine vultus tui am ps̃.
bulabunt: ꝛ in nomine tuo exultabũt to- ta die ꝛ in tua iusticia exaltabuntur: quo- niam gloria virtutis eorum tu es. Merito eis dicitur: extra synagogas faciēt vos: il- li scilicet qui zelum dei habent. sed nō ꝑm scientiam. Propter qd ignorantes dei iu- Rhō
sticiam ꝛ suam volentes cōstituere eos ex pellunt qui non in sua sed ī dei iusticia ex altabunt: nec expulsi ab omnibus erube- scũt. quoniam gloria virtutis eorum ipse est. Deniq; cũ hoc eis dixisset adiecit. Sz B
venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se presta- re deo: ꝛ hec faciēt vobis. qa ñ co- gnouerunt patrem neq; me: hoc est non cognouerunt deum nec eius filiuz cui se in vobis occidendis prestare arbitran- tur obsequium. Que verba dominus ita subiunxit: tanq̃ ex hoc consolaretur suos qui de synagogis iudaicis expellerentur. Prenũcians enim que mala essent pro ei⁹ testimonio perpessuri. extra synagogas in quit faciēt vos: nec ait. ꝛ venit hora vt om nis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo. Quid ergo ait? Sed venit hora: quemadmodũ diceret: si aliquid bo ni post ista mala predicaret. Quid sibi er- go vult extra synagogas facient vos: Sed venit hora: Tanq̃ hoc dictur⁹ fuisset. Se- parabunt quidez illi vos: sed ego vos col ligam. Aut separabunt quidem illi vos: sed venit hora leticie vestre. Quid ergo ibi facit hoc verbũ quod ait. sed venit ho ra: quasi consolationez eis promitteret p⁹ tribulationem: cum magis dicere debuis- se videatur indicatiuo modo. ꝛ venit ho- ra? Sed non ait ꝛ venit: cum tribulationē super tribulationē. non consolationē post tribulationem venturam illis esse predice ret. An forte sic eos illa de synagogis se- paratio fuerat turbatura: vt mori mallent quã in hac vita sine iudeorum congrega- tionibus īmorari? Absit vt sic turbarentur q̃ dei nō hominũ gloriã requirebãt. Quid ẽ est extra synagogas facient vos sz venit hora: cum potius dicere debuisse videat et venit hora vt omis qui interficit vos ar

bitretur obsequiũ se prestare deo? Neqꝫ enim saltem dictum est sed venit hora vt interficiant vos: quasi vt eis mors pro consolatione illius sepationis accideret: Sed venit hora inquit. vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo. Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse: nisi vt intelligerent atqꝫ gauderent tam multos se christo acquisituros cum de iudeorum congregationib⁹ pellerentur vt eos quidem non sufficerent pellere sed non sinerent viuere: ne omnes ad nomen christi sua predicatione conuerterent ꝛ ab obseruatione iudaismi tanqꝫ diuine veritatis auerterent. Hoc enim de iudeis dictum debemus accipere: de quibus dixerat: extra synagogas facient vos. Nam testes. id est. martires christi etiam si occisi sunt a gentilibus: non tamē illi arbitrati sunt deo sed diis suis falsis obsequium se prestare cũ hec facerent. Iudeorum autem omnis qui occidit p̄dicatores christi, deo se putauit prestare obsequiũ: credens qḋ desererent deum israel quicunqꝫ conuerterent ad deum christum: vt enī et ip̄m xp̄m occiderēt: ista rōne cōmoti sunt. Nam eorum de hac re etiam verba cōscripta sunt. Uidetis quia totus mũdus post eum abiit? Si dimiserimus eũ viuere: venient rhomani ꝛ tollant nobis ꝛ locum et gentem. Et qḋ cayphas dixit. Expedit vt vn⁹ hō moriat pro populo ꝛ non tota gēs pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exemplo: quibus dixerat. Si me persecuti sunt: ꝛ vos persequētur. vt quemadodũ illum occidendo deo se prestitisse obsequiũ putauerunt: sic etiam illos. Iste itaqꝫ sensus est in his verbis extra synagogas facient vos: Sed nolite solitudinē formidare. Separati quippe a congregatione eorum tam multos in noīe meo congregabitis: vt illi metuētes ne tēplum quod erat apud eos ꝛ omnia legis veteris sacramenta deserantur interficiēt vos: sic fundentes sanguinem vestrum vt deo se prestare arbitrentur obsequiũ. Ecce est illud quod de his dixit apostolus. Zelum dei habent/sed non ẜm scientiam: obsequium se putant prestare deo interficiendo famulos dei. O error horrendus. Ita ne vt placeas deo: percutis placentem deo? Et templum dei viuũ te feriente prosternitur: ne dei templum lapideum deseratur? O execrabilis cecitas. Sed ex parte ī israel facta est vt plenitudo gentium intraret: ex parte inqꝫ facta est non ex toto. Non enim omēs sed aliqui ex ramis fracti sũt: vt insereretur oleaster. Naꝫ spiritusancto implente discipulos christi cuꝫ linguis omniũ gentium loquerenẗ: cum p eos diuina miracula frequentarenẗ ꝛ diuina eloquia spargerenẗ: etiā occisus ita dilectus est christus: vt eius discipuli expulsi a congregationib⁹ iudeorũ: ex ipsis qꝫ iudeis ingentem multitudinem congregarent: ꝛ nullā solitudinē formidarent. Hic ergo accensi ceteri reprobi ꝛ ceci zeluꝫ dei habentes sed non ẜm scientiam ꝛ obsequium se prestare deo credentes: occidebant eos. Sed pro illis occisus colligebat eos: qui de his futuris anteqꝫ occidereẗ instruxerat eos: ne ignaros atqꝫ imparatos animos mala inopinata ꝛ improuisa qꝫuis cito transitura turbarent: sed precognita et patienter accepta/ad bona sempiterna pducerent. Hanc enim fuisse causam vt hec eis prenũciaret: etiam ipse demonstrauit adiungens. Sed hec locutus suꝫ vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis. Hora eorum. hora tenebrosa: hora nocturna. Sed in die mandauit dñs misericordiam suā. ꝛ in nocte declarauit: quando nox iudeorum separatũ a se diem christianorum/nulla confusione fuscauit: ꝛ quando carnem occidere potuit. fidem tenebrare non potuit.

Marginal notes: Rhoma. xi. — Ps. xli. — ...nis. xii. — ...n. xiii. — ...nan. x.

Explicit tractatus nonagesimus tertius. Incipit tractatus nonagesimusquartus. De eo quod dicit: Hec autem vobis ab initio nō dixi quia vobiscum eram: vsqꝫ ad id quod ait. De iudicio autem qa princeps huius mundi iudicatus est.

Cum dominus iesus p̄dixissꝫ discipulis suis persecutiōes qs passuri fuerāt p⁹ ei⁹ abscessuꝫ subiũxit atqꝫ ait Hec āt ab initio nō dixi vobis qa vobiscũ erā. Nũc āt vado ad euꝫ

qui misit me. Ubi primū videndū est: vtrū eis futuras nō pdixerit añ passiones.
Matthei .x. Sed alij tres euangeliste satis eum predi
Marci .xiij. xisse ista demonstrant anteꝙ ventum esset ad cenam: qua peracta sm iohannem/ista locutus est vbi ait. Hec autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscū eram. An forte hinc ista soluitur questio: quia ꝛ illi eu3 narrant passioni proximum fuisse cum hec diceret. Non ergo ab initio quando cum illis erat: quia iam discessurus iamq ad patrem perrecturus hec dixit. Et ideo etiam sm illos euangelistas verum est qđ hic dictum est: hec autem vobis ab initio nō dixi. Sed quid agimus de fide euangelij sm mattheum qui hec eis a dño non solum cū iam pasca esset cum discipulis cenaturus īminente passione. verum ꝛ ab initio denūciata esse cōmemorat: vbi primū nominatim duodecim exprimunt apostoli ꝛ ad opera diuina mittuntur. Quid sibi ergo vult quod hic ait. hec autem vobis ab initio non dixi quia vobiscu3 eram: nisi quia ea que hic dicit de spiritusancto qđ sit venturus ad eos ꝛ testimoniū perhibiturus qñ do mala illa passuri sunt. Hec ab initio eis non dixit: quia cum ipsis erat. Consolator ergo ille vel aduocatus: vtrunq enim inťpretatur qđ est grece paraclytus: christo ab scedente fuerat necessarius: ꝛ ideo de illo non dixerat ab initio quādo cum illis erat q2 eius presentia cō solabant. Abscessurus autem oportebat vt diceret illum esse vēturum. per quem futurum erat vt charita
Rhomañ .v te diffusa in cordibus suis verbum dei cū fiducia predicarent: ꝛ illo intrinsecus apđ eos testimoniū perhibente de christo. ipsi quoq testimoniū perhiberent: neq scandalizarent cu3 inimici iudei absq synago
S. tra. xciij. a gis facerent eos ꝛ interficerent arbitrātes obsequiū se prestare deo: quoniam charitas omnia tolerat que diffundēda erat in cordibus eorum per spiritussancti donum Hinc ergo iste totus ducitur sensus. quia facturus eos erat martyres suos. id est. testes suos per spiritumsanctū: vt illo in eis operante persecutionū quecunq aspera tolerarent: nec frigescerent a charitate pdicandi. illo diuino igne succensi. Hec ergo inquit locutus sum vobis. vt cum venerit hora eorum reminiscamī quia ego dixi vobis. Hec scilicet locutus sum vobis. nō tantum quia passuri estis ista sed quia cū venerit paraclytus ille testimoniū perhibebit de me: ne ista timendo taceatis. Unde fiet: vt etiā vos testioniū perhibeatis. Hec autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscum eram. Et ego vos consolabar: mea corporali presentia exhibita humanis sensibus vestris quā paruuli cape poteratis

¶ Nunc autem vado ad eum q̄ me B
misit: ꝛ nemo inquit ex vobis interrogat me quo vadis. Significat sic se iturum vt nullus interrogaret: qđ palā fieri visu corporis cernerent. Nam superius Joh
interrogauerāt eum quo esset iturus: ꝛ responderat eis se iturum quo ipsi tunc venire non possent. Nunc xo ita se promittit iturum: vt nullus eorum quo vadit inter
roget. Nubes enim suscepit eum quando Act
ascendit ab eis: ꝛ euntem in celum nō verbis quesierunt sed oculis deduxerūt. Se3 quia hec locutus sum vobis inquit tristicia implebit cor vestrum. Uidebat vtiq quid illa sua verba in eorū cordibus egerent: spūalem quippe nondum interius habentes consolationē quā p spiritū sanctum fuerant habituri id quod exterius ī christo videbant amittere metuebant: ꝛ quia se amissuros esse illū vera denunciātē dubitare non poterant. ɔtristabatur humanus affectus. quia carnalis desolabatur aspectus. Nouerat autē ille qd eis potius expediret: quia visus interior ipse est vtiq melior. quo eos consolaturus fuerat spiritussanctus: non cernentiū corporibus ingesturus corpus humanū. sed seipsum credentiū pectoribus infusurus. Deniq adiungit. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclytus non veniet ad vos: Si autem abiero. mittam eum ad vos: Tanꝙ diceret. Expedit vobis vt hec forma serui auferatur a vobis: caro qđ̄ factū xbū habito in vobis. Sed nolo me carnaliter adhuc diligatis. ꝛ isto lacte ɔtēti sp infantes eē cupiatis: expedit vob vt ego vadā. si eī non abiero: paraclytus non veniet ad vos Si alimenta tenera quibus vos alui non subtraxero: solidum cibum non esurietis.

Si carni carnaliter heseritis: capaces spiritus non eritis. Nã quid est si nõ abiero paraclytus non veniet ad vos: si autem abiero mittam eum ad vos? Nunquid hic positus eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neqꝫ enim vbi ille erat iste inde recesserat: ꝛ sic venerat a patre vt nõ maneret in patre. Postremo quomodo eum etiam hic constitutus non poterat mittere

ei.iij quem scimus super eum baptizatum venisse atqꝫ mansisse: imo vbo a quo scim⁹ eũ nunqꝫ sepabilem fuisse? Quid est ergo. si nõ abiero paraclytus non veniet ad vos: nisi non potestis capere spiritū. q̃diu ſm carnem persistitis nosse christum? Unde ille inquit: qui iam ceperat spiritum. Et si no

nt.v. ueramus inquit ſm carnem christum: sed nunc iam non nouimus. Etiam ipsam q̃ppe carnem christi non ſm carnem nouit: q̃ verbum carnem factum spiritualiṫ nouit. Hoc nimirum significare voluit: magister bonus dicendo. si enim non abiero paraclytus non veniet ad vos: si autem abiero mittã eũ ad vos. Christo ãt discedẽte corporaliter: non solum spũssanctus. sed ꝛ pater ꝛ filius illis affuit spiritualiṫ. Nã si ab eis sic abscessit christ⁹ vt ꝓ illo ñ cũ illo in eis esset spiritussanctus: vbi est eius ꝓmis

xviij sio dicentis: ecce ego vobiscum sum vsqꝫ

.xiiij ad ꝯsummationẽ seculi: ꝛ veniem⁹ ad euꝫ ego ꝛ pater ꝛ mansionẽ apud eum faciemus: cum ꝛ spiritũsanctũ ita se promiserit esse missurum vt cum eis esset in eternuꝫ? Ac per hoc cum ex carnalibus vel animalibus essent spirituales futuri: profecto et patrem ꝛ filium ꝛ spiritũsanctũ capacius fuerant habituri. In nullo ġ credẽdus est esse paṫ sine filio ꝛ spũsctõ. aut sine pr̃e ꝛ filio spũssanctus. aut pater ꝛ spũssanctus sine filio: sed vbi eorũ quilibet vn⁹. ibi trinitas deus vnus. Oportebat autem ita insinuari trinitatem: vt q̃uis nulla esset diũsitas substantiarũ. singillatim tamen commendareṫ distinctio personarum: vbi eis qui recte intelligunt. nunqꝫ videri potest separatio naturarum. Quod autem sequitur. et cum venerit ille arguet mundum de peccato. ꝛ de iusticia. ꝛ de iudicio. De peccato quidem quia non crediderũt in me. De iusticia vo quia ad patrem vado ꝛ iam nõ videbitis me. De iudicio auteꝫ q̃a princeps huius mundi iudicat⁹ ẽ tanq̃ solum sit peccatum ñ credere in christum. ꝛ tanq̃ ipsa sit iusticia nõ videre christum. ꝛ tanq̃ ipsuꝫ sit iudiciũ. qd̃ princeps huius mũdi. hoc est diabolus iudicatus ẽ: valde latebrosum est nec isto sermone coartandum. ne fiat obscurius breuitate: sed alio potius q̃tum dñs adiuuerit explicandum.

Explicit tractatus nonagesimus quartus. Incipit tractatus nonagesimusquintus. De eadem lectiõe

Promittẽs dominus missurum se spiritum sanctum: cum venerit inq̃t ille arguet mũdũ de peccato. ꝛ de iusticia. ꝛ ꝺ iudicio. Quid est hoc? Nunquid nam dñs christus non arguit mundũ de peccato cum ait: Si non venissem ꝛ locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusationeꝫ non habent de peccato suo? Sed ne quis forte dicat hoc ad iudeos ꝓprie pertinere non ad mũdum: Nonne alio loco inq̃t. Si de mũdo essetis mũdus qd̃ suũ erat diligeret? Nunquid nõ arguit de iusticia vbi ait: pater iuste mũdus te non cognouit? Nunquid non arguit de iudicio vbi se ait finistris esse dicturuꝫ: ite in ignem eternũ qui paratus est diabolo ꝛ ãgelis eius? Et multa alia reperiuntur in sancto euangelio: vbi de his christus arguit mũdum. Quid est ergo: qd̃ tanq̃ ꝓprie tribuit hoc spiritui sancto? An forte quia christus ĩ iudeorum gente tantũ locutus est mundũ non videtur arguisse: vt ille intelligatur argui qui audit arguentem? Spiritus autẽ sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis: non vnam gẽtem intelligitur arguisse sed mundum. Nam hoc illis ait ascensurus in celum. Non est vestrum nosse tempora vľ momẽta que pater posuit ĩ sua p̃tãte: sed accipietis virtutem spiritussancti superuenientis in vos: ꝛ eritis mihi testes in hierusalem ꝛ in tota iudea ꝛ ĩ samaria ꝛ vsqꝫ

Margin notes (right column): A — ŝ. tra. lxxxix — Johãnis. xv — Johan. xvij — Matth. xxv — Actuum. j.

ad fines terre. Hoc est arguere mundum. Sed quis audeat dicere quod per discipulos christi arguet mundum spiritussanctus: et si arguat ipse christus? Cum clamet apostolus. An vultis accipere experimentum eius qui in me loquitur christus? Quos itaque arguit spiritussanctus: arguit vtique et christus. Sed quantum mihi videtur quia per spiritumsanctum diffundenda erat charitas in cordibus eorum que foras mittit timorem/quo impediri possint ne arguere mundum qui persecutionibus fremebat auderent: propterea dixit: ille arguet mundum. tanquam diceret. ille diffundet in cordibus vestris charitatem. Sic enim timore depulso: arguendi habebitis libertatem. Sepe autem diximus inseparabilia opera esse trinitatis. sed singillatim commendandas fuisse personas: vt non solum sine separatione verum etiam sine confusione et vnitas intelligatur et trinitas. ¶ Exponit deinde quid dixerit de peccato et de iusticia et de iudicio.

ij. Corin. xiij
Rhoma. v.
j. Johan. iiij.
B

De peccato quidem inquit: quia non crediderunt in me. Hoc enim peccatum quasi solum sit pre ceteris posuit: quia hoc manente cetera detinentur. et hoc discedente cetera remittuntur. De iusticia vero inquit quia ad patrem vado: et iam non videbitis me. Hic primo videndum est. si recte quisque arguitur de peccato: quomodo recte arguitur et de iusticia. Nunquid si arguendus est peccator propterea quia peccator est: arguendum putauit quisque et iustum. propterea quia iustus est? Absit. Nam et si aliquando iustus arguitur: ideo recte arguitur quia scriptum est. Non est iustus in terra: qui faciat bonum et non peccet. Quocirca etiam cum iustus arguitur de peccato arguitur non de iusticia: quoniam et in illo quod legimus diuinitus dictum. noli effici iustus multum. non est notata iusticia sapientis sed superbia presumentis. Qui ergo fit multum iustus: ipso nimio fit iniustus. Multum enim se facit iustum. qui dicit se non habere peccatum. aut qui se putat non gratia dei sed sua voluntate sufficiente effici iustum: nec recte viuendo iustus est. sed potius inflatus putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de iusticia: nisi de iusticia credentium? Arguitur itaque de peccato quia in christum non credit: et

Eccles. vij.

arguitur de iusticia eorum qui credunt. Ipsa quippe fidelium comparatio: infidelium est vituperatio. Hoc et ipsa expositio satis indicat. Volens enim aperire quid dixerit: de iusticia vero inquit quia ad patrem vado et iam non videbitis me. Non ait. et iam non videbunt me de quibus dixerat. quia non credunt in me: sed peccatum quod vocaret exponens. de illis locutus est dicens: quia non credunt in me. Exponens autem quam dixerit iusticiam de qua vt dixit mundus arguitur: ad ipsos quibus loquebatur se conuertit atque ait. Quia ad patrem vado: et iam non videbitis me. Quapropter mundus de peccato quidem suo. de iusticia vero arguitur aliena: sicut arguuntur de lumine tenebre. Omnia enim que arguuntur ait apostolus: a lumine manifestantur. ¶ Quantum enim malum sit eorum qui non credunt: non solum per seipsum. verumetiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista vox infidelium esse consueuit. quomodo credimus quod non vidimus: Ideo credentium iusticiam sic oportuit definiri. quia ad patrem vado et iam non videbitis me. Beati enim qui non vident et credunt. Nam et qui viderunt christum non in eo laudata est fides eorum quia credebant quod videbant. id est. filium hominis: sed quia credebant quod non videbant. id est. filium dei. Cum vero et ipsa forma serui subtracta eorum esset aspectibus: tum vero ex omni parte impletum est. iustus ex fide viuit. Est enim fides: sicut in epistola que ad hebreos est diffinitur: sperandarum substantia et conuictio rerum que non videntur. Sed quid est iam non videbitis me? Non enim ait. ad patrem vado et non videbitis me. Vt temporis interuallum quo non videbatur significasse intelligeretur: siue breue siue longum. tamen vtique terminatum. Sed dicendo iam non videbitis me: velut nunquam decetero visuros eos christum veritas pronunciauit. Hec ne iusticia est nunquam christum videre et in eum tamen credere: cum propterea laudetur fides ex qua iustus viuit. quoniam credit quem modo non videt christum. se aliquando esse visurum? Postremo secundum hanc iusticiam nunquid dicturi sumus paulum apostolum non fuisse iustum: confitentem se christum vidisse post ascensionem eius in celum

Ep
E
Jo
Rh
He
j. Co

de quo vtiq; iam tempore dixerat: iaz non
videbitis me. Nunquid secundū hanc iu
sticiam iustus non erat gloriosissimus ste=
phanus: qui cum lapidaretur ait: ecce vi=
deo celum apertum: et filiū hominis stan=
vij tem ad dexteram dei? Quid ergo est ad
patrem vado: et iam non videbitis me: ni
si quomō sum cum nobiscum sum? Tunc
eni adhuc erat mortalis in similitudie car
nis peccati: qui esurire poterat atq; sitire:
fatigari atq; dormire. Hunc ergo christū
idest talem christuz cum transisset de hoc
mundo ad patrem non erant iam visuri: et
ipsa est iusticia fidei de qua dicit aposto=
Cor. v. lus: Et si noueramus christum secundum
carnem: sed nunc iā non nouimus. Erit ita
q; īquit vestra iusticia qua mūdus argue
tur: quia vado ad patrem et iaz non vide
bitis me: quō in eum quem non videbitis
credetis in me: et quādo me videbitis q̄d
tunc ero: non videbitis me quod sum vo=
biscū modo: nō videbitis me humilē sʒ ex
celsum: non videbitis mortalem: sed sem=
piternum. non videbitis iudicandum: sed
iudicaturum: et de hac fide vestra. idest.
iusticia vestra: arguet spiritussctūs incre=
D dulum mundū. Arguet etiam de iudi
cio: quia princeps huius mūdi iu=
dicatus est. Quis est iste nisi ð quo ait
xiiij. alio loco: ecce venit princeps mundi et in
me nihil inuenit: idest nihil iuris sui: nihil
quod ad euz pertineat: nullus scilicet om
nino peccatum? Per hoc em̄ est diabolus
princeps mundi: non em̄ celi et terre et om
nium que in eis sunt est diabolus prīceps
qua significatiōe intelligitur mundus vbi
dictum est: et mundus per eum factus est
Joh. j. Sed mundi est diabolus prīceps: de quo
mundo ibi continuo subiungit atq; ait: et
mundus eū nō cognouit: hoc est hōines i
fideles: quibus toto orbe terraruz mundus
est plenus: Inter quos gemit fidelis mun
h. iij. dus: quem de mundo elegit per quem fa=
ctus est mundus: de quo ipse dicit. Nō ve
nit filius homis vt iudicet mundum: sʒ vt
saluetur mundus per ipsum. Mundus eo
iudicante damnatur: mundus eo subueni
ente saluatur: quoniam sicut arbor folijs
et pomis: sicut area paleis et frumentis:
ita infidelibus et fidelibus plenus est mū
dus. Prīceps est q̄ mundi huius: hoc est
princeps tenebrarum haruz. hoc est infide Eph. v.
lium de quibus eruitur mūdus quibus di
citur: fuistis aliquando tenebre: nunc au=
tem lux in domino. Princeps mundi hu=
ius de quo alibi dicit. Nunc princeps mū Eph. v.
di huius missus est foras: vtiq; iudicatus
est: quoniam iudicio ignis eterni irreuoca Joh. xij.
biliter destinatus est. Et de hoc itaq; iudi
cio quo prīceps iudicatus est mūdi: argui
tur a spiritusancto mundus: quoniā cum
suo principe iudicatur: quem superbus at
q; impius imitatur. Si em̄ deus sicut dicit
apostolus petrus / peccātibus agnelis nō ij. Pe. ij.
pepercit: sed carceribus caliginis inferi re
trudens tradidit in iudicio puniendos ser
uari: quomodo nō a spiritusctō de hoc iu
dicio mundus arguitur: quādo in spiritu=
sancto hec loquitur apostolus? Credant
itaq; homīes in christum ne arguantur de
peccato infidelitatis sue: quo peccata om
nia detinentur. Transeāt in numerū fide
lium: ne arguantur de iusticia eoruz: quos
iustificatos non imitantur. Caueant futu
rum iudiciū / ne cum mundi principe dāp
nentur: quem iudicatum imitantur. Eteni
ne sibi existimet parci superbia dura mor=
talium: de superborum supplicio terrenda
est angelorum.

Explicit tractatus nonagesimus quintus. Incipit tractatus nonagesimussextus. Ab eo quod scriptum est: Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: Cuz autē venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnē veritatem.

IN isto sancti euangelij capitulo vbi dn̄s ait discipulis suis: adhuc multa habeo vobis dicere sʒ nō potestis portare mō: prius querēdū illud occurrit q̄mō supius dixerit om̄ia que audiui a patre meo nota feci

vobis: et hic dicat: adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Uerum illud quomodo dixerit: quod nondum fecerat tanquam fecerit: sicut ea que futura sunt deum fecisse propheta testatur dicens: qui fecit que futura sunt. iam cum ipsa verba tractarem⁹/ vt potuimus exposuimus. Nunc ergo que ista sint que apostoli tunc portare non poterant: vultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere iam capacem: que illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me expectanda sunt vt dicantur que forte non caperem si mihi ab alio dicerentur: nec vos ea portare possetis: etiam si ego tantus essem vt a me ista que vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest vt sint in vobis aliqui ad ea capienda iam idonei: que alij capere nondum valent: et si non omnia de quibus magister ille deus dicebat: adhuc multa habeo vobis dicere: tamen eorum fortasse nonnulla. Sed que nam sint ista que ipse non dixit: temerarium est velle presumere et dicere: Nam et mori pro christo nondum erant idonei tunc apostoli quibus dicebat: non potestis me sequi modo. Unde primus eorum petrus: qui hoc iam se posse presumpserat: aliud expertus est quam putabat. Et tamen postea: et viri et mulieres: pueri et puelle: iuuenes et virgines: senes cum iunioribus: innumerabiles martyrio coronati sunt et posse inuente sunt oues: quod tunc quando ista dominus loquebatur: nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis ouibus dici in illo temptationis articulo: quod certare vsque ad mortem pro veritate oportebat: et pro christi nomine vel doctrina sanguinem fundere? Nunquid in quam debuit eis dici: quis vestrum audeat idoneum martyrio se putare: cui petrus idoneus nondum fuerat quando eum os ad os ipse dominus instruebat? Sic itaque dixerit aliquis non debere dici populis christianis audire cupientibus: que sint de quibus dominus tunc dicebat: adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo: si apostoli nondum poterant: multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire/ quod tunc nondum poterat petrus: sic multi possunt martirio coronari: quod tunc nondum poterat petrus: preserti iam misso spiritusancto qui tunc nondum erat missus: de quo continuo subiungit atque ait. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. ¶ Sic vtique demonstrans illos ideo que habebat dicere portare non posse: quia nondum ad eos venerat spiritussanctus. Ecce concedamus vt ita sit. multos ea modo portare posse iam misso spiritusancto: que tunc eo nondum misso non poterant portare discipuli. Nunquid ideo scimus que sint que dicere noluit: que tunc sciremus si ab eo dicta legeremus vel audiremus? Aliud est enim scire vtrum a nobis vel a vobis portari possint: aliud autem scire que sint siue portari possint siue non possint: Que cum ipse tacuerit: quis nostrum dicat ista vel illa sunt? Aut si dicere audeat: vnde probat? Quis enim est tam vanus aut temerarius: qui cum dixerit etiam vera quibus voluerit que voluerit: sine vllo testimonio diuino affirmet ea esse que tunc dominus dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat et non maximam culpam temeritatis incurrat: in quo nec prophetica nec apostolica excellit auctoritas? Nam profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis. qui post ascensionem domini scripti sunt: parum fuerat hoc legisse: nisi illic id etiam legeretur hoc ex eis esse que tunc dominus noluit discipulis dicere/ quia non poterant illa portare: tanquam si: verbi gratia/ ego dicerem illud quod legimus in huius euangelij capite: in principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: et alia que sequuntur: quoniam postea scripta sunt: nec ea dominum iesum dixisse narratum est: cum hic esset in carne: sed hec vnus ex apostolis eius ipso ac spiritu eius sibi reuelante conscripsit: ex his esse que noluit tunc dominus dicere: quia ea discipuli portare non poterant: quis me audiat tam temere ista dicentem? Si autem vbi hoc legimus: ibi hoc etiam legemus quis non tanto apostolo crederet Sed id quod mihi videtur absurdissime dici/ ea tunc non potuisse portare discipulos: que de inuisibilibus et altissimis rebus inuenimus in apostolicis litteris que postmodum scripte sunt: nec ea dominum quando cum illis visibiliter erat dixisse narratur: cur enim ea tunc forte non poterant

que nunc in eorum libris: quis non legat? quis non ferat: etiaꝫ si non intelligat? Nõ nulla quidem homĩes infideles in scripturis sanctis et non intelligunt cum legunt vel audiunt: et lecta vel audita ferre non possunt: sicut pagani quod per eũ qui crucifix⁹ est factus ẽ mũd⁹: sicut iudei qḋ fili⁹ dei sit: q̃ eo mõ q̃ ipsi celebrãt sabbatũ sol uit. Sicut sabelliãi: quia trinitas est pat͛ ꝛ filius et spiritussanctus: sicut arriani: quia equalis est patri filius: et patri ac filio spiritussanctus. sicut fotiniani: quia non homo tantum similis nobis: sed etiam deus deopatri equalis est. Sicut manichei qḋ christus iesus per queꝫ liberati sumus nasci in carne et de carne dignatus est. Et ceteri omnes peruersarum ac diuersarũ sectarum homĩes/ vtiq̃ ferre nõ possunt: q̃cquid in scripturis sanctis et in fide catholica reperitur/ quod contra eorum profeꝛatur errores: sicut nos ferre non possum⁹ sacrilegas eorũ vanitates et insanias mẽdaces? Quid est eñ ferre nõ posse: nisi eq̃ animo non habere? Sed oĩa que post ascẽsionem domini canonica veritate atq̃ auctoritate conscripta sunt: q̃s fidelis vel etiam cathecuminus antq̃ spiritũsanctũ baptisatus accipiat: non equo animo legit atq̃ audit: etiã si nondũ sicut oportet intelligit? Quomodo ergo aliquid eorum que post ascensionem domini scripta sunt/ non possent ferre discipuli etiã nondũ sibi misso spiritusctõ: cum omnia nunc ferant cathecumini nondũ accepto spiritusc̃o. Nã et si non eis fidelium sacramenta produntur non ideo fit quod ea ferre nõ possunt:

C sed vt ab eis tanto ardenti⁹ cõcupiscãtur: quãto eis honorabilius occultantur.

Qua propter charissimi nõ a nobis expectetis audire que tũc noluit domin⁹ discipulis dicere/ quia nondũ poterãt illa portare: sed potius in charitate proficite: que
supra .xv. ¶ Quid est etiā qd sequitur: tui erāt et mihi eos dedisti? An aliqn erant patris: quādo nō erāt vnigeniti filij eius: et habuit aliqn pater aliqd sine filio? Absit. Verumtn habuit aliqd aliqndo deus fili⁹: qd nondū habuit idē ipse homo fili⁹: quia nōdum erat homo factus ex matre: qn tn habebat vniūsa cū patre. Quaprop qd dixit/tui erāt: nō inde se separauit de⁹ filius sine quo nihil vnq pat habuit: Sed solet ei tribuere oñe quod potest: a quo ē ipe qui potest. A quo em habet vt sit/ab illo habet vt possit: et siml vtrūq sp habuit: qz nunq fuit et nō potuit. Quo circa quicqd potuit pater/semp cū illo filius potuit: qniam ille qui nunq fuit et nō potuit: nūq sine patre fuit: nunq sine illo pat fuit. Ac per hoc sicut pater etern⁹ oñipotēs/ ita filius coeternus oñipotēs. Id em poti⁹ vbum e verbo īterptamur: si ppie volum⁹ dicere qd a grecis dicitur παντάκρος: quod nostri nō sic īterptarent: vt oñipotens dicerēt: cū sit παντοκράτορ omitenens: nisi tantundē valere sentirēt. Quid ergo vnq habere potuit etern⁹ oñitenēs quod nō simul habuerit coetern⁹ omnitenens? Qd vtiq ait: et mihi eos dedisti: hominē se accepisse hāc potestatē vt eos haberet ondit: qm qui semp oñipotēs fuit: ñ semp homo fuit. Quā obrem cū patri pocius tribuisse videat: vt ab illo eos accepit: quoniā ex ipo est qcquid est de q est: etiā ipse sibi eos dedit: hoc est cuz patre deus xps homini xpo: qd cū patre nō est hoīes
supra caplo xv. et tractatu. lxxxvij. dedit. Deniq qui h loco dicit/tui erant et mihi eos dedisti: iam supius eisdē discipulis dixerat: ego vos de mūdo elegi. Conterat h carnal cogitatio atq dispereat. De mundo sibi a patre dicit fili⁹ datos hoīes: quib⁹ alio loco dicit. Ego vos de mundo elegi. Quos de⁹ filius de mūdo elegit cū patre: idē ipse hō filius de mundo eos accepit a patre. Nō eni pat illos filio dedisset: nisi elegisset. Ac per hoc filius sicut nō inde separauit patrē qndo dixit: ego vos de mundo elegi: quoniā simul eos elegit et pat: sic nō inde separauit et se qn dixit: tui erant: qz et ipius filij pariter erāt. Nūc autem hō idem ipse filius accepit eos qui nō erant ipius: qz et formā serui accepit deus idē/q nō erat ipius. ¶ Seqtur ac dicit. Et sermōnē tuū seruauerūt. Nūc cognouerūt quia oīa que dedisti mihi abs te sunt .i. cogñuerūt qz abs te sūt Simul eni pater dedit oīa: cū genuit q haberet oīa. Quia verba inquit q dedisti mihi dedi eis: et ipi acceperūt .i. itellexerūt atq tenuerūt. Tūc eni verbū accipitur: qn mente percipit. Et cognouert inquit vere quia a te exiui: et crediderūt quia tu me misisti: et h subaudiendū est vere. Qd eni dixit cognouerunt vere: exponē voluit adiūgēdo: et crediderunt Hoc itaq crediderūt vere: qd cognouerūt vere: idē ē eni a te exiui/qd ē tu me misisti. Cū g dixisset cognouerūt vere: ne qsq putaret istā cognitionē tāq per speciem factā nō per fidē: exponēdo addidit/et crediderūt: vt subaudiam⁹ vere: et intelligamus hoc dictū esse cognouerūt vere: qd est crediderūt vere. Non eo mō quē significauit pauloāte cū dixit. Modo creditis supra tu.cii
Venit hora et iā vēit: vt dispgamini vnusquisq in ppria: et me solū relinqtis. Sed crediderūt vere: id ē quomō credēdū ē inconcusse: firme: stabilit: fortit: nō iā in propria redituri et xpm relicturi. Adhuc g discipuli nō erāt tales qles eos dicit verb p teriti tpis qsi iam nō essent: pnunciās qles futuri essent: accepto scilicz spūsctō q eos sicut pmissum est doceret oīa: quē priusq accipent: quomō seruauerūt eius smonē: qd de illis qsi fecerit dixit: qn primus eox ter eū negauit: cū ex ore eius audisset qd Matth futurū esset homini q eū corā hōinib⁹ negauisset? Dedit g eis vba sicut dixit: que dedit ei pater. Sed qn illa nō foris in auribus sed itus in cordib⁹ spūalit acceperūt: tunc verē acceperūt: qz tūc vere cognouerunt: vere aūt cognouerūt: qz vere crediderunt. Ipsi aūt filio qmō pater ea vba dederit: quibus verbis hō poterit explciare Facilior sane questio videtur: si secundū id quod filius est hōis accepisse a patre illa verba credatur: quāq natus ex virgie: quādo et quomō ea didicerit quis: enarrabit: quādo etiā ipsam que de virgie facta est generationē eius qs enarrabit? Si vo secundū id quod est de patre genitus psi

ꝙ coeternus accepisse a patre ista verba cogitaṫ:nihil ibi tempis cogiteṫ quasi pri⁹ fuerit qui ea nō habuerit atqȝ vt haberet que nō habebat acceperit: qm̄ quicq̄d de us pater deo filio dedit/gignendo dedit: ita em̄ dedit filio paṫ sine quib⁹ filius esse non posset:sicut ei dedit vt esset: Nā quō aliter verbo verba daret aliqua:in quo in effabiliter dixit om̄ia? Sed iaȝ que sequū tur alio sunt expectanda sermone.

Explicit tractatus centesimus sextus. Incipit tractatus cente simusseptimus. De eo quod dicit. Ego pro eis rogo/nō pro mundo rogo. vsqȝ ad id: Et hec loquor in mundo vt habeant gaudiū meum impletum in semetipsis.

Cum de his quos iaȝ discipulos habe bat dn̄s loquereṫ ad p̄reȝ inter alia etiaȝ dixit hoc. Ego pro eis rogo:nō pro mūdo rogo:sed pro his quos dedisti mihi. Mundū vult modo intel ligi qui viuūt secundū cōcupiscētiā mun di:et non sunt in ea sorte gr̄e vt ab illo eli gantur ex mundo. Non itaqȝ pro mundo sed pro his q̄s ei pater dedit rogare se diċ Per hoc em̄ quod eos illi pater iā dedit: factū est vt non pertineāt ad eū mundū p̄ q̄ nō rogat: Deide subiūgit. q̄a tui sunt Neqȝ em̄ q̄a paṫ eos filio dedit:amisit ip̄e quos dedit:cū adhuc fili⁹ seq̄tur et dicat. Et mea oīa tua sunt:et tua mea sūt. Ubi satis apparet quomodo vnigēiti filij sint om̄ia que sunt patris:per hoc vtiqȝ q̄d etiā ipse deus est:et de patre patri est na tus eq̄lis:nō quomō dictū est vni ex duo bus filijs maiori scilicet: tu mecū es semp et om̄ia mea tua sūt. Illud em̄ dictū ē de his om̄ib⁹ creaturis que infra creaturam rationalē sunt: que vtiqȝ subduntur eccle sie:in qua vniūsa ecclesia et illi duo intel ligunṫ filij maior et minor: cū om̄ibus an gelis sanctis q̄bus erimus eq̄les in regno xp̄i et dei. Hoc aūt ita dictum est:et mea oīa tua sunt:et tua mea:vt hic sit etiā ipsa creatura ratiōalis: que nō nisi deo subdiṫ vt ei que infra illā sūt cūcta subdanṫ. Hec ergo cū sit dei patris: non simul esset et fi lij:nisi p̄ri eēt eq̄lis De ip̄a q̄ppe aiebat cū diceret:nō pro mūdo rogo sed pro his q̄s dedisti mihi q̄a tui sūt: et mea oīa tua sūt ⁊ tua mea. Nec phas est vt sctī de q̄bus h̄ locutus est cuiusqȝ sint:nisi eius a q̄ creati et sancificati sunt. Ac per hoc et oīa que ipsoꝝ sunt:necesse ē vt eius sint cui⁹ et ip̄i sunt. Ergo cū et patris et filij sint:equales eos esse demonstrat quoꝝ eq̄liter sūt. Il lud aūt qđ ait cū de sp̄ūsctō loquereṫ: oīa que habet paṫ mea sunt: ꝓpterea dixi q̄a de meo accipiet et annūciabit vobis. De his dixit que ad ip̄am patris pertinēt diui nitatē:in q̄bus illi est eq̄lis oīa que habet habendo Neqȝ em̄ sp̄ūsanct⁹ de creatura que patri est subdita et filio fuerat accep turus qđ ait/de meo accipiet: sed vtiqȝ de patre de q̄ ꝓcedit sp̄ūs: de quo est nat⁹ ⁊ filius. Et clarificat⁹ sum inq̄t in eis. Nūc suā clarificationē tanqȝ facta sit diċ: cū adhuc esset futura. Sp̄ius aūt a p̄re po scebat vt fieret: Sed vtrum ipsa sit cla rificatio de q̄ dixerat:⁊ nūc clarifica me tu pater apud temetip̄ȝ:claritate quā habui priusq̄ mūdus esset apud te: vtiqȝ req̄ren dum est. Si em̄ apud te:quomō in eis. An cum h̄ip̄m innotescit eis: ac per ip̄os om nib⁹ qui credūt eis testib⁹ suis? Possum⁹ plāe intelligē sic dixisse dn̄m de ap̄lis: qđ clarificat⁹ sit in eis. Dicendo em̄ esse iā fa ctū:ostendit iā fuisse p̄destiatū ⁊ certū ha beri voluit qđ esset futurū. Et iaȝ inquit non sum in mūdo: et hi in mundo sunt. Si horā ꝓrsus illā qua loq̄batur at tendas:vtriqȝ adhuc in mūdo erant:⁊ ip̄e scilicet et illi de quib⁹ h̄ dicebat. Non em̄ scd̄m prouectū cordis ⁊ vite id accipe pos sum⁹ vł debem⁹: vt illi adhuc eē ꝓpterea dicanṫ in h̄ mūdo qđ mūdana adhuc sapi ant:ille aūt iā nō esse in mūdo sapiēdo di uina. Positū ē h̄ em̄ v̄bū vnū: qđ nos ita intelligē omnino nō sinat:q2 nō ait/et non sum in mūdo: sed iā nō suȝ in mūdo:per h̄ ostendēs fuisse se in mūdo:iā nō esse. Nū quid ḡ fas est vt eū credam⁹ aliq̄n mūda na sapuisse:et ab h̄ errore liberatū iā nō il la sapere? Quis tā impio sensu se īduerit: Restat igiṫ vt scd̄m id qđ ip̄se etiā in mun do pri⁹ erat:in mūdo se dixerit iā nō esse: profecto presentia corpali mundo scilicet absentiā suā iā cito futurā:illoꝝ aūt tardi us p̄ h̄ ostēdēs qđ se iā n̄ hic esse:illos aūt hic eē dixit:cū ⁊ ip̄e h̄ et illi adhuc essent.

Margin notes: e.xv. — supra tracta tu.c. — supra tracta tu.cv.

Sic enī est locutus homo congruens hōibus: vt mos loquēdi sese habet ꝛ hūanus vsus An nō quotidie dicimus/iam nō est: de aliquo quātociꝰ abituro? Et maxime hoc de morituris solet dici: quamq̄ et ipse dominꝰ tanquā ꝓuidens qd lecturos hīo ueri possit adiecit: et ego ad te venio: sic exponens quodāmō cur dixerit/ iaȝ nō sum in mundo. Cōmendat ergo eos patri quos corpali absentia relicturus est dicēs Pater sancte: serua eos in nomie tuo quos dedisti mihi. Nempe sicut homo deum rogat pro discipulꝭ suis quos accepit a deo Sed attende quid sequitur

infra tractatu.cx. Ut sint inquit vnū sicut et nos. Non ait vt nobiscū sint vnū: aut minus vnū ipi et nos: sicut vnū sumus nos: sed ait/ vt sint vnuȝ sicut et nos. Ipsi vtiq̄ in natura sua sint vnū: sicut et nos in nostra vnū sumus. Quod proculdubio verū non diceret: nisi secundū hoc diceret quod eiusdē nature deꝰ est cuius ꝛ pat: secundū qd alibi di

supra.c.x. xit: ego et pater vnū sumus: non secūdum id quod etiā homo est: nā secūdū hoc/ pater maior me est dixit Sed quoniā vna ea

supra.xiiij. demq̄ persona est deus et homo: intelligimus hominē in eo quod rogat: ītelligimꝰ autē deū in eo quod vnū sūt ꝛ ipse ꝛ ille

supra tractatu.cvj. quē rogat. Sed est adhuc in cōsequentibus locus: vbi de hac re diligētius disputandum est. Hic autē sequitur Cum essem cum eis: ego seruabā eos ī nomine tuo. Me iquit veniēte ad te serua eos in nomine tuo: in quo eos quādo cuȝ eis eram et ipse seruabā. In nomie patris seruabat discipulos suos filius homo/ cuȝ eis hūana presentia constitutus. Sed etiā pater in nomie filij seruabat: quos in noīe filij petentes exaudiebat. His quippe idē filius dixerat. Amē amē dico vobis: si qd

supra.xv. petieritis patrē in nomine meo dabit vob Nec hoc tam carnalit̄ debemus accipere velut vicissim nos seruent pater et filius: amborū in nobis custodiēdis alternāte custodia: quasi succedat aliꝰ quādo discesserit alius: Simul em̄ nos custodiunt pater et filius et spiritussctūs: quia vnus est verus beatus deus. Sed scriptura nos nō leuat nisi descēdat ad nos: sicut vbū caro factum descēdit vt leuaret: nō cecidit vt iaceret. Si descendentē cognouimus: cum leuante surgamus: et intelligamus cū ita loquitur/ personas eum distinguere nō separare naturas. Quādo ergo seruabat discipulos suos filius presentia corpali: non expectabat pater ad custodiēdū succedere filio discedente: sed eos ambo seruabāt potentia spūali: et quādo ab eis abstulit filius presentiā corpalēȝ: tenuit cū patre custodiā spūalem: quia et custodiēdos quā do filius homo accepit: custodie paterne non eos abstulit. et cū pater filio custodiēdos dedit: non dedit sine ipso cui dedit: sȝ dedit hōini filio nō sine deo eodēipo vtiq̄ filio. Sequitur ḡ filius et dicit Quos dedisti mihi custodiui: et nemo ex his periit: nisi filius perditiōis: vt scriptura impleatur. Filius perditionis dictus est traditor christi perditiōi predestinatus: secundū scripturā que de illo in psalmo centesimo et octauo maxime ꝓphetatur Nunc autem inquit ad te venio: et hec loquor in mundo vt habeant gaudiū meum impletū in se met ipsis. Ecce in mundo se loqui dicit: qui pauloāte dixerat/ iam non sum in mū do. Quod cur dixerit ibi exposuimus: im mo ipsum id exposuisse docuimus. Ergo et quia nondū abierat hic adhuc erat: et quia mox fuerat abiturus: hic quodāmodo iam non erat. Quod sit autē hoc gaudium de quo ait: vt habeant gaudiū meū impletum in semetipis: iā supius expressū est vbi ait: vt sint vnū sic̄ et nos. Hoc gaudium suum. idest. a se in eos collatū in eis dicit implendū: ꝓpter quod locutū se dixit in mundo. Hec est pax illa et beatitudo in futuro seculo: ꝓpter quā consequendam temperanter et iuste et pie viuendū est in hoc seculo. supra

Explicit tractatus centesimusseptimus: Incipit tractatus cētesimus octauꝰ. De eo quod dicit. Ego dedi eis sermonem tuum et mundus eos odio habuit: vsq̄ ad id Ut sint et ipsi sanctificati in veritate.

Loquens adhuc dn̄s ad patrem et orans pro discipulꝭ suis dic̄. Ego dedi eis sermonē tuum ꝛ mundus eos odio habuit. Nondū

id experti fuerant passionibus suis que il
los postea sunt secute. Sed more suo di-
cit ista: verbis preteriti temporis futura p
nuncians. Deinde causã subiciens cur eos
oderit mũdus: quia non sunt iquit de
mundo: sicut et ego nõ sum de mũ-
do. Hoc eis regẽaratiõe collatũ est. Nã
xv. generatione de mũdo erant: ppter quod
iam eis dixerat: ego vos de mundo elegi
Donatũ est ergo eis vt sicut ipse nec ipi es
sent de mundo: eos ipso liberante de mũ-
do. Ipse autẽ de mundo nunq̃ fuit: quia
etiam scdm formã serui de spũsctõ ipse na
tus est: de quo illi renati. Nam si pterea
illi iam non de mundo quia renati sunt de
spiritusancto: propterea ille nunq̃ de mũ
do quia nat⁹ est de spũsctõ. Non rogo
inquit vt tollas eos de mundo: sed
vt serues eos a malo. Adhuc em̃ ne-
cessariũ habebant quãuis iã non essent de
mundo: esse tamẽ in mundo. Repetit ean
dem sententiã. De mundo inquit non
sunt: sicut et ego non sum de mun-
do: sanctifica eos in veritate. Sic em̃
seruantur ex malo, quod supius orauit vt
fieret. Queri autẽ põt quõ de mũdo iã nõ
erant si sctificati in veritate nondũ erant:
aut si iam erant/cur poscat vt sint. An q̃a
et in veritate sanctificati in eadẽ proficiũt
sanctitate fiuntq̃ sanctiores? Neq̃ hoc si
ne adiutorio gratie dei: sed illo eoꝝ sanc-
tificãte profectum qui scificauit inceptuꝫ
Phil. j. Unde et apostolus dicit. Qui in vob op⁹
bonum cepit: perficiet vsq̃ in diẽ christi ie
su. Sanctificãtur itaq̃ in veritate heredes
testamẽti noui: cuiu⁹ veritatis vmbre fue
rũt sanctificatiões veteris testamẽti: ⁊ cũ
sanctificãtur in veritate: vtiq̃ santificãtur
in christo qui veracit dixit: Ego sum via:
xiiij veritas et vita. Itẽ quãdo ait: veritas li-
berabit vos/paulopost expõnẽs quid di-
viij. xerit: si vos iquit filius liberauerit/tũc ve
re liberi eritis: vt ostẽderet hoc se prius di
xisse veritatẽ quod postmodũ filiũ. Quid
ergo aliud et hoc loco dixit: santifica eos
in veritate: nisi sanctifica eos in me? Deni
q̃ sequitur: et hoc apertius insinuare non
desinit. Sermo inquit tuus veritas
est. Quid aliud dixit: quã ego veritas sũ.
Grecũ q̃pe euãgeliũ: logos habꝫ: qd etiã
ibi legitur vbi dictũ est. In principio erat
verbum: et verbũ erat apud deum: et de⁹
erat verbum. Et vtiq̃ verbũ ipsum noui-
mus vnigenitũ dei filiũ: quod caro factũ
est et habitauit in nobis. Unde et hic po-
tuit poni: et in quibusdã codicibus positũ
est/verbuꝫ tuũ veritas est: sicut in quibus
dam codicibus etiam ibi scriptũ est: in pn
cipio erat sermo. In greco auteꝫ sine vlla
varietate: et ibi et hic logos est. Sanctifi-
cat itaq̃ pater in veritate. id est. in verbo
suo in vnigenito suo suos heredes eiusq̃
coheredes. Sed nunc adhuc de apostolis
loquitur Nã secutus adiũgit. Sicut me
misisti in mundum: et ego misi eos
in mundum. Quos misit nisi apostolos
suos? Nam et ipsuꝫ nomẽ apostoloꝝ quo P
niam grecuꝫ est: nihil nisi missus significat
in latino. Misit ergo deus filium suum nõ
in carne pctĩ: sed in similitudĩe carnis pec
cati Et misit fili⁹ ei⁹ eos q̃s natos in carne Rho. viij
peccati: sãctificauit a labe peccati Sꝫ quo j. Thi. ij.
niam per hoc quod mediator dei et homi
num homo christus iesus factus est caput
ecclesie: illi sunt membra eius: ideo ait qd
sequit: et ego pro eis sanctifico me
ipsum. Quid est em̃ et p eis ego sanctifi
co meipsum: nisi eos in meipso sanctifico
cum et ipsi sint ego? Quoniam de quibus
hoc ait vt dixi membra sunt eius. et vnus
est christus caput et corpus: docente apo
stolo atq̃ dicente de semine abrae. Si au- Gala. iij.
tem vos christi: ergo semen abrae estis.
Cum dixisset superius/non dicit et semini
bus tanq̃ in multis: sed tanq̃ in vno et se-
mini tuo quod est christus. Si ergo semen
abrae hoc est christus: quid aliud dictum
est q̃bus dictũ est: ergo semẽ abrae estis:
nisi ergo christi estis? Inde est quod alio
loco idẽ ipse apostolus ait. Nunc gaudeo Colos. j.
in passionibus pro vobis: et adimpleo ea
que desunt pressurarũ christi i carne mea
Non dixit pressurarum mearũ sed christi
quia membrum erat christi: et in persecu-
tionibus suis quales christum in suo toto
corpore pati oportebat: etiã ipe pressuras
eius pro sua portiõe adimplebat. Quod
vt etiã hoc loco certum sit: attende sequẽ
tia. Cũ enĩ dixisset/⁊ pro eis ego sanctifi-
co meipsum: vt intelligeremus hoc cũ di-
xisse qd eos sanctificaret ĩ se: ipse mox ad
didit: vt sint et ipsi sanctificati in ve

ritate Quod quid est aliud quã in me: secundũ id quod veritas est verbum illud in principio deus: in quo et ipse filius hoĩs sanctificatus est ab initio creatiõis sue: quãdo verbum factum est caro: quia vna persona facta est verbum et homo. tunc ergo sanctificauit se in se: hoc est se hominẽ ĩ se verbo. Sed quia vnus est christus verbũ et homo sanctificans hominẽ in verbo: propter sua vero mẽbra: et pro eis inquit ego id est. quod prosit etiã ipsis quia et ipsi sũt ego: sicut profuit mihi in me quia hõ sum sine ipsis. Et ego sanctifico meipsũ. hoc ẽ ipsos in me: tanq̃ meipsum sanctifico ego quoniã in me etiã ipsi sunt ego: vt sint ipsi sanctificati in veritate. Quid est et ipsi. nisi queadmodũ ego in veritate: quod ipse sum ego? Deinde iã non solum de apostolis: sed etiã de suis ceteris membris incipit dicere: quod donante ipso alio sermõe tractandum est.

Explicit tractatus centesimus octauus

Incipit tractatus centesimusnonus. De eo quod dicit. Non pro his rogo tantũ sz et pro eis qui credituri sunt per verbum eorũ ĩ me.

A Dominus iesus iaz sua propiquante passione cum orasset pro discipulis suis quos et apostolos nominauit: cum quibus cenauerat vltimã cenaz: de qua traditor eius per buccellã manifestatus exierat: et cum quibus post eius egressuz antequã pro eis oraret/multa iã fuerat locutus: adiũgit et ceteros qui ĩ cũ fuerant credituri: et ait ad patrem. Non pro his autez rogo tantũ: id est: pro discipulis qui cum illo tunc erant. sed et pro eis ĩquit qui credituri sunt per verbum eorum in me. Ubi omnes nos intelligi voluit: non solum qui tunc erant in carne: sed etiã qui futuri erant Quotquot enim postea crediderũt in eum: per verbũ apostolorũ sine dubio crediderunt: et donec veniat credituri sunt. Ipsis enim dixerat. Et vos testimonium perhibebitis. quia
s.xv.d. ab inicio mecum estis. Et per eos euangelium ministratũ est et anteq̃ scriberetur Et vtiq̃ quisq̃ in christũ credit: euãgelio credit. Non itaq̃ intantum intelligendi sunt quos ait credituros in se per verbum eorum qui ipsos cũ in carne viuerent apostolos audierunt: Sed et post obitum eorum et nos longe post nati per verbũ eorũ credimus in christũ: quoniã ipsi qui cum illo tunc fuerant: quod ab illo audierunt ceteris predicauerũt: atq̃ ita verbũ eorum vt etiam nos crederemus ad nos vsq̃ peruenit vbicũq̃ est eius ecclesia: et peruenturũ est ad posteros quicũq̃ vbicũq̃ in eũ credituri sunt postea. Potest itaq̃ videri iesus in hac oratione non orasse pro quibusdam suis: nisi diligẽter scrutemur in eadẽ oratione verba eius. Si enim pro eis prius orauit sicut iam ostedimus qui cũ illo tũc erãt: postea vero etiã pro eis qui per verbum eorũ in illũ fuerant credituri: potest dici non orasse pro illis qui neq̃ tũc erant cum illo quãdo ista dicebat. neq̃ per verbum eorũ postea: sed in eum siue per ipm siue quomodolibet/tamẽ ante crediderãt B
Nunquid enim cuz illo tunc erat nathanael? Nũquid ioseph ille ab arimathia qui corpus eius a pilato petijt: quez iam discipulum eius fuisse iste ipse iohãnes euangelista testatur. Nunquid maria mater eius et alie femine: quas eius discipulas in euangelio iam tunc fuisse didicimus? Nũquid cũ illo tunc erant de quibus sepe dicit idẽ euangelista: multi crediderũt in eum? Nã vnde erat multitudo illa eorũ qui cum ramis partim precedebant: partim sequebãtur insidentẽ iumento dicentes: bñdictus qui venit in nomĩe domini: et cũ eis pueri de quibus ipse ait fuisse predictũ: ex ore ĩfantium et lactentiũ perfecisti laudẽ? Unde quĩgenti fratres quibus simul post resurrectionẽ non apparuisset: nisi in eũ ante credidissent? Unde illi centũ et nouem q cum istis vndecim centũ et viginti erant: quãdo simul cõgregati post eius ascensuz expectauerunt et acceperunt promissũ spiritũ sanctũ. Unde erãt isti omnes: nisi ex illis de quibus dictũ est: multi crediderunt in euz? Non ergo pro eis tũc saluator orauit: quoniã pro eis orauit qui cũ illo tunc erant: et pro alijs qui per verbũ eorum in eum non iam crediderãt sed fuerant credi

Marginalia: j.xix. — s.xij. — Math — j.Cor — Actui

turi. Isti autem nec cum illo tunc erāt: et in eum iam ante crediderant. Omitto dicere de symeone sene qui infantulū credidit. de anna pphetissa. de zacharia et elisabeth qui eum prophetauerūt anteq̄ de virgine nasceretur. de filio eorū iohāne p̄cursore eius amico sponsi: qui eū et in spiritusancto agnouit et absentē predicauit: et alijs agnoscendū cū presens esset ostēdit. Hos omitto quoniā respōderi potest orandū pro talibus mortuis non fuisse: q̄ cum magnis suis meritis hinc abierant: et recepti quiescebant. Hoc em̄ et de antiq̄s iustis similiter respondetur. Quis em̄ eorum a damnatione tocius masse perditionis que per vnū hominē facta est saluus esse potuisset. nisi in vnū mediatorē dei et hominū in carne venturum reuelante spiritusctō credidisset? Sed nūq̄d ei pro apostolis orandū fuit: et pro tam multis qui ī hac vita adhuc erāt nec cum illo tūc erāt. et ante iam crediderant orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur quod nondum in eū sic crediderāt quomodo in se credi volebat: quādoquidem et ipse petrus cui confitenti et dicenti/tu es christus filius dei viui: tā magnū testimoniū phibuerat/magis eū mori nolebat quā mortuū resurrecturū esse credebat/vnde mox ab eo appellatus est sathanas. Fideliores itaq̄ reperiunt qui defūcti iam fuerant et resurrecturū christū reuelante spiritu non vtiq̄ dubitabant: quā illi qui cum credidissent ipm̄ redempturū israel visa eius morte spem totam quā de illo habuerant pdiderunt. Nihil itaq̄ melius credimus quā post eius resurrectionem īpartito spiritusancto edoctis et confirmatis apostolis eisq̄ in ecclesia primit⁹ doctoribus constitutis/per eorū verbū sic alios credidisse queādmodū ī christū credi oportebat. id est. vt fidem resurrectionis eius tenerent: ac per hoc et illos om̄es qui iam in eum credidisse videbant̄ ad eorum numerū pertinuisse p quibus orabat dicens. Non p his autem rogo tantū: sed et p his qui credituri sunt per verbum eorum in me. Sed restat nobis ad istā questionem adhuc soluendā beatus apl̄us paulus: et latro ille crudelis ī scelere/fide lis in cruce. Paulus quippe apl̄s nō ab hominibus neq̄ per hominem sed per iesum xp̄m se dicit factū apl̄m: et de ipso suo euāgelio loquens ait. Neq̄ em̄ ego ab homīe accepi illud neq̄ didici: sed per reuelationem iesu xpi. Quomō igitur erat in eis de quibus dictum est: credituri sunt per verbum eorū in me? Latro vero ille tunc credidit: quādo in eis doctoribus fides quafuerat qualiscūq̄ defecit. Nec ipse itaq̄ p eorum verbū credidit in christum iesū. et tamen sic credidit: vt quē viderat crucifixum: confiteretur non solū resurrecturum verumetiā regnaturū dicendo: Memēto mei cum veneris in regnū tuum. Proinde relinquitur: vt si domin⁹ iesus hac oratione pro suis omnibus quicūq̄ in hac vita que temptatio est super terrā: vl' tūc erāt vel futuri erant/orasse credendus est: sic ītelligamus quod dictū est per verbū eorū vt ipsum verbū eorū/ verbum fidei quod predicauerunt in mundo hoc significatum esse credamus: Dictū autē esse verbū eorū quoniā ab ipsis est primitus ac precipue p̄dicatum. Jam em̄ ab ipsis predicabatur in terra: quando per reuelationē iesu christi ipsum verbū eorum paulus accepit. Unde et contulit eum eis euangelium: ne forte in vacuū cucurrisset aut curreret: et dextras ei dederunt: quia et in illo quāuis ñ per eos illi datū: tamen verbū suū quod iam predicabant et in quo fundati fuerāt inuenerunt. De quo verbo resurrectionis christi idē dicit apostolus. Siue ego siue illi: sic predicauimus: et sic credidistis. Et iterū. Hoc est inquit verbū fidei quod p̄dicamus: quia si cōfessus fueris in ore tuo quia dominus est iesus: et credideris ī corde tuo quia deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Et in actib⁹ apostolorū hoc legitur: quod in christo deus difinierit fidē omnibus: suscitans eū a mortuis. Hoc verbum fidei qui principaliter ac primit⁹ per apostolos qui ei coheserant predicatum est: ideo verbum eorū dictum est. Neq̄ em̄ ppterea non est verbum dei quia dictum est verbum eorū: cum dicat idē apostolus thessalonicēses excepisse a se nō vt verbum hominū: sed sicut est inquit vere verbum dei. Ideo ergo dei: quia deus id

Margin notes: e iij. (left, beside "cere de symeone"); .xvj. (left, beside "ti/tu es christus"); L. (left, beside "rum in me"); .xxiij. (left, beside "paulus"); Gala. j. (right, beside "accepi illud"); Gala. ij. (right, beside "de et contulit"); j. Cor. xv. (right, beside "illi: sic predicauimus"); Rho. x. (right, beside "iterū. Hoc est"); Actuū. xiij. (right, beside "dē omnibus"); j. Thes. ij. (right, beside "verbum hominū")

donauit. Eorum verbum vero dictuz est: quia hoc predicandū illis deus primitus ac precipue cōmendauit. Ac per hoc etiaz ille latro in sua fide verbum eoꝝ habebat quod eorū ꝓpterea dictum erat: quoniaz predicandū ad eorū officium primitus ac precipue pertīebat. Deniqꝫ cū murmur factum esset de ministerio mensarū a viduis grecorū anteqꝫ paulus credidisset in christum: responderūt apostoli qui domino ante cohеserant.

Actuū. vj.

Non est bonū nos relinquere verbum dei: ꝛ ministrare mensis. Tunc ordinandos diaconos prouiderūt: ne ipsi a predicandi verbi auocarētur officio. vnde merito dictū est verbuz eorū quod est verbū fidei: per qd oēs ī christū vndecūqꝫ id audierint crediderūt: vł audituri et credituri sunt. Ergo illa oratione pro omib⁹ quos redemit: siue tunc in carne viuentes siue postea futuros redemptor noster orauit: cum rogans pro apostolis qui cum illo tunc erant: adiūxit etiā illos qui per eorū verbū ī eū fuerant credituri. Quid aūt adiūctis illis deinde dicat: alia ē disputatione tractandum.

Explicit tractat⁹ cētesimusnonus.

¶ Incipit tractat⁹ centesimusdecimus. De eo qd dicit. Ut oēs vnuz sint sicut et tu pater in me: et ego in te. vsqꝫ ad id. Et dilexisti eos sicut ꝛ me dilexisti.

A

Cum dominus iesus orasset pro discipulis suis quos tunc secū habebat atqꝫ adiūxisset suos alios dicēs Non pro his autē rogo tantum: sed et pro eis qui credituri sunt per verbū eorum in me: velut quereremus/quid vel quare ꝓ illis rogaret: cōtinuo subitulit dicēs. Ut omnes vnuz sint: sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnū sint.

Tract. cxvij

Et superius cum adhuc pro solis discipulł quos secū habebat oraret: pater sancte inquit serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnū sicut et nos Hoc ergo nunc etiā et pro nobis rogauit quod tūc pro illlis: vt omes. hoc est. ꝛ nos et illi vnū simus. Ubi diligenter aduertēdum est nō dixisse dominū vt omnes vnū simus. sed vt omes vnum sint: sicut tu pater in me: et ego in te: subintelligit vnū sumus. Quod aperti⁹ dicitur postea: quia ꝛ pri⁹ dixerat de discipulis qui cū illo erāt: vt sint vnum sicut et nos. Quāobrem ita est pater in filio et filius in patre: vt vnum sint quia vnius substantie sunt. Nos vero esse quidē in eis possumus/vnū tamē cuz eis esse non possumus: quia vnius substantie nos et ipsi non sumus: inquantū filius cum patre deus est. Naz inquantū homo est: eiusdē substantie est cuius et nos sum⁹ Sed nunc illud potius voluit conmēdare quod alio loco ait: ego et pater vnū sum⁹

Joh.

Ubi eandem patris et suaz significauit eē naturam. Ac per hoc et cum in nobis sunt pater et filius vel etiā spiritussctūs: nō debemus eos putare nature vnius esse nobiscum. Sic itaqꝫ sunt in nobis vel nos in illis: vt illi vnuz sint in natura sua: nos vnū in nostra. Sunt quippe ipsi in nobis: tāquā deus in templo suo: Sumus autē nos in illis tanquā creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset/vt et ipsi in nobis vnū sint adiunxit: Ut mūdus credat quia tu me misisti.

B

Quid est hoc? Nūquid nā tunc crediturus est mundus quādo in patre et filio vnum omes erimus? Nōne ista est pax illa perpetua: et pocius fidei merces quā fides? Unū em erimus: nō vt credamus: sed quia credidimus. Sed et si in hac vita propter ipsam conmunē fidē: omnes qui vnū credimus vnum sumus iuxta illud apostoli: omnes em vos vnū estis in christo iesu:

Galat.

etiā si non credamus: sed quia credidimus vnum sumus. Quid est ergo omnes vnum sint vt mundus credat? Ipsi quippe omnes mundus est credens. Neqꝫ em alij sunt qui vnum erunt: ꝛ alius est mundus ꝓpterea creditur⁹ quia illi vnuz erunt: cū proculdubio de his dicat: vt omnes vnum sint: de quibus dixerat/non pro his tantum rogo: sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorū in me: continuo subiungens: vt omnes vnum sint. Isti autem omnes quid est: nisi mundus: non hostilis vtiqꝫ sed fidelis?

s. trac.

Nam ecce qui dixerat/non pro mundo rogo: pro mundo ro-

gat vt credat: quoniã est mundus de q̃
xxi. scriprum est. Ne cum mũdo damnemur
Pro isto mundo nõ rogat neq̃ em̃ quo
sit predestinatus ignorat. Et est mund⁹
iij. de quo scriptũ est. Non em̃ venit filius
vt iudicet mundũ sed vt saluetur mun-
v. dus per ipsum. Unde et apostolus: de⁹
inquit erat in christo: mundũ reconcili-
ans sibi. Pro isto mnndo rogat dicens:
vt mũd⁹ credat: quia tu me misisti. Per
hanc em̃ fidem mundus reconciliat deo
cũ credit in christũ qui est missus a deo.
Quomõ ergo intellecturi sumus quod
ait: vt et ipsi in nobis vnũ sint: vt credat
mundus: quia tu me misisti: nisi quia nõ
in eo causam posuit vt credat mundus
quia illi vnũ sunt: tanquam ideo credat
mundus quod eos esse vnũ videt: cũ ip
se mnndus sint omnes qui credẽdo vnũ
fiunt. Sed orando dixit vt mundus cre
dat. sicut orando dixit vt om̃es vnũ sint
Orando dixit: vt et ipsi in nobis vnum
sint. Hoc est em̃ omnes vnũ sint: quod ẽ
mundus credat: quoniã credendo vnũ
fiũt: profecto vnũ: qui cũ natura essent
vnum: dissẽtiendo ab vno non erãt vnũ
Deniq̃ si verbũ quod ait rogo: tertio sb
andiamus vel potius quod plenius fiat
vbiq̃ ponamus: erit huius expositio sẽ-
tentie manifestior. Rogo vt om̃es vnũ
sint: sicut tu pater in me: et ego in te. Ro
go vt et ipsi in nob vnũ sint: rogo vt mũ
dus credat quia tu me misisti. Ideo q̃p
pe addidit quod dixit in nobis: vt quod
vnũ efficimur fidelissima charitate / gra
tie dei nouerimus tribuendũ esse nõ no
ef. v. bis: sicut apostolus cũ dixisset: fuistis ali
quando tenebre: nunc autẽ lux inquit. ⁊
K ne sibi hoc tribuerent adiecit / in domio.
¶ Deinde saluator noster rogando pa-
trem: se hominẽ demonstrabat: nunc de
monstrans et seipsum quoniã cuz patre
deus est facere quod rogat: ⁊ ego inq̃t
claritatem quam dedisti mihi de
di illis. Quam claritatem / nisi immor
talitatem: quam natura humana in illo
fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc
acceperat eaz: sed more suo propter im
mobilitatẽ predestiationis: preteriti tẽ-
poris verbis futura significat: quod nũc

clarificandus. hoc est suscitandus a pa-
tre: et ipse sit nos ad eam claritatem su-
scitatur⁹ in fine. Simile est hoc ei quod
alibi dicit. Sicut pater suscitat mortuos ẽ. v.
et viuificat: sic et filius quos vult viuifi
cat. Et quos: nisi eosdẽ quos pat. Que-
cumq̃ em̃ pater facit. non alia sed hec et
fili⁹: nec aliter sed similiter facit. Ac per
hoc suscitauit et seipsum etiã ipse. Nam ẽ. ij. D
vnde est: soluite templũ hoc inquit: ⁊ in
triduo resuscitabo illud. Proinde imor
talitatis claritatẽ quam sibi a patre da-
tam dicit: etiã se sibi dedisse intelligẽd⁹
est ⁊ si non dicit. Ideo quippe sepius so
lum patrem facere dicit quod et ipse fa
cit cuz patre: vt quicq̃d est / ei tribuat de
quo est. Sed et aliquãdo etiã tacito pa
tre se dicit facere quod ipse facit cũ pa-
tre: vt intelligam⁹ ita filiũ non esse a pa
tris opere separandũ: quãdo se tacito
patre dicit aliquid operari: queadmo-
dum nec pater ab opere filij separatur:
quãdo ipso tacito filius operari dicitur
quod nihilominus pariter operantur. Cũ
ergo tacet filius in opere patris opera-
tionem suam / humilitatẽ commendat vt
sit nobis salubrior. Cum vero vicissim i
opere suo tacet operationẽ patris / pari-
litatem suaz commendat: ne credatur in
ferior. Isto modo igitur et hoc loco nec
se facit alienũ a patris opere. quãuis di
xerit claritatem quã dedisti mihi: quia
et ipse dedit eaz sibi: nec patrẽ facit alie
num ab opere suo: quãuis dixerit: dedi
eis: quia et pater illam dedit eis. Inse-
parabilia namq̃ sunt opera non solũ pa
tris et filij: verũ etiam spũssancti. Sicut
autẽ ex eo quod patrẽ pro suis omnib⁹
rogauit: hoc fieri voluit vt omnes vnũ
sint: ita ex hoc etiaz suo beneficio quod
ait: claritatem quã dedisti mihi dedi eis
id fieri nihilominus voluit. Nam con-
tinuo subiecit. Ut sint vnum: sicut D
et nos vnum sumus. ¶ Deinde ad
didit: ego in eis: ⁊ tu in me: vt sint
consummati in vnum. Ubi se me-
diatorem inter deuz et hominẽ breuiter
intimauit. Neq̃ em̃ hoc ita dictuz est tã
quam pater non sit in nobis: aut nos in
patre non simus: cum et alio loco dixe-

ſ.xiiij.d. rit: veniemus ad eum et manſionē apud eum faciemus: et hic pauloante non dixerit: ego in eis et tu in me: quod dixit modo: aut ipſi in me ⁊ ego in te: Sed tu in me ⁊ ego in te: et ipſi in nobis. Quod ergo nūc ait: ego in eis et tu in me: ita dictum eſt ex perſona mediatoris: ſicut illud quod apoſtolus ait: vos chriſti: chriſtus vo dei. Quod vero addidit/ vt ſint conſummati in vnu3: oſtendit eo perduci recōciliationem que fit per mediatorem: vt perfecta beatitudiē cui ia3 nihil poſſit adijci pfruamur. Unde id quod ſequit vt cognoſcat mūdus quia tu me miſiſti. non ſic accipiendū puto tanquā dixerit iterū/ vt credat mundus Aliquādo em̄ et cognoſcere pro eo q̄d eſt credere ponitur: vt eſt quod ait aliquanto ſuperius: ⁊ cognouerūt vere qꝛ

ſ.trac.cvj. a te exiui: et crediderunt quia tu me miſiſti. hoc dixit poſterius crediderūt: qđ prius dixerat cognouerūt. Sed hic quādoquidē de conſūmatione loquitur: talis eſt intelligenda cognitio qualis erit per ſpeciem: non qualis nunc ē per fidē. Nā videtur ordo eſſe ſeruatus in eo qđ pauloante dixit: vt credat mundus: hic autē/ vt cognoſcat mūdus. Ibi em̄ quāuis dixerit/ vt omnes vnum ſint: et in nobis vnum ſint: non ait tamē/ ſint conſummati in vnum: atq3 ita ſubnexuit: vt credat mundus quia tu me miſiſti. Hic vero vt ſint inquit conſummati in vnū: ac deinde non addidit vt credat mundus: ſed vt cognoſcat mūdus quia tu me miſiſti. Quādiu em̄ credimus quod nō videmus/ nondū ſumꝰ ita conſūmati quēadmodū erimus cum meruerimꝰ videre quod credimus. Rectiſſime igitur ibi ait vt credat mundus: hic vt cognoſcat mundus: tamē et ibi et hic/ quia tu miſiſti: vt nouerimus quātū pertinet ad patris et filij inſeparabilē charitatem/ hoc nos modo credere quod tendimus credendo cognoſcere. Si autē diceret vt cognoſcant quia tu me miſiſti: tantundem valeret quantū hoc quod ait/ vt cognoſcat mundus. Ipſi ſunt em̄ mundus non permanens inimicus: qualis eſt mūdus damnationi predeſtinatus: ſed ex inimico amicus effectus: propter quem deus erat in chriſto mundu3 reconcilians ſibi

ij.Co Ideo dixi ego in eis: et tu in me. Tanq3 diceret: Ego in eis ad quos miſiſti me: et tu in me: mundum reconcilians tibi p me Propterea ſequitur etiā illud quod ait. Et dilexiſti eos: ſicut et me dilexiſti. In filio quippe nos pater diligit: quia in ipſo nos elegit ante conſtitu-

Ephe tionem mundi. Qui em̄ diligit vnigenitū: profecto diligit et membra eius que adoptauit in eū ⁊ per eum: nec ideo pares ſumus vnigenito filio per quē creati et recōciliati ſumus: q̄a dictū eſt dilexiſti eos ſicut et me: Neq3 enī ſemper eq̄litatē ſignificat qui dicit: ſicut illud ita et illud: ſed aliq̄n tantū quia eſt illud eſt et illud: aut quia eſt illud vt ſit et illud. Quis enī dixerit eo proꝛſus modo ī mūdum a chriſto apoſtolos miſſos: quomō eſt ipſe miſſus a patre? Ut enī alias taceam differentias quas cōmemorare lōgum eſt: miſſi ſunt certe illi cū iam homines eſſent: miſſus eſt autē ipſe vt homo

ſ.trac eſſet: et tamē ſuperius ait: ſicut me miſit in mundum: et ego miſi eos in mundu3. Tanq3 diceret. Quia miſiſti me miſi eos ita et hoc loco: dilexiſti eos inquit ſicut et me dilexiſti. Qđ nihil aliud eſt: quam dilexiſti eos quia ⁊ me dilexiſti. Nō enī membra filij non diligeret qui diligit filium: aut alia cauſa eſt diligendi mēbra eius: niſi quia diligit eum: ſed diligit filium ſecundū diuinitate3: quia genuit illu3 eq̄lē ſibi. Diligit eu3 etiā ſecundum id quod homo eſt: quia ipſum vnigenitum verbum caro factum eſt: et propter verbum eſt ei caro verbi caro. Nos aūt diligit quoniō ſumus eius membra quē diligit: et hoc vt eſſemus propter h̄ nos dilexit antequā eſſemus. Qua propter incōprehenſibilis eſt dilectio qua diligit deus: neq3 mutabilis. Nō enī exquo

Ephe ei reconciliati ſumus per ſanguine3 filij

eius nos cepit diligere sed ante mundi constitutionem dilexit nos: vt cum eius vnigenito etiam nos filij eius essemus: priusquam omnino aliquid essemus. Quod ergo reconciliati sumus deo per mortem filij eius: non sic audiatur: non sic accipiatur: quasi ideo nos reconciliauerit ei filius: vt iam inciperet amare quos oderat: sicut reconciliatur inimicus inimico vt deinde sint amici: et inuicem diligant quod oderant inuicem. Sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei: cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Quod vtrum verum dicam/attestatur apostolus. Commendat inquit dilectionem suam deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est. Habebat itaque illam erga nos charitatem etiam cum inimicicias aduersum eum exercentes operaremur iniquitatem et tamen ei verissime dictum est: odisti domine omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro et diuino modo: et quando nos oderat diligebat. Oderat enim nos quales ipse non fecerat: et quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat: nouerat simul in vnoquoque nostrum et odisse quod feceramus et amare quod fecerat. Et hoc quidem in omnibus itelligi potest de illo cui veraciter dicitur. Nihil odisti eorum que fecisti. Non enim quod deus quicque odisset esse voluisset: aut omnino esset quod omnipotens esse noluisset: nisi et in eo quod odit esset etiam quod amaret. Merito quippe odit: et velut a regula sue artis alienum improbat vicium. Amat tamen suum etiam in viciosis: vel sanationis beneficium: vel damnationis iudicium: ita et deus nihil odit eorum que fecit: naturarum enim non viciorum conditor mala que odit ipse non fecit: et de malis eisdem vel sanando ea per misericordiam: vel ordinando per iudicium bona sunt ipsa que fecit. Cum igitur eorum que fecit nihil oderit: quis digne eloqui possit quantum diligat membra vnigeniti sui et quanto amplius ipsum vnigenitum in quo condita sunt omnia visibilia et inuisibilia: que in suis generibus ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe vnigeniti: ad angelorum sanctorum equalitatem gratie sue largitate perducit: vnigenitus autem cum sit dominus omnium: procul dubio est dominus angelorum. Natura qua deus est non angelis sed et patri potius equalis. Gratia vero qua homo est: quamdamodo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli: cum sit vna persona carnis et verbi? Quamquam non desint qui etiam nos angelis preferant: quia pro nobis inquiunt non pro angelis mortuus est christus: id quod est aliud quam de impietate velle gloriari? Etenim christus sicut ait apostolus: iuxta tempus pro impijs mortuus est. Hic ergo non meritum nostrum: sed dei misericordia commendatur. Nam quale est ideo se velle laudari: quia vicio suo tam detestabiliter egrotauit: vt non possit aliter quam medici morte sanari? Non est hec nostrorum gloria meritorum: sed medicina morborum. An ideo nos preferimus angelis: quia cum et angeli peccauerint/nihil eis tale vt sanarentur impensum est: quasi aliquid eis vel parum fuerit impensum et nobis amplius? Quod si et hoc factum esset: adhuc queri posset: vtrum ideo fuisset factum quod steteramus excellentius: an quod desperatius iacebamus? Cum vero nouerimus bonorum omnium creatorem reparandis angelis malis nihil gratie contulisse: cur non potius intelligimus quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa/quanto erat natura sublimior? Tanto enim minus quam nos peccare debuerunt: quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autem in offendendo creatore/tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt: quanto beneficencius sunt creati. Nec eis satis fuit desertores esse illius: nisi et nostri fierent deceptores. Hoc itaque nobis magnum bonum conferet qui dilexit nos sicut dilexit christum: vt propter ipsum cuius membra nos esse voluit/equales angelis sanctis simus. qui-

Ro. v. Ps. v. Sapie. xi.

bus et natura inferiores conditi sumus: et peccato indigniores facti: qui eorum fieri qualescũq socij deberemus. Explicit tractatus centesimusdecimus

Incipit tractatus centesimus vndecimus. De eo qd dicit. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum et illi sint mecũ. Usq ad id. Ut dilectio qua dilexisti me: in ipsis sit et ego in ipsis.

a In magnam spez dominus iesus suos erigit: qua maior omnino esse non possit. Audite et estote in spe gaudẽtes propter quod vita ista non amanda sed tolerãda sit: vt esse possitis in eius tribulatiõe pacientes. Audite inquam: et quo spes vestra leuetur attendite. Christus iesus dicit: filius dei vnigenitus qui patri coeternus et equalis est dicit: qui propter nos homo factus est sed sicut omis homo mendax non factus est dicit. via/vita/veritas dicit. qui mundum vicit de his qbus vicit: dicit: Audite credite: sperate: desiderate qd dicit: Pater iquit quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum et illi sint mecum. Qui sunt isti quos ait a patre datos sibi? Nõne illi de quibus alio loco dicit: nemo vẽit ad me nisi pater qui
s.vj.c. misit me traxerit eũ? Jam quomõ ea q fieri dicit a patre: faciat et ipse cum patre: si quid in hoc euãgelio profecimus nouimus. Ipsi sunt ergo quos a patre accepit: qs et ipe elegit d mũdo atq eligit vt iã non sint de mũdo sicut non est et ipse de mundo: vt sint tamẽ etiã ipsi mundus credens et cognoscens quod christus a deo patre sit missus/vt mundus ex mũdo liberaretur: ne mundus deo reconciliandus cum mundo inimicissimo dam-

naretur. Sic em ait in huius oratiõis exordio: dedit ei potestatẽ omis carnis. id est. omnis homis: vt omne quod dedisti ei det eis vitã eternam: vbi ostendit potestatez se quidẽ omis homis accepisse vt liberet quos voluerit: damnet quos voluerit: qui viuos et mortuos iudicabit: sed eos sibi esse datos quibus omnibus det vitam eternã. Sic em ait: vt omne quod dedisti ei det eis vitam eternã: Proinde non ei dati sunt quibus vitam non dabit eternam: quãuis et ipsorum potestas data sit cui potestas data est omnis carnis. id est. omis homis. Ita mundus reconciliatus ex inimico liberabitur mundo: cum in illum exerit potestatem suam vt eũ in mortẽ mittat eternã. Hũc autẽ facit suũ: cui vitam donat eternam. Qua ppt omib⁹ prsus ouib⁹ suis bon⁹ pastor: omibus membris suis magnũ caput promisit hoc premiũ: vt vbi ipse est et nos cũ illo simus. Nec poterit nisi fieri quod omnipotẽti patri se vellẽ dixit omnipotens filius. Ibi est enim et spũs sanctus pariter eternus parit deus: spiritus vnus duorũ et substantia voluntatis amborũ. Nam illud quod dixisse legitur propinquãte passione: verum non quod ego volo sed quod tu vis pater: quasi alia patris ala filij sit volũtas aut fuerit: sonus est nostre infirmitatis quã uis fidelis quã in se caput nostrũ transfigurauit: quãdo etiã peccata nostra portauit. Unã vero esse patris et filij volũtatem: quorum etiam spiritus vnus ẽ: quo adiuncto cognoscimus trinitatem: et si intelligere nondũ permittit infirmitas: credat pietas. Sed quoniã quibus promiserat: et quã firma sit ipa pmissio/p sermonis breuitate iã diximus: hoc ipm quantũ valemus quid sit quod dignatur promittere videamus. Quos dedisti mihi inquit: volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecũ. Quantũ attinet ad creaturam i qua factus est ex semie dauid secũdũ carnem: nec ipse adhuc erat vbi futurus erat. Sed eo modo dicere potuit vbi ego sum: quo intelligeremus quod cito fuerat ascensurus in celum: vt iam ibi esse se diceret vbi fuerat mox futurus:

s.xvij
Math.
B
Rho.f.

Potuit et illo modo quo ante iā dixerat loquens ad nicodemum: nemo ascēdit in
Jo.iij. celū nisi qui descendit de celo: filius hoīs qui est in celo. Nā et ibi non dixit erit sȝ ē propter vnitatem psone: in q̄ et deꝰ hō ē: ⁊ hō deus. In celo ꝗ nos futuros eē ꝓmisit. Illa eni forma serui leuata est quā sumpsit ex virgine: et ad patris dexterā collata
ef.ij. propter spem tanti huius boni. Et apostolus ait. Deus autē qui diues est in misericordia propter multā charitateȝ qua dilexit nos: et cuȝ essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in christo: cuius gratia sumus salui facti: et simul excitauit et simul sedere fecit ī celestibꝰ in christo iesu. Hoc ergo potest itelligi dixisse dn̄s: vt vbi ego sum et illi sint mecum. Et ipse quidē de se dixit quod ibi iam esset. De nobis autem velle se dixit vt essemus ibi cū illo: nō q̄d iam essemꝰ ostēdit. Apostolus aūt quod dominꝰ velle se dixit vt fieret: tanq̄ factū fuerit est locutus. Non em̄ ait excitaturꝰ est nos et in celestibus sedere facturus: sȝ excitauit et sedere in celestibus fecit: quia non inaniter sed fideliter iam deputat factum: quod futurū esse nō dubitat. Quod vero attinet ad formam dei in qua equalꝭ est patri: si secundū eam velimus intelligere quod dictum est: volo vt vbi ego sum ⁊ illi sint mecum. abscedat ab aīo oīs imaginum corporaliū cogitatio: quicq̄d menti occurrerit/ longū/ latum/ crassum/ qualibet luce corporea coloratuȝ: per quelibet locorum spacia vel finita vel infinita diffusum. Ab his oībus quantū potest aciem sue contemplatiōis vel intētiōis auertat: ⁊ non inq̄ratur eq̄lis pr̄i filius vbi sit: qm̄ nemo inuenit vbi non sit. Sed q̄ vult querere: querat potius vt cuȝ illo sit: non vbiq̄ sicut ille: sed vbicūq̄ esse potuerit.
xxiij. Qui em̄ homini penaliter pendenti et salubriter confitenti ait: hodie mecū eris in paradiso: secūdū id quod homo erat/ aīa eius ipso die futura fuerat in inferno: caro in sepulchro. Secundū aūt id quod deus erat: vtiq̄ et in paradiso erat: ⁊ ideo latronis anima a pristinis facinoribus absoluta: et illius munere iam beata: quamuis vbiq̄ sicut ille esse non poterat: tamē etiā ipso die cum illo in paradiso poterat: vnde ille qui vbiq̄ semper est non recesserat.

¶ Propterea nimiruȝ non ei satis fuit dicere/ volo vt vbi ego sum et illi sint: sȝ addidit mecum. Esse cum illo enī magnū bonum est. Naȝ et miseri esse possunt vbi est ille: quoniā quicūq̄ vbicūq̄ fuerit est ⁊ ille. Sed beati soli sunt cum illo quia beati esse non poterunt nisi ex illo. An non deo veraciter dictum est/ si ascendero in celum ps̄.cxxxviij. tu ibi es: et si descēdero ad infernū ades? Aut vero christus non est dei sapientia. q̄ attingit vbiq̄ propter suam mūdiciā? Sȝ Sapien.vij. lux lucet in tenebris: nec eaȝ tenebre com Joh.j. prehēdūt. Ac per hoc vt de re visibili quāuis longe dissimile qualecūq̄ sumamꝰ exemplum: sicut cecus etiam si ibi sit vbi lux est/ non est tamē ipse cū luce: sed absens ē a presenti. ita infidelis atq̄ impius aut etiam si fidelis et pius: nondū tamē ad intuēdum lumen sapientie idoneus: etiā si esse nusq̄ possit vbi non sit et christus: non est tamen ipse cum christo dumtaxat per speciem. Nam hominē pie fidelem non ē dubitandum cū christo esse per fidem. Propter quod dicit. Qui non est mecū aduersum me est. Sed cum patri deo dicebat. q̄s Math.xij. dedisti mihi volo vt vbi ego sū et ipsi sint mecuȝ: de specie illa omnino dicebat in q̄ videbimus eum sicuti est: Nemō serenissimum sensum nubilosa contradictiōe perturbet: consequētia perhibeant testimonium precedentibus verbis. Nempe cum dixisset: volo vt vbi ego sū ⁊ ipsi sint mecū: continuo secutus adiunxit. Ut videant claritatem meam quā dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Ut videant dixit non vt credant. Fidei merces est ista non fides. Si em̄ fides ad hebreos ī epistola recte dif Heb.xj. finita est: conuictio rerū que non videnꞇ. cur non merces fidei definiatur visio rerū que credite sperabantur? Cuȝ viderimus em̄ claritatem quā dedit pater filio: etiam si eam dici hoc loco intelligamus: nō quaȝ paꞇ equali filio gignēs eū dedit: sed quā facto hoīni filio dedit ei post morteȝ crucis: qn̄ ꝗ videbimus illā filij claritatē: pfecto tūc fiet iudiciū viuoꝝ atq̄ mortuorū. Tunc tolletur īpius vt non videat claritatem dei. Quam/ nisi illam qua deus est? Esaie.xxvj ſm aliā trāslationem.

Math.v. Beati enim mundo corde: quoniã ipsi deum videbunt. Nec mũdi corde sunt impij propterea non videbunt. Tunc ibunt ipsi
Math.xxv. in suppliciũ eternum. Sic em̃ tolletur impius ne videat claritatem dei: iusti autez ibunt in vitam eternam. Et que est vita eterna?
ĩ.xvij. Ut cognoscant inquit te solũ verum deũ et quez misisti iesum christũ. Non vtiq̧ sicut eum cognouerunt: qui licet non mũdi cordes tamen in forma serui clarificata iudicantem videre potuerũt. Sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus ver⁹ deus: cum patre et spũsancto filius: q꞉ ipsa trinitas est solus verus deus. Si ergo secũduz id quod filius dei deus est patri equalis atq̧ coeternus: accipiamus hoc dictuz: volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecũ: i patre cum christo erimus: Sed ille sicut ille: nos sic nos vbicũq̧ corpe fuerimus Si em̃ loca dicenda sunt et q̃bus non corpora cõtinentur: et locus est cuiq̧ rei vbi est: loc⁹ christi eternus vbi semper est: ipse pater ẽ et locus patris filius est: quia ego inquit in patre: et pater in me est. Et in hac oratõ
ĩ.xiiij: ne: sicut tu pater inquit in me et ego in te.
ĩ.trac.cx.a. Et locus interea noster ipsi sunt: quia seq̄tur: vt et ipsi in nobis vnum sint. Et nos locus dei sumus: quoniã templũ eius sum⁹: sicut orat pro nobis qui mortu⁹ est pro nobis: viuitq̧ pro nobis vt in ipsis vnũ sim⁹ quia factus est in pace locus eius: et habi
Ps̃.lxxv. tatio eius in syon: que nos sumus. ¶ Sed quis idoneus loca ista vel que sunt in lo-
D cis istis sine spaciosis capacitatibus ꝛ sine corporeis molibus cogitare? Nõ parũ tñ ꝓficitur: si saltẽ quicq̃d tale oculo cordis occurrit: negatur: respuitur: improbatur. Et lux quedã in qua ista neganda: respuẽda: improbanda cernuntur / sicut potuerit cogitatur: et quã sit certa cognoscit ꝛ amatur: vt inde surgatur atq̧ ad interora tendatur. Que cum penetrare mẽs inualida et minus quã illa sunt pura nequiuerit: nõ sine amoris gemitu et desiderij lachrimis inde pellatur. et pacienter ferat quamdiu fide mundetur: atq̧ vt illic habitare valeat sanctis moribus preparetur: Quomodo ergo non erimus cũ christo vbi est: quãdo in patre cum illo erimus in quo ẽ. Ne q̧ hinc apostolus nobis quãuis nondum rem tenentibus: sed tamẽ spem gerentib⁹ tacuit. Ait eni. Si resurrexistis cũ christo
que sursum sunt querite vbi christus ẽ in Col.iii
dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terram. Mortui em̃ estis inquit: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Ecce interim fide ac spe vita nostra vbi christus est cum illo est: quia cum christo in deo est. Ecce velut iam factum est quod orauit vt fieret dicens: volo vt vbi ego sum et ipi sint mecum. Sed nunc per fidem: quando aũt fiet per speciem? Cum christus inquit apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cum ipo in gloria. Tunc apparebimus quod tunc erimus: q̃a tũc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse ãteq̧ essem⁹. Faciat h̃ filius q̃ cũ dixisset vt videãt claritatẽ meã quã dedisti mihi / cõtinuo subiũxit **quia dilexisti me ante cõstitutionẽ mũdi** In illo em̃ dilexit et nos ante cõstitutionẽ mundi: et tũc predestinauit q̃d in fine facturus est mũdi. **Pater inquit iuste: mundus te non cognouit:** quia iustus es: ideo te non cognouit. Mundus quippe ille damnationi predestiatus merito non cognouit: mundus vero quẽ christus reconciliauit sibi / non merito sed gratia cognouit. Quid est em̃ eum cognoscere: nisi vitam eternam: quã mundo damnato vtiq̧ non dedit: reconciliato dedit? Propterea vtiq̧ mũdus te non cognouit qui iustus es. Nec et meritis eius vt te nõ cognosceret tribuisti: et propterea mund⁹ reconciliatus cognouit quia misericors es et vt cognosceret non eius merito sed gratia subuenisti. Deniq̧ sequitur. **Ego aũt te cognoui.** Ipse fons gratie est de⁹ natura: homo autẽ de spirituſctõ ꝛ virgine ĩeffabili gratia. Deniq̧ ꝓpter ipsuz q꞉ gratia dei per iesum christũ dominũ nostruz: **et hi cognouerunt** ĩquit **quia tu me misisti.** Ipse est mundus reconciliat⁹ Sz quia tu me misisti. ideo cognouerunt. Ergo gratia cognouerunt. **Et notum feci eis** inquit **nomen tuum: et notũ faciam** Notũ feci per fidem: notum faciã per speciẽ. Notũ feci cũ fine pegrinãtib⁹: notũ faciã sine fine regnãtib⁹. **Ut dilectio** ĩq̃t **qua dilexisti me ĩ ipsis sit: ꝛ ego**

in ipis. Non est vsitata locutio: dilectio qua dilexisti me i ipsis sit et ego i ipis: vsitate q̄ppe diceret̄ dilectio q̄ dilexisti me. De greco quidem ista translata sunt. Sz sunt similes et latine sicut dicimus/fidelē seruitutem seruiuit: strēnuā miliciam militauit: cuz dici debuisse videatur: fideli seruitute seruiuit: strennua militia militauit. Qualis autē ista locutio est/dilectio qua
i.vj. dilexisti me: tali et apostolꝰ vsus est. Bonum certamē certaui. non ait/bono certamine: quod vsitatus etiā rectiusq̄ diceret̄ Quomō autē dilectio qua dilexit pater filium est et in nobis: nisi quia mēbra eiꝰ sumus: ꝛ in illo diligimur cum ipse diligitur totꝰ. id est. caput et corpus: Ideo subiūxit et ego in ipsis: tanq̄ diceret: quoniam ego sum in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquā in tēplo suo: aliter aūt quia ꝛ nos ipse sumus: cum secūdū id quod vt caput nostrū esset homo factus est: corpus eius sumus. Finita ē saluatoris oratio: incipit passio. Ergo et iste sermo finiat̄: vt de passione quod ipse donauerit aliꝭs sermonibus disputetur.

Explicit tractatus centesimusundecimus. Incipit tractatus centesimusduodecimus. De eo quod dicit. Hec cuz dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis trās torrentem cedron vbi erat hortus. Usq̄ ad id. Et ministri iudeorū cōprehederunt iesum et ligauerunt eū.

Terminato magno prolixoq̄ s̄mone quē post cenaz dn̄s fundendo pro nobis ꝓximo sanguīe ad discipulos habuit qui cū illo tunc erant: adiūcta oratione quā dixit ad patrē: deinceps eius passionē iohs
.xviij euangelista sic exorsus est. Hec cum dixisset iesus: egressus est cū discipulis suis trās torrētē cedron: vbi erat hortus: in quē itroiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autē et iudas qui tradebat eū locum: q̄a frequenter iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Hoc qd̄ narrat igressū dominū cuz discipulis suis in hortuz: non continuo factū est cū eius illa finita esset oratio de cuius verbis ait: hec cū dixisset iesus. Sed alia quedā sunt interposita: q̄ ab isto pretermissa/ apud alios euangelistas leguntur: sicut apud hunc inueniūtur multa que illi similter in sua narratiōe tacuerunt. Quomō autē inter se om̄es cōueniant: ne veritati que per aliuz promitur ab alio repugnetur: quisq̄s nosse desiderat: non in his sermōibus sed in aliꝭs laboriosis litteris querat: nec stando et audiendo: sed potius sedendo et legendo: vel legenti aurem mentēq̄ intentissimā preben do illa condiscat. Credat tamē anteq̄ sciat: siue id etiā scire in hac vita possit: siue per aliqua inpedimēta nō possit: nihil ab aliquo euāgelista esse scriptuz: quātū ad hos attinet quos in auctoritatē canonicā recepit ecclesia: quod vel ipsius vel alterius non minus veraci narratiōi possit esse contrariū. Nunc itaq̄ huius beati iohannis narrationē quā suscepimꝰ tractandā: sine aliorꝝ compatione videamus: in eis q̄ manifesta sunt non imorantes: vt hoc vbi opus est causa poscente faciamus. Non ḡ sic accipiamus quod ait: hec cū dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis trans torrentez cedron: vbi erat ortus: in quē introiꝭt ipse et discipuli eius: tanq̄ continuo post illa verba in illū hortū fuerit ingressus: sed ad hoc valeat quod dictū est: hec cuz dixisset iesus: vt nō eū ante opinemur ingressū quā illa verba finiret. Sciebat autem inquit et iudas qui tradebat eum locuz. Ordo verborū est. Sciebat locum qui tradebat eū: quia frequent̄ inquit iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Ibi ergo lupus ouina pelle contectus: ꝛ inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus didicit: vbi ad tempus exiguū dispergeret gregē: insidꝭs appetendo pastorem. Iudas ergo inquit cum accepisset cohortez: et a principibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis et facibus et armis. Cohors non iudeorū sed milituz fuit. A preside itaq̄ itelligat̄ accepta tāq̄ ad tenendū reum. Seruato ordine legitie

potestatis. vt nullus tenētibus auderet ob
sistere: quamq̄ et manus tanta fuerit cō=
gregata: et sic armata veniebat vt vel ter=
reret vel etiā repugnaret: si quisq̄ christū
defendere auderet. Ita quippe eius ab=
scondebatur potestas et obtundebatur īfir=
mitas: vt hec inimicis necessaria videren
tur aduersus eum in quē nihil valuisset ni
si quod ipse voluisset: bene vtens bonus
malis et faciēs bona de malis ad faciēdos
bonos ex malis et discernendo a malis
B Iesus itaq3 sicut euāgelista secutus ad
iungit: sciens oīa que ventura erant
al. Quem. sup eū: pcessit et dicit eis. † Quid
queritis? Responderūt ei. Iesum
nazarenū. Dicit eis iesus Ego sum
al. tradebat Stabat autem et iudas qui † tradi
dit eum cū ipsis: Ut ergo dixit eis
ego sum: abierūt retrorsum et ceci=
derunt in terram. Ubi nunc militū co
hors et ministri principū et phariseorum?
Ubi terror et munimen armatorū? Nempe
vna vox dicentis ego sum: tantā turbam
odijs ferocē / armisq̄ terribilē sine telo vl
lo pcussit: repulit: strauit Deus enim latebat ī
carne et sempiternus dies ita membris oc
cultabatur humanis: vt laternis et facibus
quereretur occidēdus a tenebris. Ego sū
dicit: et impios deiecit Quid iudicaturus
faciet: qui iudicandus hoc fecit? Quid re
gnaturus poterit: qui moriturus hoc po=
tuit? Et nunc vbiq̄ per euangeliū / ego sū
dicit christus: et a iudeis expectatur anti=
christus / vt retro redeant et in terram ca=
dant: quoniā deserentes celestia / terrena
desiderant. Certe ad cōprehēdendū iesū
persecutores cū traditore venerūt: quem
querebant inuenerunt. Audierūt ego sū
quare nō conprehenderūt sed abierūt re
tro et ceciderunt: nisi quia hoc voluit qui
potuit quicq̄d voluit? Uerū si nūq̄ se ab
eis permitteret apprehēdi: non quidē illi
facerent propter quod venerāt: sed nec ip
se faceret ppter quod venerat: Eu3 q̄ppe
illi occidendū querebāt seuiēdo: sed que
rebat nos et ipse moriendo. Proīde quia
tenere volētibus nec valentibus ostendit
potestatē suam: iam teneāt eū vt faciat de
nescientibus voluntatē suam. Iterū er=
al. Quem go eos interrogauit. † Quid queri
tis? Illi autē dixerunt. iesum naza
renū. Respōdit iesus. Dixi vobis:
quia ego sum. Si ergo me queritis
sinite hos abire: vt adimpleretur ā.tra.
sermo quem dixit. Quia quos de=
disti mihi: non perdidi ex eis quē=
quam. Si me inquit queritis: sinite hos
abire. Inimicos videt. et hoc faciūt quod
iubet. Sinunt hos abire: quos nō vult pe
rire. Nunquid autē non erant postea mori=
turi? Cur ergo si tunc morerētur perderet
eos: nisi quia nondū sic in eū credebat: q̄=
modo credunt quicūq̄ non pereūt? Si C
mon ergo petrus habens gladiu3
eduxit eum et percussit seruū † prin al. pō
cipis: et abscidit eius auriculā dex
tram. Erat autē nomen seruo mal=
chus. Solus hic euangelista etiam no= Luce
men huius serui expressit: sicut Lucas so=
lus quod eius auriculā dn̄s tetigerit et sa
nauerit eam. Malchus interpretatur regna
turus Quid ergo auris pro dn̄o amputa=
ta et a dn̄o sanata significat: nisi auditum
amputata vetustate renouatu3: vt sit ī no
uitate spiritus: et non in vetustate littere
Quod cui prestitū fuerit a christo: q̄s du= Rho.
bitet regnaturū esse cū christo? Quod au
tem seruus dictus est: et hoc ad illam per
tinet vetustate3: q̄ in seruitutē generat q̄d
est agar. Sed cum accessit sanitas: figura= Gala.
ta est et libertas. Factū tamen petri dn̄s
improbauit. et progredi vltra prohibuit
dicens. Mitte gladiū tuum in vagi= Textu
nam. Calice3 quē dedit mihi pater bet di
non vis vt bibam illū? In suo quip= go ies
pe facto ille discipulis magistrū defende= tro.
re voluit: non quod faciendum est cogi=
tauit. Et ille igitur ad pacientiam cōmonē=
dus fuit: et hoc ad intelligētiā pscribēdū
Quod autē a patre sibi dicit datū calicem
passionis: profecto illud est quod ait apo
stolus. Si deus pro nobis: quis cōtra nos Rho.
Qui filio proprio non pepercit: sed p no=
bis omnibus tradidit eū? Uerum auctor
calicis huius est etiā ipse qui bibit: vnde
idem apostolus iterū dicit: christus dilex= Ephes
it nos et tradidit semetipm pro nobis: ob=
lationem et hostiā deo in odore3 suauita
tis: Cohors autē et tribunus et mi=

nistri iudeorū. comprehenderunt iesum: et ligauerunt eum. Comprehē derunt ad quē non accesserunt: quoniā di es ille/illi vero tenebre permāserunt: nec
.xxiij. audierūt: accedite ad eū et illūinamini Si eū sic accederēt: non eū manibus occiden duz: sed recipiendū corde cōprehenderēt Nunc autē quādo eū illo modo cōprehē= derunt: tunc ab illo longius recesserūt: et ligauerunt eū a quo solui potius velle de buerunt. et erant fortassis in eis qui tunc ī posuerunt xp̄o vincula sua: atq; ab eo po=
.cxv. stea liberati dixerunt. Dirupisti vincula mea Hec hodie satis sint: tractabūtur deo volēte sermone alio que sequunt. Expli cit tractat⁹ centesimusduodecim⁹.

Incipit tractatus centesimustre= decim⁹. De eo qđ dicit: Et adduxe runt eū ad annā primū. Usq; ad id Iterū ergo negauit eum petrus: et statim gallus cantauit.

A Postea quam persecutores tradente iuda cōp̄hensū dn̄m ligauerūt qui dilexit nos et tradidit se
eḟ.v. metip̄m pro nobis et cui pater nō pepercit sed pro nobis oīibus tradidit eū: vt intel ligatur iudas non laudabil' vtilitate tra= ditiōis huius: sed sceleris volūtate dāna= bilis: adduxerūt euz sicut iohānes euā gelista narrat ad annā primū: nec ta= cet causam cur ita factū sit. Erat eī inqt socer cayphe: qui erat pōtifex anni illius. Erat aūt inquit cayphas qui
erat. consiliū † dedit iudeis: q̄a expedit
xj.g. vnū hominē mori pro populo Me
xxij. rito et mattheus cū id breuius narrare vo luisset: eū ad cayphā ductū fuisse ꝑmemo rat: quia et ad annā prius ideo ductus est quod socer eius fuerit. Ubi intelligendū est hoc eundē cayphā fieri voluisse Seq̄ batur aūt inquit iesum simō petrus et alius discipulus. Quisnā iste sit di= scipulus nō temere affirmandū est q2 tace
x.c. tur. Solet autē se idē iohānes significare ita et addere: quē diligebat iesus. Fortas sis ergo et hic ip̄e est. quisq̄s tñ sit: sequen tia videamus. Discipul⁹ aūt ille īquit erat notus pontifici: et introiuit cū iesu in atriū pontificis. Petrus au

tem stabat ad hostiū foris. Exiit er go alius discipulus qui erat notus pontifici: et dixit hostiarie: et intro duxit petrum. Dicit ergo petro an= cilla hostiaria. Nunqd et tu ex di= scipulis es hominis istius? Dicit ille. No suz. Ecce colūna firmissima ad vnius aure īpulsum tota cōtremuit. Ubi est illa ꝓmittentis audacia: et de se pluri= mum presumētis. Ubi sunt verba illa quā do ait: quare nō possum te seq̄ modo: ani mam meā pro te ponā? Hocine est sequi magistrū: se negare discipulū? Siccine ꝑ dn̄o anima ponit: vt hoc ne fiat vox ancil= lule formidetur? Sed qđ mirū si deus ve= ra predixit: homo autez falsa presumpsit? Sane ī ista que iā cepta est negatiōe ap̄li petri: debem⁹ aduertere nō solū ab eo ne xj.q.iij. non gari xp̄m qui dicit eū nō esse xp̄m: sed ab illo etiā qui cū sit negat se eē xp̄ianū. Do minus enī non ait petro/ discipulū meum te negabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsum: cū se negauit eius esse discipulum: Quid autē aliud isto modo quā se nega= uit esse xp̄ianū? Quāuis enī discipuli xp̄i nondū appellarent hoc noīe: post ascensio Actuū.xj. nez quippe eius in anthiochia primū cepe runt appellari disipuli xp̄iani: Iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncu= panda. Iam erāt discipuli qui postea ap pellati sunt xp̄iani: et hoc cōmune nomen sicut cōmunē etiā fidem ad posteros trāsmiserunt. Qui ergo se xp̄i negauit esse di scipulū: ipsam rem negauit: cuius nomē ē vocari xp̄ianū. Q̄z multi postea non dico senes et anus in quibus huius vite socie= tas facilius potuit mortē pro xp̄i cōfessio ne cōtempnere: nec solū iuuentus vtriusq; sexus: de qua etate cōuenient videt exigi fortitudo: sed etiā pueri puelleq; potuerūt et innumerabilis societas sanctoꝝ marty= rum in regnū celoꝝ fortiter et violēter in trare: quod tunc iste non potuit qui cla= ues regni eius accepit. Ecce vnde dictum est /sinite hos abire: quādo se pro nob tra didit qui suo sanguīe nos redemit: vt im= pleretur sermo quē dixit. Quia quos de= disti mihi: nō perdidi ex eis quēq;: Utiq; s.trac.cxij.b enim petrus si negato christo hinc iret: qđ aliud quā periret. Stabant autē ser= uī et ministri ad prunas quia frig⁹ B erat: et calefaciebant se. Non hyems

ee

erat:et tamen frigus erat:quia solet etiaȝ equinoctio verno aliqñ contingere. Erat autẽ cũ eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit iesũ de discipulꝰ eiuſ: ⁊ de doctrīa eius. Rñdit ei iesus. Ego palam locutus sum mũdo: ego semp̱ docui ī synagogis:et in tẽplo quo omnes iudei conueniũt:et in occulto locutus sũ nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipis:ecce hi sciunt que dixerim ego. Non preter eũda nascitur q̃stio quomõ dixerit dñs iesus/ego palã locutus sum mũdo:et maxie illud quod ait:in occulto locutus sum nihil. Nõne in hoc ipso recentiore sermone quẽ post cenã discipulꝰ est locutꝰ ait illis: hec in proũbijs locutus sũ vob:venit hora cũ iam non in ꝓuerbijs loquar vob:sed palã de patre meo annũciabo vobis? Si ergo ipsis cõiunctiorib⁹ discipulꝰ suis non loquebatur palã: sed horã ꝓmittebat qñ palã fuerat locuturus: quomõ palã locutus est mundo? Deiñ illis ipsis sicut alioꝝ quoqꝫ euangelistarũ testat̃ auctoritas: in eorũ comparatiõe qui discipuli eius non erant:multo vtiqꝫ manifestius loq̃bat̃: qñ cum solis erat remotus a turbis. Tũc sensum eis et parabolas aperiebat: quas clausas ꝓferebat ad alios. Quid est ẽ in occulto locutus suȝ nihil. Sed intelligendũ est ita eũ dixisse palã locutus sum mundo:ac si dixisset:multi me audierũt. Ipm aũt palam mõ q̃dã erat palã:mõ autẽ quodã nõ erat palam. Palã q̇ppe erat:q̃a multi audiebãt:et rursũ nõ erat palã:q̃a nõ intelligebant. Et qð seorsum discipulꝰ loq̃batur: non in occulto vtiqꝫ loq̃bat̃. Quis nãqꝫ in occulto loq̇tur qui coram tot hoīnibus loquit̃: cũ scriptũ sit In ore duoꝝ vꝰ triũ testium stabit omne verbũ:presertī si ħ loq̇tur paucis: qð per eos vult inotescẽ et multis: sicut ipe dñs ait illis quos adhuc paucos habebat. Qð dico vobis ī tenebris dicite in lumine:et qð in aure auditis:p̄dicate sup̱ tecta. Ergo et ħ ipȝ qð ab eo dici videbat̃ occulte:q̃dãmõ nõ dicebat̃ ī occulto:q2 ñ ita dicebat̃ vt ab eiſ q̃b⁹ dictũ fuerat tacerēt:sȝ ita poti⁹ vt vsqueq̃qꝫ p̄dicaretur. Sic ergo dici põt aliq̃d et palã simꝰ et non palã: vel in occulto simul et non in occulto:quomõ dictũ est:vt vidẽtes videant:et non videãt. Quomõ eñ videãt:nisi q̃a palã ñ in occulto? Et quomõ idẽipi rursus nõ videant:nisi q̃a nõ palã sed ī occulto? Ea tñ ipa que audierãt et ñ intellexerant.talia erãt vt nõ possent iuste ac veraciter criminari. Et q̃tiẽscũqꝫ interrogãdo temptarũt vt inuenirẽt vnde et accusarent eũ:sic eis respõdit: vt oẽs eoꝝ retunderent̃ doli: et calũpine frustrarẽtur. Ideo dicebat/ quid me interrogas:interroga eos qui audierũt q̃d locutus sim ipis ecce hi sciũt q̃d dixeri ego. ¶ Hec aũt cuȝ dixisset vnus assistẽs ministrorum:dedit alapã iesu dicens. Sic respondes pontifici? Rñdit ei iesus. Si male locutꝰ sum testimonium ꝑhibe de malo : si aũt bene:q̃d me cedis? Quid ista rñsione verius: mãsuetius:iusti⁹? Eius est eñ de quo ꝓphetica vox precesserat: Intẽde ꝓspere procede et regna: ꝓpter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiã. Si cogitemus q̇s accepit alapã: nõne vllemus eũ q̇ percussit aut celesti igne consũmi:aut terra dehiscẽte sorberi:aut correptũ demonio volutari. aut aliq̃ huiusmodi q̃libet pena: vel etiã grauiore puniri? Quid eñ horũ per potẽtiaȝ iubere nõ potuisset per quẽ factus est mundus: nisi pacientiã nos docere maluisset q̃ vincit̃ mũdus? Forte hic dic̃ aliq̇s. Cur ñ fecit q̃d ipe p̄cepit? Percucienti eñ nõ sic rñdere:sed maxillã debuit alterã prebere? Quid qð ⁊ veracit̃ mansuete iusteqꝫ rñdit et nõ solũ alterã maxillã iterũ ꝑcussuro:sȝ totũ corpus figendũ p̄parauit in ligno Et hinc pocius demõstrauit: qð demõstrãdũ fuit:sua scȝ magna illa p̄cepta paciẽtie: ñ ostentatiõe corpis sed cordis p̄paratione faciẽda. Fieri eñ põt vt alterã maxillã visibiliter p̄beat hõ: et iratus. Quãto ẽ melius et rñdet vera placatus: et ad ꝑferenda grauiora/tranq̇llo anīo sit paratus? Beatus ẽ eñ q̇ in oñib⁹ q̃ ĩiusta ꝓ iusticia patitur:põt veracit̃ dicẽ:paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ. Hinc fit quippe qð sequitur:cantabo et psalmũ dicam domiõ. Quod paulus ⁊ barnabas:etiã in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelice sequentia redeamus.

Deut. xvij.

Math. x.

Ps. xl

Mat. v

Ps. lvi

D ¶ Et misit eum annas ligatum: ad
cayphã pontificem. Ad illũ eĩ sicut
.xxvi. mattheus dicit ab initio ducebaꝛ: quoniã
ipse erat illius anni princeps sacerdotum.
Alternos quippe intelligẽdi sunt agẽ sole
re annos ambo pontifices. id est. princip es
sacerdotũ qui erant illo tempe annas et
cayphas. Quos ꝛ lucas euãgelista cõme=
morat: narrãs quo tempe ceperit dñs a p̃=
cursore iohanne p̃dicare regnũ celoꝝ ꝛ cõ
ce.iij. gregare discipulos. Sic enĩ dicit. Sub p̃n=
cipibus sacerdotũ anna ꝛ caypha: factuꝫ
est verbũ dñi sup iohannẽ zacharie filium
in deserto/ꝛ cetera. Proĩde isti ambo põ=
tifices vicissim suos annos agebãt: Et erat
tũc ann⁹ cayphe qñ passus est christus. Jõ
vbi .s. ꝑm mattheũ cum cõp̄hensus esset/ad eũ
vbi.s.a ductus est: sed prius ad annã ꝑm iohannẽ
venerũt cum illo: non qꝛ collega sed quia
socer eius erat. Et credendũ est ꝑm volun
tatem cayphe id esse factũ: vel etiam dom⁹
eoꝛum ita fuisse positas vt nõ deberet an=
nas a transeũtib⁹ p̄teriri. Sed cũ dixisset
euãgelista qd eum ligatũ miserit ãnas ad
caypham. reuersus est ad locuꝫ narratiõis
vbi reliquerat petꝝ: vt explicaret quod ĩ
domo anne de trina eius negatiõe conti=
gerat. Erat autem inq̃t simon petrus
stans ꝛ calefaciens se. Hoc recapitu=
lat qd ante iam dixerat. Deinde que secu
ta sunt iungit. Dixerũt ergo ei. Nun
quid ꝛ tu ex discipulis eius es: Ne
gauit ille ꝛ dixit. Non sum. Jam se=
mel negauerat ad ancille vocẽ: ꝛ ecce ite=
rum eodem timoꝛe p̄territ⁹ negauit. Dein
de vt tertia negatio p̄ficereꝛ ꝛ verbũ dñi p̄
dicentis impleret. Dicit ei vn⁹ ex ser
uis pontificis cognat⁹ eius. cuius
abscidit petrus auriculam. Nõne
ego te vidi in horto cũ illo: Iterũ
ergo negauit petrus: ꝛ statim gal
lus cantauit. Ecce medici completa ẽ
s.xiij. p̄dictio: egroti ꝯuicta p̄sumptio. Non enĩ
factum est qd iste dixerat: aĩam meam pro
te ponam. sed factum ẽ qd ille predixerat
ter me negabis. Sed trina petri negatiõe
completa. iam ꝛ iste sermo compleatur: vt
deinceps que de dño apud pontiũ pilatũ
p̄sidẽ gesta sunt/ab alio ꝯsidẽm⁹ exoꝛdio.
¶ Explicit tractatus centesim⁹ tre=
decimus.

¶ Incipit tractatus centesim⁹ deci
musquartus. Ab eo qd dicit. Ad=
ducunt ergo iesum a caypha in p̄=
toriũ. Erat autem mane: vsq3 ad
id qd a t. Vt sermo iesu impleret
quem dixit: significans qua morte
esset moriturus.

QUe cum do=
mino vel de dño nostro iesu
christo apud pontiũ pilatum
p̄sidem gesta sunt. q̃ntum io=
hannes euãgelista indicat/ deinde videa=
mus: Redit enĩ ad locũ narratiõis sue vbi
eam reliquerat vt explicaret petri nega=
tionẽ. Jam quippe dixerat/ꝛ misit euꝫ an=
nas ligatum ad caypham pontificem/atq3
inde regressus euãgelista vbi dimiserat pe
trum calefacientẽ se ad ignẽ in atrio: p⁹q3
totam eius negationẽ que ter facta est ter
minauit: iterũ p̄currit ad oꝛdinẽ hystoꝛie.
Adducũt ergo iesum inq̃t a caypha
in pretoriũ. Ad cayphã quippe ab anna
collega ꝛ socero eius dixerat missum. Sꝫ
si ad caypham. cur in pretoꝛium: Hoc nihil
aliud vult intelligi: q3 vbi p̄ses pilat⁹ ha=
bitabat. Aut igiꝛ aliq̃ vrgẽte causa de do
mo anne q̃ ad audiẽdũ ibĩ ambo ꝯuene=
rant: cayphas prexerat ad p̄toꝛium presi=
dis ꝛ socero suo iesuꝫ reliq̃rat audiẽdum:
aut ĩ domo cayphe p̄toꝛiũ pilat⁹ accepat:
ꝛ tanta dom⁹ erat: vt seoꝛsuꝫ habitãtẽ dñꝫ
suũ: seoꝛsuꝫ iudicẽ ferret. Erat aũt ma=
ne. ꝛ ipsi. id est. q̃ ducebãt iesum/nõ in
troierũt in p̄toriũ: hoc est in eaꝫ p̄tem
dom⁹ quã pilat⁹ tenebat. si ipsa erat do=
mus cayphe. Cur aũt nõ introierũt in pre
toꝛiũ/exponẽs causaꝫ: vt nõ cõtamiarẽ
tur inq̃t sed vt mãducarẽt pasca. Di=
es agi ceperant azymoꝝ: q̃bus dieb⁹ con=
taminatio illis erat in alienigene habita=
culũ introire. O impia ꝛ stulta cecitas. Ha
bitaculo videlicet ꝯtamiareꝛ alieno: ꝛ ñ
ꝯtamiareꝛ scelere ꝓprio: Alienigene iu
dicis p̄toꝛio ꝯtamiari timebãt. ꝛ fris inno
centis sanguinẽ fundẽ nõ timebãt: vt hoc
solũ interim dicã vbi seua maloꝝ ꝯscia te
nebaꝛ. Nam q3 etiã dñs erat q̃ eoꝝ impie
tate ducebaꝛ ad moꝛtẽ/ꝛ vite datoꝛ occi=
debaꝛ. nõ eoꝝ ꝯscie sed ignoꝛãtie depute=
tur. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras

et dixit. Quã accusationem affertis aduersus hominem hunc? Respõderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Interrogentur atq; respondeant ab imundis spiritibus liberati/ sanati languidi/ leprosi mũdati/ surdi audientes/ muti loquentes/ ceci videntes/ mortui resurgentes. et qd omnia superat/ stulti sapientes: vtrum sit malefactor iesus. Sed ista dicebant de quibus per pphetam iaz ipse predixerat: Retribuebant mihi mala pro bonis. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: et sm legem vestrã iudicate eũ. Dixerunt ergo ei iudei

de penitẽ. dis. j. piculose
B

Nobis non licet interficere quemq;. Quid est quod loquitur insana credulitas. An ñ interficiebãt quẽ interficiẽduz offerebãt. An forte crux ñ inficit? Sic desipiunt qui non sectantur. sed insectantur sapientiã? Quid est autem. Nobis non licet interficere quemq;? Si malefactor est: cur non licet? Nonne lex eis pcepit. ne malefactorib9 presertim qualem istum putabant a suo deo seductorib9 parcant? Sed intelligendũ est eos dixisse non sibi licere interficere quemq;. ppter festi diei sanctitatem quem celebrare iam ceperant: ppt quem de ingressu pretorij etiam ptammari metuebãt. Ita ne obduruistis falsi israelite? Ita ne omnẽ sensum nimia malicia pdidistis: vt ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis. quia euz fundendum alteri tradidistis? Nunqd et pilatus illum qui potestati eius a vobis ingeritur occidendus: suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi. si non insidiati estis. si nõ vobis tradendũ pecunia compastis. si non comphẽdistis: vinxistis. adduxistis. odistis. si non occidenduz manibus obtulistis. vocibus poposcistis: non eum a vobis interfectum esse iactate.

Infra. xix. b

Si autem illis omnib9 vestris pcedentib9 factis etiam crucifige crucifige clamastis: audite quid contra vos ppheta clamat.

ps. lvj.

Filij hominũ dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum machera acuta. Ecce qbus armis. quibus sagittis. qua machera iustum interfecistis: quando vobis interficere quemq; non licere dixistis. Hinc est quod ad comphendendũ iesum cuz sacerdotum non venissent principes sed misissent: lucas tamen euangelista in eodem narrationis sue loco ait. Dixit autem ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum et magistrat9 templi et seniores. Quasi ad latronem existis: et cetera. Sicut ergo principes sacerdotũ non per seipsos sed p eos quos miserant ad comphendendũ iesum. quid aliud q; ipsi in sue iussionis potestate venerunt: sic omnes qui crucifigendum iesum impijs vocibus clamauerunt. non quidem per seipsos eum. sed tamẽ ipsi per illum qui eorum clamore ad hoc nephas impulsus est occiderunt. Quod vo iohannes euangelista subiungit vt sermo iesu impleretur quem dixit. significans qua morte esset moriturus: si mortem crucis hic velimus accipere: tanq; ideo dixerint iudei. nobis non licet interficere quemq;: quia interfici aliud est. aliud crucifigi. non video quomodo id possit consequenter intelligi: cum B ad pilati verba responderit quib9 eis dixerat. accipite eum vos. et sm legem vrãm iudicate eum. Nunquid ergo eum non poterant accipe. et ipsi eum crucifigere: Si p tale genus supplicij interfectionẽ cuiusq; vitare cupiebant? Quis autem non videat q; sit absurdum eis licere quemq; crucifigere: quibus non licet quemq; interficere? Quid qd ipse dñs eandẽ mortem suaz id est. mortem crucis. etiam interfectionẽ vocat: sicut legimus apud marcum vbi ait Ecce ascendimus hierosolymã: et fili9 hominis tradetur principib9 sacerdotũ et scribis et dãnabunt eum morte: et tradent eum gentibus et illudent ei. et conspuent eum. et flagellabũt eũ et interficiẽt eũ: et tertia die resurget. Nimirum ergo ista dicẽdo significauit dñs qua esset morte moriturus: nõ qd hic mortem crucis vellet intelligi. sed quod eum iudei fuissent gentibus tradituri. hoc est rhomanis. Nam pilatus rhomanus erat: eumq; in iudeam rhomani presidem miserant. Vt ergo iste sermo iesu impleretur. id est. vt eum sibi traditum gentes interficerẽt. quod iesus futurum esse pdixerat: ideo pilatus qui iudex rhomanus erat. cum vellet eũ reddẽ iudeis vt sm legem suam iudicarent eum. noluerunt eum accipere dicentes: nobis non licet interficere quemq;. Ac sic impletus est sermo ie-

Luce (right margin, beside "narrationis sue loco ait")

C (right margin, beside "phas impulsus est")

Marcii (right margin, beside "Ecce ascendimus")

su quem de sua morte predixit vt eũ a iudeis traditum interficerent gentes: minore scelere ꝙ iudei qui se isto modo ab eiꝰ interfectione velut alienos facere voluerunt: non vt eorum innocentia sed vt dementia monstraretur.

¶ Explicit tractatus centesimusdecimusquartus.

¶ Incipit tractatus centesimusdecimusqntus. Ab eo quod dicit. Introiuit ergo iterum in pretoriũ pilatus/ ꝛ vocauit iesum: vsq ad id quod ait. Erat aũt barrabas latro

A Quid pilatus dixerit christo. quidve pilato ille respõderit: isto sermone considerandũ atq tractãdum est. Cum enim dictum esset iudeis. accipite eum vos ꝛ ẜm legem vestram iudicate eum. atq cum illi respondissent. nobis non licet occidere quemꝙ: Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus. ꝛ vocauit iesum: ꝛ dixit ei. Tu es rex iudeorum? Et respondit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt ꝺ me? Sciebat vtiq dominus. ꝛ quod ipse interrogauit: ꝛ qd illi responsurus fuit. Sed tamen dici voluit. non vt ipse nesciret. sed vt scriberetur qꝺ nos voluit vt sciremus. Respondit ei pilatus. Nunquid ego iudeus suz? Gens tua ꝛ pontifices tradiderũt te mihi. Quid fecisti? Respõdit iesus. Regnũ meum non est de hoc mũdo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei † decertarent. vt nõ traderer iudeis. Nũc autem regnum meum non est hinc vtiq

Hoc est quod bonꝰ magister scire nos voluit: Sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominũ de regno eius opinio siue gentium siue iudeoꝝ. a quibus id pilatus audierat: quasi ꝓpterea morte fuisset plectendus qꝺ illicitum affectauerit regnum. vel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes: ꝛ videlicet cauendũ erat. ne eius regnum siue rhomanis siue iudeis esset aduersum. Poterat autem dñs qꝺ ait. regnum meum non est de mũdo hoc ꝛ cetera. ad primã interrogationẽ p̃sidis rñdẽ. vbi ei dixit. tu es rex iudeoꝝ: sed eum vicissim interrogans vtrum hoc a semetipso diceret an audisset ab alijs. illo respondẽte ostendere voluit hoc sibi apud illũ fuisse a iudeis velut crimen obiectum: patefaciens nobis cogitationes hominũ quas ipse nouerat quia vane sunt: eisq post responsionem pilati/ etiam iudeis ꝛ gentibꝰ oportunius aptiusq respondens. Regnũ meum non est de hoc mundo. Quod si interroganti pilato continuo respondisset. n̄ etiam iudeis sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nũc ergo qm̃ rñdit pilatus. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua ꝛ pontifices tradiderunt te mihi: abstulit a se suspitionez qua possit putari a semetipso dixisse. qꝺ iesuz regem dixerat esse iudeorũ: id se a iudeis audisse demonstrans. Deinde dicẽdo/ qd fecisti: satis ostendit illud ei pro crimĩe obiectum. Tanꝙ diceret. Si regem te negas quid fecisti vt tradereris mihi? Quasi mirum non esset si puniendus iudici traderetur: qui se diceret regem. Si autem ħ non diceret. querendũ ab illo esset: quid aliud forte fecisset vnde tradi iudici dignꝰ esset.

¶ Audite ergo iudei ꝛ gentes. Audi circumcisio: audi preputiũ: audite omnia regna terrena. Non impedio dñationẽ vestram in hoc mundo: regnũ meum non est de hoc mũdo. Nolite metuere metu vanissimo quo herodes ille maior cum christus natus nunciaretur expauit. ꝛ tot infantes vt ad eum mors perueniret occidit: timendo magis ꝙ irascendo crudelior. Regnuz inquit meum non est de hoc mũdo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non ẽ de ħ mũdo: venite credendo: ꝛ nolite seuire metuẽdo. Dicit quidem in prophetia ꝺ deo patre. Ego autem constitutus sum rex ab eo: super sion montem sanctum eius. Sed sion illa. ꝛ mons ille. nõ ẽ de hoc mundo. Quod est eniz eius regnũ nisi credentes in eum: quibus dicit. de mũdo non estis. sicut ꝛ ego non sum de mundo? ꝙuis eos esse velit in mundo: ꝓpter quod de illis dixit ad patrem. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos

B Matthei .ij.
ps. ij.
s. viij. c.
s. xvij. d

a malo. Unde ⁊ hic non ait. regnuꝫ meum
non eſt in hoc mundo: ſed non eſt de hͦ mū
do. Et cū hͦ ꝓbaret dicens. Si ex hoc mū
do eſſet regnum meum. miniſtri vtiqꝫ mei
decertarent. vt non traderer iudeis. non
ait / nunc autem regnum meum non eſt hic
ſed non eſt hinc. Hic eſt enim regnum ei=
us vſqꝫ in finem ſeculi: habens inter ſe cō=
mixta zizania vſqꝫ ad meſſem. Meſſis eniꝫ
finis eſt ſeculi. qñ meſſores venient. id eſt
Matth. xiij. angeli ⁊ colligent de regno eius omnia
ſcandala: qđ vtiqꝫ non fieret ſi regnū eius
non eſſet hic. Sed tamē non eſt hinc: qꝛ ꝑ=
egriatur in mūdo. Regno ſuo quippe dicit
De mūdo ñ eſtis: ſꝫ ego vos elegi đ mūdo
ē. xv. c. Erant ergo de mūdo. qñ regnū eius non
erāt: ſed ad mūdi principem ꝑtinebāt. De
mūdo ē ergo quicqd hominū a vero qdē
deo creatū: ſed ex adam viciata atqꝫ dam
nata ſtirpe generatū eſt. Factū eſt aūt re=
gnū. non iam đ mūdo / quicqd inde ī chri=
ſto regeneratū eſt. Sic enī nos đs eruit de
Coloſſen. j. poteſtate tenebrarū: ⁊ tranſtulit in regnū
filij claritatis ſue. De quo regno dicit. re=
gnū meū non eſt de hoc mūdo: vel regnū
meū non eſt hinc. Dixit itaqꝫ ei pilatꝰ
Ergo rex es tu? Reſpondit ieſus
Tu dicis. quia rex ſum ego. Non qꝛ
regem ſe timuit confiteri: ſed tu dicis. ita li
bratum eſt vt neqꝫ ſe regem neget. Rex ē
enī cuius regnū non eſt đ hoc mūdo: neqꝫ
regem talem ſe eſſe fatetur. cuius regnum
puteꝰ eſſe de hoc mūdo. Talem quippe il=
le ſentiebat qui dixerat. Ergo rex es tu?
cui reſponſum eſt. tu dicis qꝛ rex ſum ego
Dictū eſt enī tu dicis: ac ſi dictū eſſet. car=
nalis carnaliꝰ dicis. ¶ Deind ait: Ego in
hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni ī mū
dum: vt teſtimoniū ꝑhibeam veri=
tati. Non eſt ꝓducēda huius ꝓnōis ſyl=
laba qđ ait in hoc natus ſum: tanqꝫ dixerit
in hac re natus ſum. ſed corripienda tanqꝫ
dixerit ad hanc rem natus ſum vel ad hoc
natus ſum: ſicut ait ad hoc veni in mūduꝫ
In greco nanqꝫ euāgelio nihil eſt huiꝰ lo=
cutionis ambiguū. vnde manifeſtū eſt eū
tꝑalez natiuitatē ſuaꝫ hic cōmemoraſſe. q̄
incarnatus venit in mūdū: non illam ſine
initio qua deus erat. ꝑ quem pater ꝯdidit
mūdū. In hoc ergo ſe dixit natum. id eſt.
ꝓpter hoc natū / ⁊ ad hoc veniſſe in mun=
dum. vtiqꝫ naſcēdo de virgine: vt teſtimo
niū ꝑhibeat veritati. Sed qꝛ non oīum eſt
fides: adiunxit atqꝫ ait. Omnis qui eſt
ex veritate: audit vocem meam. Au
dit vtiqꝫ interioribꝰ auribꝰ. id eſt. obaudit
mee voci: qđ tm̄dem valeret. ſi diceret / cre
dit mihi. Cū itaqꝫ chriſtꝰ teſtimoniū ꝑhi=
beat veritati: ꝑfecto teſtimoniū ꝑhibet ſi=
bi. Eius quippe vox eſt. Ego ſum veritas. ē. x.
Et alio loco. Ego teſtimoniū ꝑhibeo đ me ē. viij. c.
Qđ vo ait. omīs qui eſt ex veritate audit
vocē meam: grām cōmēdauit: q̄ ꝺm ꝓpo=
ſitum vocat. De quo ꝓpoſito dicit apo= Rhoma
ſtolus. Scimus qm̄ diligentibꝰ deū oīa co
operanꝰ in bonū his qui ꝺm ꝓpoſituꝫ dei
vocati ſunt: ꝓpoſitū. ſ. vocantis nō voca=
toꝝ. Qđ alibi apertius ita poſitū eſt. Con
laboro euangelio ꝺm virtutem dei ſaluos
nos facientis ⁊ vocantis vocatiōe ſua ſan
cta / non ꝺm oꝑa nr̄a ſed ꝺm ſuū ꝓpoſitum
et grām. Nā ſi naturā cogitemꝰ in q̄ creati
ſumus / cum oēs veritas creauerit / qs non
eſt ex veritate: Sed nō oēs ſunt quibꝰ vt
audiant veritatē. hoc eſt. vt obediāt veri=
tati ⁊ credāt in veritatē / ex ipſa veritate p̄
ſtatur nullis ꝓculdubio p̄cedentibꝰ meri
tis: ne grā nō ſit grā. Si enī dixiſſet. oīs q
audit meā voluntatē ex veritate eſt: ideo
dictus ex veritate putareꝰ quia obtempe
rat veritati. Nō āt hͦ ait ſꝫ ait: oīs q eſt ex
veritate / audit meā vocē. Ac ꝑ hoc nō iđ
ē ex vitate qꝛ eiꝰ audit vocē. ſꝫ iđ audit. qꝛ
ex veritate ē. id eſt. qꝛ hoc illi donū ex ve
ritate collatū eſt. Qđ qd eſt aliud qꝫ do=
nante chriſto credit in chriſtum? Dixit ei
pilatus. Quid ē veritas? Nec expe=
ctauit audire rn̄ſum: ſed cū hoc dixiſſꝫ
iteruꝫ exiuit ad iudeos ⁊ dixit eis.
Ego nullā inuenio ī eo cāꝫ Eſt aūt
cōſuetudo vobis: vt vnū dimittaꝫ
vobis in paſca. Vultis ergo dimit
tam vobis regē iudeoꝝ? Credo cum
dixiſſet pilatus quid eſt veritas. in mentē
illi veniſſe ꝯtinuo ꝯſuetudineꝫ iudeoꝝ q̄
ſolebat eis dimitti vnꝰ in paſca: ⁊ ideo nō
expectauit vt reſponderet ei ieſus qd eēt
veritas. ne mora fieret cum recoluiſſet mo
rem quo poſſet eis ꝑ paſca dimitti: qđ euꝫ
valde voluiſſe manifeſtū eſt. Auelli tamē
ex eius corde non potuit ieſum regē eē iu
deoꝝ: tanqꝫ hoc ibi ſicut in titulo ipſa ve=

ritas fixerit de qua qd esset interrogauit.
Sed hoc audito: clamauerũt rursum
oẽs dicẽtes. Nõ hũc sed barrabã.
Erat aũt barrabas latro. Non repre
hendimus o iudei qd p pascha liberatis no
centem: sed qd occidistis innocentẽ. Qd
tamen nisi fieret/ verũ pascha nõ fieret: Sed
vmbra veritatis a iudeis errantib⁹ tene-
batur: et mirabili dispẽsatiõe diuine sapi
entie p hoĩes fallaces eiusdem vmbre ve-
ritas implebat: quia vt verũ pascha fieret
christ⁹ velut ouis imolabat. Hinc ea se-
quunt que iniuriosa christo pilatus et co-
hors eius ingessit: sed alia disputatiõe tra
ctanda sunt.

¶ Explicit tractatus centesimusde
cimusquintus.

¶ Incipit tractatus centesimusde-
cimussextus. De eo qd dicit. Tunc
ergo apprehẽdit pilat⁹ iesum et fla
gellauit: vsq ad id qd ait. Susce-
perũt aũt iesum et eduxerũt eum

A

Cum iudei cla
massent non iesum sibi a pila-
to dimitti velle p pascha. sz bar
rabam latronẽ. nõ saluatorem
tu. xix. sed interfectorẽ. nõ datorẽ vite sed adem-
ptorẽ: Tũc apphẽdit pilat⁹ iesum et
flagellauit. Hoc pilat⁹ nõ ob aliud fecis
se credẽdus est: nisi vt eius iniurijs iudei
saciati sufficere sibi existimarẽt: et vsq ad
eius mortẽ seuire desisterẽt. Ad hoc perti
net qd idem pses cohortẽ suam etiã pmi-
sit facere que sequunt. aut fortassis et ius-
sit: quis hoc euãgelista tacuerit. Dixit enĩ
qd deinde fecerint milites: pilatũ tamen
id iussisse nõ dixit. Et milites inqt ple
ctentes coronã de spinis. imposue
rũt capiti eius. et veste purpurea cir
cumdederũt eũ: et veniebat ad eũ
et dicebãt. Aue rex iudeorũ. Et da-
bant ei alapas. Sic implebant que de
se pdixerat christ⁹. Sic martyres informa-
bant ad oĩa que psecutores libuisset face
re pferẽda. Sic paulisper occultata tremẽ
da potentia: cõmẽdabat prius imitanda
patientia. Sic regnũ qd de hoc mũdo nõ
erat: supbũ mundũ non atrocitate pugnã
di. sed patiẽdi hũilitate vincebat. Sic illd
granũ multiplicandũ seminabat horribili
cõtumelia: vt mirabili pullularet in gloria
Exijt iterũ pilat⁹ foras: et dicit eis
Ecce adduco eũ foras: vt cogno-
scatis qa in eo nullã cãm inuenio.
Exijt ergo iesus portãs spineã co-
ronã et purpureũ vestimentũ. Et
dicit eis. Ecce hõ. Hic apparet nõ igno
rante pilato hec a militib⁹ facta. siue iusse
rit ea siue pmiserit. illa scilicet causa quã
supra dixim⁹: vt hec eius ludibria inimici
libentissime biberẽt et vlterius sanguinem
nõ sitirent. Egredit ad eos iesus portans
spineam coronã et purpureũ vestimentũ.
non clarus imperio sed plen⁹ opprobrio. Et
dicit eis. Ecce hõ. Si regi inuidetis: iã pci
te qr deiectũ videtis. Flagellat⁹ est spinis
coronat⁹ est: ludibriosa veste amictus est.
amaris cõuicijs illusus ẽ. alapis cesus est:
feruet ignominia. frigescat inuidia. sed nõ
frigescit: inardescit potius et increscit. Cũ
ergo vidissẽt eũ põtifices et ministri
clamabãt dicentes. Crucifige cru-
cifige eũ. Dicit eis pilat⁹. Accipite
eũ vos: et crucifigite. Ego enĩ non
inuenio ĩ eo cãz. Rñderũt ei iudei
Nos legem habem⁹. et fm legẽ de
bet mori: qa filiũ dei se fecit. Ecce al
tera maior inuidia. Parua quippe illa vi-
debatur velut affectate illicito ausu regie
potestatis: et tamen neutrũ sibi iesus men-
daciter vsurpauit. sed vtrũq verũ est. Et
vnigenit⁹ dei filius ẽ. et rex ab eo constitu-
tus sup sion montẽ sanctũ eius: et vtrunq ps. ij.
nũc demõstraret. nisi qnto erat potẽtior tã
to mallet esse patiẽtior. ¶ Cũ ergo au- B
disset pilat⁹ hoc † verbũ magis ti- † Tex. habz hũc smonẽ.
muit: et ingressus ẽ pretoriũ iterũ
et dicit ad iesum. Vñ es tu? Jesus
aũt rñsum nõ dedit ei. Hoc silentium
dñi nri iesu christi nõ semel factũ collatis
oĩum euãgelistarũ narratiõib⁹ repit: et apd
principes sacerdotũ et apud herodez. quo
eum sicut lucas indicat miserat pilat⁹ au- Luce. xxiij.
diendũ. et apud ipsuz pilatũ. vt nõ frustra
de illo pphetia pcesserit. sicut agn⁹ corã Esaie. liij.
tondẽte se sine voce. sic nõ apuit os suum:
tũc vtiq qñ interrogãtib⁹ nõ rñdit. Quis
enĩ qbusdã interrogatiõib⁹ sepe rñderit.
tñ ppt illa in qb⁹ noluit rñdẽ ad hoc da-

ta eſt de agno ſimilitudo: vt in ſuo ſilen-
tio non reus ſed innocēs haberet. Cum er
go iudicaret vbicunq; non apuit os ſuum
ſicut agnus non aperuit. id eſt. nō ſicut ma
le ſibi conſcius qui d̄ peccatis cōuincebat
ſuis: ſed ſicut māſuetus qui pro peccatis
īmolabat alienis. Dicit ergo ei pilatus
Mihi nō loqueris? Neſcis q̄a ptā
tem habeo crucifigere te: et ptātem
habeo dimittere te? Rn̄dit ieſus
Nō haberes aduerſum me ptāt: ꝫ
vllā: niſi tibi datū eſſꝫ deſup. Pro
pterea q̄ me tradidit tibi: maiꝰ pec-
catum habet. Ecce rn̄dit: ⁊ tn̄ vbicunq;
non rn̄dit. non ſicut reus ſiue doloſus: ſed
ſicut agnus: hoc ē ſicut ſimplex atq; inno-
cens non apuit os ſuū. Proinde vbi nō re
ſpondebat ſicut ouis ſilebat: vbi rn̄debat
ſicut paſtor docebat. Diſcamꝰ ergo qd̄ di-
Rhom. xiij. xit qd̄ ⁊ p aplm̄ docuit. q2 nō eſt ptās niſi
a deo. Et q2 plus peccat qui ptāti innocē-
tem occidendū liuore tradit. q̄ ptās ipſa
ſi eum timore alterius maioris ptātis occi
dit. Talem quippe pilato deus dederat po
teſtatē: vt etiā eſſꝫ ſub ceſaris ptāte. Qua
ꝑpter non haberes inquit adūſuꝫ me ptā
tem vllam. id eſt. q̄tulamcū q; habes: niſi
hoc ipſum quidem tibi eſſet datū deſuper
Sed qm̄ ſcio q̄tum ſit. non enī tm̄ eſt vt ti
bi oīmodo liberū ſit: Propterea q̄ tradi-
dit me tibi: maius peccatū habet. Ille qp
pe me tue poteſtati tradidit inuidēdo: tu
vo eandem ptātem ī me exerciturꝰ es me
tuendo. Nec timēdo quidem p̄ſertim īno
centem homo hoīem debet occidere: ſed
tamen id zelādo facere multomagis ma-
lum eſt q̄ timēdo. Et ideo non ait verax
mgr̄/ qui me tradidit tibi ipſe habet pecca
tum tanq̄ ille nō haberet: ſed ait maiꝰ ha-
bet peccatū vt etiam ſe habere intellige-
ret. Neq; enī ꝑpterea illud nullū eſt: q2 h̄
maius eſt. Exinde querebat pilatus
dimittere eū. Quid eſt hoc qd̄ dictū eſt
exinde? Quaſi antea nō querebat? Lege
ſupiora: ⁊ inuenies iam dudum eum que-
rere dimittere ieſum. Exinde itaq; intelli-
gendū eſt ꝑpter hoc. id ē. ex hac cauſa ne
haberet peccatū occidēdo innocentē ſibi
traditū. q̄uis minus peccās q̄ iudei q̄ euꝫ
illi tradiderāt occidēdū: Exinde ergo. id
eſt. iō ne h̄ peccatū faceret: nō nūc primū
ſed ab initio querebat euꝫ dimittere. Iu-
C dei autē clamabāt dicētes. Si hūc
dimittis: non es amicus ceſaris.
Omnis enī qui ſe regem facit: con
tradicit ceſari. Maiorē timorē ſe inge-
rere putauerūt pilato terrendo de ceſa-
re vt occideret chriſtū: quā ſupius vbi di-
xerunt. Nos legem habemꝰ ⁊ ſm̄ legē de-
bet mori: q2 filiū dei ſe fecit. Eoꝝ legem
quippe ille n̄ timuit vt occideret: ſed magis
filium dei timuit ne occideret. Nūc vo nō
ſic potuit contēnere ceſarē auctorē ptātis
ſue: quēadmodū legeꝫ gentis aliene. Ad
huc tn̄ euāgeliſta ſequit ⁊ dicit. Pilatus
aūt cū audiſſet hos ſermōes. addu
xit foras ieſum: ⁊ ſedit ꝑ tribunali
in loco q̄ d̄r licoſtratos/ hebraice āt
gabatha. Erat autē paſceue paſce
hora q̄ſi ſexta. Qua hora ſit dn̄s crucifi
xus ꝑpter euāgeliſte alteriꝰ teſtimoniū
qui dixit. erat aūt hora tertia ⁊ crucifixe- Marci. xv.
runt eum. qm̄ magna diſceptatio ſolet ob
oriri: cum ad ipſum locū vbi crucifixꝰ nar- s̄. tractat
ratur ventū fuerit: vt potuerimꝰ ſi dn̄s vo xvij. a.
luerit diſſeremꝰ. Cum ergo ꝑ tribunali ſe
diſſet pilatꝰ: dicit iudeis. Ecce rex vr̄
Illi aūt clamabāt. Tolle tolle: cru-
cifige eū. Dixit eis pilatꝰ. Regē ve-
ſtrū crucifigā? Adhuc terrorē quē d̄ ce-
ſare ingeſſerāt ſupare conat: d̄ ignominia
eoꝝ volens eos frangere dicēdo. regē ve-
ſtrū crucifigā. q̄s de ignominia chriſti miti
gare non potuit: ſed timore mox vincitur.
Rn̄derūt pōtifices. Nō habemꝰ re
gem: niſi ceſarē. Tūc ergo tradidit
eis illū vt crucifigeret. Aptiſſime qp-
pe contra ceſarem venire videret: ſi regeꝫ
ſe non habere niſi ceſareꝫ ꝓfitentibus/ ali
um regem vellet intelligere dimittēdū im
punitum: quem ꝑpter hos auſus ei tradi-
derant occidendū. Tradidit ergo eis illū
vt crucifigeret. Sed nunquid aliud ⁊ an-
te cupiebat. quando dicebat. accipite euꝫ
vos: ⁊ crucifigite. Uel etiam ſupius/ acci-
pite eum vos ⁊ ſm̄ legem veſtram iudica s̄. a.
te eū? Cur autem illi tantopere noluerūt
dicentes. nobis non licet interficere quēq̄
et oī modo inſtantes vt non ab eis ſed a p
ſide occideret. Et ideo eum occidendū ac
cipere recuſantes: ſi nūc eum accipiūt oc-
cidendū? Aut ſi hoc non fit: cur dictum eſt
tūc q̄ tradidit eis illū vt crucifigeret? An
aliquid intereſt? Plane intereſt. Non eſt
enim dictum. tunc ergo tradidit eis illum
vt crucifigerent eum ſed vt crucifigeretur

idest. vt iudicio ac potestate presidis crucifigeret. Sed ideo illis traditũ dixit euãgelista: vt eos crimine implicatos a q̃ alieni esse conabantur ostenderet: Non enim faceret hoc pilatus: nisi vt id quod eos cupere cernebat impleret. Quod autem sequitur.

xix. d. Susceperunt autẽ iesum & eduxerunt: potest ad milites iam referri. apparitores presidis. Nam postea euidentius dicitur. milites ergo cum crucifixissent eum: q̃uis euangelista etiam si totum iudeis tribuit / merito facit. Ipsi enim susceperunt qd auidissime flagitauerunt: & ipsi fecerunt quicquid vt fieret extorserũt. Sz hec seq̃ntia alio sermone iã tractãda sunt

¶ Explicit tractatus centesimusdecimussextus.

¶ Incipit tractatus centesimusdecimusseptimus. De eo quod dicit. Et baiulans sibi crucem exiit in eũ qui dicitur caluarie locum: vsq3 ad id quod ait. Respõdit pilatus / qd scripsi scripsi.

xi Iudicãte atq3 dãnante pilato p tribunali dñm iesum christum hora q̃si

lsa aũt n. al'. eũ sexta susceperunt † & eduxerunt†: & baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur caluarie locũ hebraice autem golgotha vbi crucifixerunt eum. Quid est ergo qd mar-

rci. xv. cus euangelista dicit. erat autem hora tertia & crucifixerũt euz. nisi quia hora tertia crucifixus est dñs linguis iudeorum. hora sexta manibus militum: vt intelligam⁹ horã quintam iam fuisse transactã. & aliquid d sexta ceptum quando sedit p tribunali pilatus. que dicta est a iohanne hora q̃si sexta. Et cum duceret vt i ligno cũ duobus latronibus configeret. & iuxta eius crucez gererentur que gesta narrant / hora sexta integra compleret: ex qua hora vsq3 ad no-

t. xxvij. nam sole obscurato / tenebras factas triũ

rci. xv. euangelistarũ. matthei. marci: & luce con-

c. xxiij. testat auctoritas. Sed q̃m iudei facin⁹ interfecti christi a se in rhomanos. id est. in pilatum & ei⁹ milites trãsferre conati sunt ppterea marcus suppressa ea hora q̃ christus a militib⁹ crucifixus ẽ que agi sexta iam ceperat. tertiã potius horã esse recordatus exp̃ssit. qua hora intelligunt apud pilatum clamare potuisse. crucifige crucifige: vt non illi tm̃ repiant crucifixisse iesum id est. milites q̃ cum ligno sexta hora suspenderunt: verũetiam iudei q̃ vt crucifigeretur hora tertia clamauerũt. Est & alia huius solutio questiõis. vt nõ hic accipiat hora sexta diei. q2 nec iohãnes ait. erat ãt hora diei q̃si sexta: sed ait / erat aũt pasceue pasce hora q̃si sexta. Parasceue autem latine p̃patio ẽ. Sed isto verbo greco libẽtius vtunt iudei in hmõi obseruatiõibus: etiã qui magis latine q̃ grece loquuntur. Erat aũt prepatio pasce. Pasca vo nostrum sicut dicit aplus: imolatus est christus. Cuius pasce p̃ patione si ab hora noctis nona computemus. tunc eni videntur principes sacerdotum pnũciasse imolationem dñi dicentes. reus est mortis / cum adhuc i domo pontificis audiret vnde congruent accipit inde cepisse prepatione veri pasce cuius vmbra erat pasca iudeorum. id est. imolationis christi / ex quo a sacerdotibus pnũciatus est imolãdus: pfecto ab ea noctis hora que tunc nona fuisse conijcitur vsq3 ad horaz diei tertiã qua crucifixũ ẽe christum / marcus euãgelista testatur: sex hore sunt: tres nocturne. et tres diurne. Vñ in hac pasceue pasce. id est. prepatiõe imolationis christi q̃ ab hora noctis nona cepat / q̃si sexta agebat hora. i. pacta q̃nta iã sexta currẽ cepat q̃n pilat⁹ tribunal ascẽdit. Adhuc eni erat ipsa p̃patio q̃ ab hora noctis nona cepat donec fieret que p̃pabat xp̃i imolatio. q̃ facta ẽ hora tertia fm marcũ / nõ p̃patiõis sed diei: eadẽq3 sexta nõ diei sed p̃patiõis. Sex vtiq3 horis a noctis nona vsq3 ad diei tertiã cõputatis: harũ duarũ solutionũ isti⁹ difficilis q̃onis: eligat q̃sq3 quã volet. Melius aũt quid eligat iudicabit: q̃ de consensu euãgelistarum q̃ operosissime disputata sunt legerit. Nõ si & alie solutiões ei⁹ potuerint inueniri: cumulati⁹ euãgelice veritatis cõstãtia dfendit aduersus calũnias infidelis atq3 impie vãitatis. Nũc ad narrationẽ iohãnis euãgeliste p⁹ ista breuit tractata redeam⁹. Susceperũt aũt inq̃t iesum & eduxerũt: & baiulãs sibi crucẽ exijt in eũ qui dr caluarie locũ / hebraice golgotha vbi crucifixert eũ Ibãt g̃ ad locũ vbi fuerat crucifigẽd⁹: portãs crucẽ suã ih̃s grãde spectaclm: Sed si spectat impietas / grande ludibriũ. Si pietas. grãde mysteriũ. Si spectet impietas. grãde igminie documẽtũ: Si pietas. grãde

fidei munimentū. Si spectet impietas. ri-
det regē p virga regni lignū sui portare
supplicij: Si pietas. videt regē baiulantem
lignū ad semetipsum figendū. qđ fixurus
fuerat etiam in frontib⁹ regū: in eo spernē
dus oculis impioꝝ. in quo erant gloriatu-
Galath. vj. ra corda sanctoꝝ. Dicturo enī paulo / mi-
hi aūt absit gloriari nisi in cruce dñi nřī ie
su christi. ipsam crucē suā suo gestans hu
mero cōmēdabat: ꝛ lucerne arsure q̄ sub
modio ponēda non erat / candelabꝝ fere-
bat. Baiulans ergo sibi crucem exijt in eū
q̄ dicit caluarie locum hebraice golgatha.
vbi eum crucifixerūt: ꝛ cū eo alios du
B os hinc ꝛ hinc: mediū autē iesum.
Isti duo latrones erant sicut alioꝝ euan-
Mat. xxvij. gelistarū narratione didicim⁹: cū quibus
Marci. xv. crucifixus ꝛ inter quos fixus est christus.
Luce. xxiij. De quo p̄missa dixerat ꝓphetia. Et inter
Esaie. liij. iniq̄s deputat⁹ est. Scripsit aūt ꝛ titu-
lum pilat⁹. ꝛ posuit sup crucē. Erat
aūt scriptū. Jesus nazaren⁹ rex iu-
deoꝝ. Hūc ergo titulū multi lege-
rūt iudeoꝝ: q̄a ꝓpe ciuitatē erat lo
cus v bi crucifix⁹ ē iesus. Et erat scri
ptū hebraice. grece. ꝛ latine: rex iu-
deoꝝ. He quippe tres lingue ibi p̄ ceteris
eminebāt: hebrea ꝓpter iudeos in dei le
ge gloriātes. Greca ꝓpt gentiū sapientes
Latina ꝓpt rhomanos: multis ac pene oī
bus iam tūc gentib⁹ imperātes. Dicebāt
ergo pilato pontifices iudeorum:
Noli scribere rex iudeoꝝ: sed q̄a ip
se dixit rex sum iudeoꝝ. Rñdit pi-
lat⁹. Qđ scripsi scripsi. O ineffabilem
vim diuine opationis: etiam in cordib⁹ ig
norantiū. Nonne occulta vox quedā pila
to intus quodā si dici potest clamoso silen
tio psonabat: qđ tanto ante in psalmoꝝ lit
ps̄. lvj. teris ꝓphetatū est: Ne corrūpas tituli in-
scriptionē. Ecce tituli inscriptionē nō cor-
rumpit: qđ scripsit scripsit. Sed etiam pon
tifices qui hoc corrumpi volebant. q̄d di-
cebant: Noli scribere inquiūt rex iudeoꝝ
sed quia ipse dixit rex sum iudeoꝝ. Quid
loq̄mini insani. quid fieri cōtradicitis: qđ
mutare nullo pacto potestis: Nunq̄d enī
ꝓpterea non erit veruz: quia iesus ait rex
sum iudeoꝝ: Si corrūpi non potest qđ pi-
latus scripsit: corrumpi potest qđ veritas
dixit. sed iudeoꝝ tm̄ rex est christus an et
gentiū: Immo ꝛ gentiū. Cū enī dixisset i
ꝓphetia: ego aūt constitut⁹ sum rex ab eo ps̄. ii.
super sion montem sanctū eius ꝑdicans p̄
ceptum eius: ne ꝓpter montē sion solis iu-
deis eum regem quisq̄ diceret constitutū
continuo subiecit. Dñs dixit ad me filius
meus es tu: ego hodie genui te. Postula
a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatē tuam:
et possessionē tuam terminos terre. Unde
et ipse iam p os ꝓpriū loquens apud iu-
deos: habeo inquit alias oues que nō sūt Johān.
de hoc ouili. oportet me ꝛ ipsas adducere
et vocem meam audient: ꝛ fiet vn⁹ grex ꝛ
vnus pastor: Cur ergo magnū volum⁹ in-
telligi in hoc titulo sacramentū. in q̄ scri-
ptum erat rex iudeoꝝ: si rex est christus et
gentium: Quia scilicet oleaster factus est Rhom.
particeps pinguedinis olee: non olea pti-
ceps facta est amaritudis oleastri. Nam i
eo qđ de christo veraciter scriptū est in ti-
tulo rex iudeoꝝ. qui sunt intelligendi iu-
dei. nisi semen abrae filij ꝓmissiōis: q̄ sunt
etiam filij dei: qm̄ non qui filij carnis ait
ap̄ls hi filij dei: sed qui filij ꝓmissiōis de- Rhom.
putantur in semine. Et gentes erant q̄bus
dicebat. Si autem vos christi. ergo abrae Coloss.
semen estis: ſm ꝓmissionē heredes. Rex
ergo iudeoꝝ christus. sed iudeoꝝ circūci-
sione cordis. spiritu non littera. Quorum
laus non ex hoībus sed ex deo est: pertinē
tium ad hierusalē liberam matrem nostrā
eternam in celis. saram spūalem: ancillam
et filium eius de domo libertatis eijcien-
tem. Ideo enim pilatus quod scripsit scri
psit: quia dñs quod dixit dixit.

¶ Explicit tractatus centesimusde-
cimusseptimus.

¶ Incipit tractatus centesimusde-
cimusoctauus. De eo quod dicit.
Milites ergo cū crucifixissent eum
acceperūt vestimēta eius: vsq̄ ad
id qđ ait. Et in vestem meam mise-
runt sortem:

EA que gesta a
sunt iuxta crucem dñi cum iā
crucifixus esset: isto qtuz do
minus adiuuat sermone tra-
ctemus. Milites ergo cum crucifixis
sent eum: acceperunt vestimēta ei⁹
et fecerunt quattuor partes: vni-

cuiq3 militi partem τ tunicā3. Erat autem tunica inconsutilis: desup contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamꝰ ea3 sed sortiamur de illa cuiꝰ sit vt scri-
cf. hab3 ptura impleatur dicens. Partiti
retur. sunt vestimenta mea sibi: τ in vestē
ps.xxi. meam miserunt sortem. Factum est quod voluerunt iudei: nō ipsi sed milites qui parebant pilato iudicāte ipso crucifixerunt iesum. Et tamen si voluntates. si insidias. si operam. si traditionē. postremo si extorquentes clamores eorum cogitemꝰ: magis vtiq3 iudei crucifixerūt iesum. Sed de partitione τ sortitione vestimentoꝝ eiꝰ non est pretereunter loquendū. Quis eni3 omnes euangeliste quattuor huius rei meminerint. ceteri tamen breuius ꝙ iohannes: sed clause illi. iste ꝟo apertissime. Nā
.xxvij. mattheus ait. Postꝙ autem crucifixerunt eum. diuiserūt vestimenta eius sortē mit-
ci.xv. tentes. Marcus. Et crucifigētes eum diuiserunt vestimēta eius mittētes sortē sup
c.xxiij. eis quis quid tolleret. Lucas: diuidētes ꝟo vestimenta eius. miserunt sortes. Johannes autem τ quot partes de vestimentis eius fecerunt dixit. id est. quattuor: vt singulas tollerent. Unde aparet quattuor fuisse milites: qui in eo crucifigēdo presidi paruerunt. Manifeste quippe ait. Milites ergo cum crucifixissent eum accepeꝛt vestimenta eius. τ fecerunt quattuor partes. vnicuiq3 militi partem: τ tunicam. subaudiendum est acceperunt: vt iste sit sensus. Acceperunt vestimenta eius τ feceꝛt quattuor partes. vnicuiq3 militi partē: acceperunt τ tunicam. Et sic locutus est vt ꝺ ceteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus: sed de tunica quā simul cū ceteris accepeꝛt sed non similiter diuiseꝛt De hac eni sequitur exponens. Erat autem tunica inconsutilis: desup contexta per totum. Cur autem de illa sortem miserunt narrans: dixerunt inquit ergo ad inuicem. Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit Aparet itaq3 in aliȷs vestibꝰ equales eos habuisse partes. vt sortiri necesse non fuerit: In illa ꝟo vna non eos habere potuisse singulas partes; nisi scindereꝛ et pannos eius inutiliter tollerent: quod ne facerent ad vnū eam peruenire sortitione malucerunt. Huius euangeliste narrationi P consonat etiam ꝓpheticū testimoniū: qꝺ et ipse continuo subiungens vt scriptura inquit impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: τ in vestem meam miserunt sortem. Non eni ait sortiti sed partiti sūt. nec ait sortiētes partiti sunt: sed in ceteris vestimentis sortem oīno non nominās. postea dixit/et in vestem meam miserunt sortem: propter illam reliquā tunicam. De qua re dicam qꝺ ipse donauerit. cum prius eam que oboriri potest tanꝙ euangeliste inter se discrepent calumniā ꝓpulsauero: demōstrās nullius ceteroꝝ verba narrationi iohānis esse contraria. Mattheus enim dicendo. vbi.s.
diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes. ad totam diuisionem vestimentoꝝ voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere. de qua sortem miserunt: quia vtiq3 omnes vestes diuidēdo in quibus τ illa fuit: de ipsa sortiti sunt. Tale est etiā qꝺ ait luces: diuidentes vestimenta eius miserunt vbi.s.
sortes. Diuidentes ei ī venerunt ad tunicam de q̄ est facta sortitio: vt inť eos vniuersa vestimentoꝝ eius diuisio compleretur. Quid autem interest vtrum dicaꝛ. diuidentes miserunt sortes qꝺ ait lucas. an diuiserunt sortem mittentes qꝺ ait mattheus: nisi ꝙ lucas dicendo sortes pluralē ꝓ singulari nūero posuit. que locutio ī scripturis sanctis insolita non est: ꝙuis nōnulli codices sortem repiantur habere nō sortes? Marcus itaq3 solus videtur aliquam intulisse questionē. Dicendo eni mittētes sortem super eis quis quid tolleret: tanꝙ super oībus vestimentis. non super sola tunica sors missa sit locutus videtur. Sed hic ētiam breuitas obscuritatem facit. Sic eni dictum est mittētes sortē super eis. ac si diceretur: mittētes sortē cum diuiderēt quod est factum est. Omniū quippe vestimentoꝝ eius diuisio completa non ess3 nisi sorte claruisset. quis etiam illam tunicā tolleret: vt sic ꝯtentio diudentiū finiretur vel nulla potius orireꝛ. Qꝺ ergo ait. quis quid tolleret. q̄nquidem hoc sorti deputatur: non ad oīa que diuisa sunt vestimēta referendū est. Sors eni missa ē qs illa3

tunicam tolleret: de qua quoniam narrare pretermisit qualis fuerit. et quemadmodum equalibus factis partibus sola remanserit: que ne conscinderetur veniret in sortem: propterea positum est quod ait / quis quid tolleret: id est. quis eam tolleret: tanquam si totum ita diceretur. diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis. quis tunicam que partibus equalibus supfuerat tolleret. ¶ Querat forte aliquis quid significet in tot partes vestimentorum facta diuisio: et de tunica illa sortitio. Quadripartita vestis domini iesu christi. quadripartitam figurauit eius ecclesiam. toto scilicet qui quattuor partibus constat terrarum orbe diffusam: et omnibus eisdem partibus equaliter. id est. concorditer distributam. Propter quod alibi dicit missurum se angelos suos: vt colligant electos eius a quattuor ventis. Quod quid est. nisi a quattuor partibus mundi. oriente. occidente. aquilone. et meridie? Tunica vero illa sortita omnium partium significat vnitatem: que charitatis vinculo continetur. De charitate autem locutus apostolus: Supereminentiorem inquit viam vobis demonstro. Et alio loco ait. Cognoscere etiam supereminentem scientie charitatem christi. Itemque alibi. Super omnia autem hec charitatem: que est vinculum perfectionis. Si ergo charitas et supereminentiorem habet viam. et supereminet scientie. et super omnia precepta est: merito vestis qua significatur desuper contexta perhibetur: Inconsutilis autem ne aliquando dissuatur: et ad vnum peruenit quia in vnum omnes colligit: sicut in apostolis cum esset etiam ipse numerus duodenarius. id est quadripertitus in ternos. et omnes essent interrogati solus petrus respondit/ tu es christus filius dei viui. et ei dicitur. tibi dabo claues regni celorum. tanquam ligandi et soluendi solus acceperit potestatem: cum et illud vnus pro omnibus dixerit. et hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit. Ideo vnus pro omnibus: quia vnitas est in omnibus. Unde et hic cum dixisset / desuper contexta: addidit per totum. Quod si referamus ad id quod significat/nemo eius est expers qui pertinere ad totum inuenitur: a quo toto sicut greca indicat lingua/catholica vocatur ecclesia. In sorte autem quid nisi dei gratia commendata est? Sic quippe in vno ad omnes peruenit. cum sors quoque omnibus placuit: quia et dei gratia in vnitate ad omnes peruenit. et cum sors mittitur: non persone vel cuiusque meritis. sed occulto iudicio dei ceditur. ¶ Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit. quia per malos facta sunt: non scilicet per eos qui christum secuti sed qui sunt persecuti. Quid enim de ipsa cruce dicturi sumus: que certe similiter ab inimicis atque impijs christo facta et impacta est? Et tamen ea significari recte intelligitur quod ait apostolus: que sit latitudo longitudo et altitudo et profundum. Lata est quippe in transuerso ligno quo extenduntur pendentes manus: et significat opera bona in latitudine charitatis. Longa est a transuerso ligno vsque ad terram vbi dorsum pedesque figuntur. et significat perseuerantiam in longitudine temporis vsque in finem. Alta est in cacumine quod per transuerlum lignum sursum versum excedit. et significat supernum finem quo cuncta opera referuntur: quoniam cuncta que latitudine ac longitudine bene ac perseueranter fiunt. propter altitudinem diuinorum facienda sunt premiorum. Profunda est in ea parte qua in terram figitur: ibi quippe et occulta est nec videri potest. Sed cuncta eius apparentia et eminentia inde consurgunt: sicut bona nostra de profunditate gratie dei que comprehendi ac diiudicari non potest vniuersa procedunt. Sed et si crux christi hoc solum significet quod ait apostolus. qui autem iesu christi sunt/carnem suam crucifixerunt cum passionibus et concupiscentijs: quam magnum bonum est? Nec tamen facit hoc nisi concupiscens aduersus carnem spiritus bonus. cum illam crucem christi fecerit inimicus. id est. spiritus malus. Postremo quid est quod omnes nouerunt signum christi: nisi crux christi? Quod signum nisi adhibeatur. siue frontibus credentium siue ipsi aque qua regenerantur siue oleo quo chrysmate vnguntur. siue sacrificio quo aluntur: nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod male faciunt nihil boni significatur: quando per crucem christi quam fecerunt mali in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Sed hec hactenus: que autem sequuntur alias vt deus

Margin notes: C (left); Mat. xxiiij.; j. Corin. xiij; Ephes. iij.; Colossen. iij; Matth. xvi.; D (right); Ephes.; Galath.

opitulabitur differenda videbimus.

Explicit tractatus centesimusdecimusoctauus.

Incipit tractatus centesimusdecimusnonus. De eo quod dicit. Et milites quidem hec fecerunt: vsq ad id quod ait. Et inclinato capite tradidit spiritum.

CRucifixo domino postea q diuisio vestimentorum eius etiam sorte missa completa est: que deinde narrat iohannes euangelista videamus. Et milites quidem inquit hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora:
suam accepit eam discipulus in sua. Hec nimirum est illa hora: de qua iesus aquam
c. viij. c conuersurus in vinum. dixerat matri. Quid mihi et tibi est mulier. Nondum venit hora mea. Hanc itaq horam predixerat q tunc non dum venerat in q deberet agnosci a matre moriturus: de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus. mon diuinitatis sed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat: Nunc autem humana iam patiens ex qua fuerat factus homo / affectu commendabat humano. Tunc enim qui mariam creauerat innotescebat in virtute: nunc vero qd maria peperat pendebat in cruce. Moralis igitur insinuatur locus. facit qd faciendum amonet: et exemplo suo suos ministros instruit preceptor bonus vt a filijs pijs impendatur cura parentibus: tanq lignum illud vbi erant fixa membra morientis. etiam cathedra fuerit magistri docentis. Ex hac sana doctrina didicerat paulus apostolus qd
Timot. v. docebat quando dicebat. Si quis autem suis et maxime domesticis non prouidet. fidem negauit: et est infideli deterior. Quid autem tam cuiq domesticum q parentes filijs aut parentibus filij: Huius itaq saluberrimi precepti ipse magister sanctorum de seipso constituebat exemplum: quando non vt famule deus quam creauerat et regebat. sed vt matri homo de q creatus fuerat et quam relinquebat / alterum pro se quodammodo filium prouidebat. Nam cur hoc fecerit: qd sequitur indicat. Ait enim euangelista.

Ex illa hora accepit eam discipulus in sua: de seipso dicens. Sic quippe commemorare solet qd eum diligebat iesus: qui vtiq omnes sed ipsum pre ceteris B
et familiarius diligebat. ita vt in conuiuio s. xiij. f
super pectus suum discumbere faceret: credo vt istius euangelij qd per eum fuerat predicaturus / diuinam excellentiam hoc modo altius commendaret. Sed in que sua iohannes matrem domini accepit: Neq enim non ex
eis erat qui dixerunt ei: ecce nos dimisimus Matth. xix.
omnia et secuti sumus te. Sed ibi quoq audierat. Quicunq ista dimiserit propter me: accipiet in hoc seculo centies tantum. Habebat ergo discipulus centupliciter plura q dimiserat: in que susciperet eius matrem qui hec illi donauerat. Sed in ea societate beatus iohannes receperat centuplum. vbi nemo dicebat aliquid suum: sed erant illis
omnia communia. sicut in apostolorum actibus scri Actuum. iiij
ptum est. Sic enim apostoli erant quasi ni- ij. Corin. vj.
hil habentes: et omnia possidentes. Quomodo ergo matrem magistri et domini sui discipulus et famulus accepit in sua: vbi aliquid suum nemo dicebat: An quia paulo
post in eodem libro legitur. Quotquot enim Actu. vbi. s.
possessores prediorum vel domorum erant vendentes afferebant precia eorum et ponebant ad pedes apostolorum. distribuebatur autem vnicuiq prout cuiq opus erat. intelligendum est sic distributum fuisse huic discipulo qd opus erat: vt illic etiam beate marie tanq matris eius portio poneretur: Magisq sic debemus accipe qd dictum est ex illa hora suscepit eam discipulus in sua: vt ad eius curam quicqd ei esset necessarium pertineret. suscepit ergo eam in sua non predia que nulla propria possidebat: sed officia q propria dispensatione exequenda curabat. Deinde subiungit. Postea sciens iesus q omnia consummata sunt: vt consummaretur scriptura. dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum dixit. Consummatum est

Et incliato capite: tradidit spiritū. Quis potest que fecit ita disponere: quō disposuit homo iste qui passus est? Sz homo mediator dei et hominū: homo de quo predictū legitur: et homo est et quis cognoscet eum: Quō hoīes p quos hec fiebāt videbant hoīem sed non agnoscebāt deum. Homo nanq apparebat qui deus latebat. Patiebatur hec oīa qui apparebat: et idē ipse disponebat hec oīa qui latebat. Uidit ergo quia ꝯsummata sunt oīa que oportebat vt fierent anteꝗ̄ acciperet acetum et traderet spiritū: atq vt hoc etiam ꝯsummaretur qd scriptura pdixerat. et in siti mea potauerunt me aceto: sitio inquit. Tanꝗ̄ diceret. Hoc min⁹ fecistis: date qd estis. Iudei quippe ipsi erant acetū degenerantes a vino patriarcharū et ꝓphetarū: et tanꝗ̄ de pleno vase/de iniq̄tate mūdi huius impleti. cor habentes velut spongiā cauernosis quodāmodo atq tortuosis latibulis fraudulentū. Hysopum autem cui circumposuerūt spongiam aceto plenā. qm̄ herba ē humilis et pectus purgat. ipsius christi humilitatē congruenter accipim⁹: quā circumdederūt et se circūuenisse putauerūt. Unde est illud in psalmo. Asperges me hysopo et mūdabor. Christi nāq hūilitate mūdamur: quia nisi humiliasset semetipsum factus obediens vsq ad mortem crucis: nō vtiq sanguis eius in peccatoꝝ remissionē hoc est in nostram mūdationē fuisset effusus. Nec moueat quō spongia ori eius potuit admoueri: qui in cruce fuerat exaltatus a terra. Sicut enī apud alios euangelistas legitur qd hic pretermisit. in arundine est factum: vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinez ꝟo scriptura significabatur: que implebatur hoc facto. Sicut enī lingua dicitur vel greca vel latina vel alia quelibet sonū significans qui lingua promitur: sic arundo dici potest littera que arundine scribitur. Sed sonos significātis vocis humane vsitatissime dicimus linguas. scripturas ꝟo arundinem dici quo minus est vsitatum: eo magis est mystice figuratū. Faciebat ista populus impius: patiebatur ista misericors christ⁹. Qui faciebat: quid faceret nesciebat. Qui patiebatur autem non solum qd fieret sed et cur fieret sciebat: verumetiam de malefacientib⁹ bene ipse faciebat. Cū

i. Timot. ii.

ps. l.

Philippē. ii.

ergo accepisset iesus acetum. dixit: Consummatum est. Quid nisi quod ꝓphetia tanto añ tpe predixerat? Deinde quia nihil remanserat qd anteꝗ̄ moreretur fieri adhuc oporteret: tanꝗ̄ ille qui potestatem habebat ponendi animā suam. et iterum sumendi eam. peractis omnibus q̄ vt peragerentur expectabat: inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit q̄ndo voluerit: sicut iesus mortuus est quando voluit. Quis ita vestem deponit quando voluerit: sicut se carne exuit quādo voluit? Quis ita cum voluerit abit: quomodo cum voluit obiit? Quāta sperāda vel timenda potestas est iudicantis: si apparuit tanta morientis.

s. x. c

Explicit tractatus centesimusdecimusnonus:

Incipit tractatus centesimusvicesimus. De eo quod dicit. Iudei ergo quonia parasceue erat vt nō remanerent in cruce corpora sabbato: vsq ad id quod ait. Nondū enim sciebant scripturaz q̄a oportuit eum a mortuis resurgere.

Postea ꝗ̄ dn̄s iesus peractis omnibus que ante suam mortem pagi oportere ꝑsciebat. quando voluit tradidit spiritū: que deīde secuta sūt euāgelista narrante videamus. Iudei ergo inquit quoniam parasceue erat. vt non remanerent in cruce corpora sabbato. erat enim magnus dies ille sabbati. rogauerunt pilatuz. vt frangerentur eorum crura et tollerentur: Non crura tollerentur sed hi quibus ideo frangebantur vt morerentur. et auferrentur de ligno: ne pendentes in crucibus magnū diem festum sui diurni cruciatus horrore fedarent. Uenerunt ergo milites: et primi quidem fregerūt crura. et alterius qui crucifixus est cuz eo. Ad iesum autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuū. non fregerunt eius crura. Sed vn⁹ militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua.

Uigilanti verbo euãgelista vsus est. vt si
diceret/latus eius ꝑcussit aut vulnerauit:
aut qd aliud sed apuit: vt illic quodãmõ
vite hostiũ panderetur: vnde sacramenta
ecclesie manauerũt: sine qbus ad vitã que
vera vita est non intratur. Ille sanguis in
remissionẽ fusus est peccatoꝝ. Aqua illa
salutare tempat poculũ: hec et lauachruz
prestat ⁊ potũ. Hoc ꝓnũciabat quod noe
[...]. vj. in latere arce ostiũ facere iussus est: qua ĩ
trarent aĩalia que nõ erant diluuio peri-
[...]ef. ij. tura: quibus prefigurabaẽ ecclesia. Prop
ter hoc prima mulier facta est de latere vi
ri dormiẽtis: et appellata est vita materq;
viuorũ. Magnũ quippe significauit bonũ
ante magnũ ꝑuaricatiõis malũ. In habi-
tu iacentis et dormiẽtis/ hic scõs adã ĩcli-
nato capite in cruce dormiuit: et vñ ei for
maretur cõiunx qd de latere dormiẽtis ef
fluxit. O mors vñ mortui reuiuiscũt. quid
isto sanguie mundius? Quid vulnere isto
salubri⁹? Et qui vidit inquit testimo-
niũ perhibuit: et verũ est testimo-
niũ ei⁹: ⁊ ille scit quia vera dicit: vt
⁊ vos credatis. Nõ dixit: vt ⁊ vos scia
tis: sed vt credatis. Scit em̃ qui vidit: cu-
ius credat testiõnio qui nẽ vidit. Magis
autẽ ad fidem credere ꝑtinet quã videre.
Nã qd ẽ aliud credere: quã fidẽ accõmo
dare? Facta sunt em̃ hec inqt vt scri-
[...]di. xij. ptura ĩpleret. Os nõ cõminuetis
ex eo. Et iteruz alia scriptura dicit
[...]cb. xij. Uidebũt in quẽ trãsfixerũt. ¶ Duo
B testimonia de scripturis reddidit singulis
rebus: quas factas fuisse narrauit. Nã qa
dixerat/ ad iesũ aũt cũ venissẽt: vt vidẽt
euz iã mortuũ non fregerũt eius crura: ad
hoc ꝑtinet testimoniũ: os non cõminuetis
ex eo: Qd preceptũ ẽ eis qui celebrare pa
sca iussi sunt ouis immolatione: in vetere
lege que dñice passionis vmbra precesse-
rat: vñ pasca nostrũ ĩmolatus est christus.
De q̃ et esaias ꝓpheta predixerat. Sicut
[...]aie. liij. ouis ad ĩmolandũ ductus est. Itẽ qa sub
iunxerat dicens: sed vnus militũ lancea la
tus eius apuit: ad hoc ꝑtinet alterũ testio
niũ: videbũt in quẽ trãsfixerũt: vbi ꝓmis
sus est xp̃s: in ea q̃ crucifixus est carne vẽ
turus. Post hec aũt rogauit pilatũ
ioseph ab arimathia: eo qd esset di
scipulus iesu: occultus aũt ꝓpt me
tum iudeorũ: vt tolleret corp⁹ iesu
Et ꝑmisit pilatus. Uenit ergo ⁊ tu
lit corp⁹ iesu. Uenit aũt ⁊ nicode-
mus q̃ venerat ad iesũ nocte ꝑmũ
ferẽs mixturã mirrhe et aloes qua
si libras centũ. Nõ ita distiguendũ est
vt dicam⁹ primũ ferẽs mixturã mirrhe: sz
vt q̃d dictũ est primũ ad supiorẽ sensũ ꝑ-
tineat. Uenerat em̃ nicodem⁹ ad iħm no
cte primũ: qd idẽ iohes in ꝑorib⁹ euãgelij
sui ꝑtibus mẽifestat. Hic ḡ intelligẽdũ est Jo. xiij. A.
ad iesũ nõ tũc solũ: sz tũc ꝑmũ venisse ni-
codemũ: venisse autez postea vt fieret au
diendo discipul⁹: qd certe mõ in reuelatio
ne corpis btissimi steffani fere oĩbus gẽ-
tib⁹ declaraẽ. Acceperũt ergo corpus
iesu: et ligauerũt illud lintheis cuz
aromatibus sicut mos est iudeis
sepelire. Non mihi videẽ euãgelista fru-
stra dicẽ voluisse: sicut mos ẽ iudeis sepeli-
re. Ita qppe nisi fallor admõuit ĩ huiusmo
di officijs q̃ mortuis exhibenẽ: morẽ cuius
q; gẽtis esse seruãdũ. Erat aũt in loco
vbi crucifixus ẽ hortus ⁊ in horto
monumẽtũ nouũ: in quo nõdũ q̃s
quã positus erat. Sic in marie ṽginis
vtero nemo ante illũ: nemo post illũ con-
cept⁹ est: ita in hoc monumento nemo an
te illũ/nemo post illũ sepult⁹ est. Ibi er-
go ꝓpt parasceuẽ iudeorũ q̃a iux-
ta erat monumẽtũ posuerũt iesum
Acceleratã vult intelligi sepulturã ne ad-
uesperasceret: quãdo iam ꝓpter parasce-
uen: quã cenam purã iudei latine vsitati⁹
apud nos vocant: facere tale aliq̃d non li
cebat. ¶ Una aũt sabbati maria ma Capitulm. xx.
gdalene vẽit mane cũ adhuc tene- C
bre eẽnt ad monumẽtũ: ⁊ vidit la-
pidẽ sublatũ a monumẽto. Una sab
bati ẽ quẽ iã diez dñicũ propter dñi resur
rectionẽ mos xp̃ian⁹ appellat: quẽ matthe
us solus in euangelistis: primã sabbati no Mat. xxviij
minauit. Cucurrit ergo et venit ad si
monem petrum: et ad aliũ discipu-
luz quẽ † diligebat iesus: ⁊ dicit eis Al. amabat
Tulerũt dñm de monumẽto: et ne
scio vbi posuerũt eũ. Nõnulli codices
etiã greci habẽt tulerũt dñz meũ: qd videri
dictũ põt ꝓpẽsiore charitatis vl' famulat⁹
affectu. sz h̃ ĩ plurib⁹ codicib⁹ q̃s ĩ ꝓmtu
habuim⁹ ñ ĩuenim⁹. Exijt ergo petr⁹ ⁊
ille ali⁹ discipl'us: ⁊ venerũt ad mo
numẽtũ. Currebãt aũt duo siml': ⁊
ille ali⁹ discipl'us ꝑcucurrit citius
petro: ⁊ venit ꝑmus ad monumen

tum. Aduertenda hic et cōmēdādā ē recapitulatio. quomō reditū ē ad id quod fuerat pretermissum: et tanq̄ si hoc sequeretur adiunctū est. Cū eni iam dixisset venerunt ad monumentū: regressus ē vt nararet quomō venerūt atq̄ ait. currebāt autem duo simul et cetera: vbi ostēdit quod precurrēs ad monumētū prior venerit alius ille discipulus: quē seipz significat: sed tanq̄ de alio more sancte scripture cuncta narrat. Et cuz se inclinasset inquit: vidit posita lintheamina: non tamē introiuit. Uenit ergo simō petrus sequens eū: et introiuit in monumentuz: et vidit lintheamia posita et sudariū quod fuerat sup caput eius non cū lintheaminibus positū: sed separatī inuolutū in vnum locum. Putamusne nihil ista significāt. Nequaq̄ hoc putauerī: sed ad alia festinamus: in q̄bus immorari questionis vel obscuritatis alicuius necessitate cōpellimur. Nam ista que per seipsa manifesta sunt. quid singula etiā significent: querere sancte quidem delicie sunt: sed ociosorum quod non sumus nos. Tūc ergo introiuit et ille discipulus: qui venerat primus ad monumentū. Prior venit: et posterior itrauit. Neq̄ hoc vtiq̄ vacat: sed mihi ad ista non vacat. Et vidit inquit et credidit. Hic nonnulli parum attendentes: putant hoc iohānem credidisse quod ihs resurrexit: sed quod seq̄tur non hoc indicat Quid sibi eni vult quod statim adiunxit: Nondū eni sciebant scripturā: q̄a oportebat eū a mortuis resurgere Non ergo eū credidit resurrexisse quē nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit: Quid credidit: Uidit scilicet inane monumentū: et credidit quod dixerat mulier eum de monumēto esse sublatū. Nonduz eni sciebāt scripturā: q̄a oporteret eū a mortuis resurgere. Et ideo q̄n id ab ipo dn̄o audiebāt: quāuis aptissime diceretur consuetudīe audiēdi ab illo parabolas n̄ intelligebāt: et aliq̄d aliud eū significare credebant Sed ea que sequūtur: in sermonem alium differamus. Explicit tractatus centesimusuicesimus.

Incipit tractatus centesimusuicesimusprimus. De eo quod dicit Abierūt ergo iterū discipuli ad semetipsos. Usq̄ ad id. Uti qui non viderunt et crediderunt.

Ablatū esse dn̄m de monumēto discipul' eius petro et iohāni nunciauerat maria magdalene. q̄ illi venientes inuenerūt sola lintheamina q̄bus corpus fuerat inuolutū. Et quid aliō crediderūt: nisi quod illa dixerat: q̄d etiā ipsa crediderat: Abierūt ergo iteruz ad semetipos discipuli. id est: vbi habitabāt: et vn̄ ad monumentū cucurrerāt. Maria aūt stabat ad monumentū foris plorans. Uiris eni recedētibus: infirmiorē sexū i eodē loco fortior figebat affectus: et oculi qui dn̄m q̄sierant et non inuenerāt / lachrimis iā vacabāt amplius dolentes quod fuerat de monumēto sublatus: quā quod fuerat in ligno occisus: q̄niā magistri tanti cuius eis vita subtracta fuerat nec memoria remaneba. Tenebat itaq̄ ad monumentū iā dolor iste mulierē Cum ergo fleret: inclinauit se et p̄spexit in monumentū. Cur hoc fecerit nescio: non eni nesciebat non ibi esse iā quem q̄rebat: quandoquidē inde sublatū discipul' ipsa nunciauerat: et illi ad monumentū venerant. et non solū intuēdo: sed etiam intrādo corpus dn̄i quesierāt: nec inuenerant. Quid sibi ergo vult q̄d ista cum fleret rursum in monumentū inclinata prospexit: Utrū quod nimiū dolebat: nec suis nec illorū oculis facile putabat esse credendū: an potius diuino instinctu in anio eius effectū est vt p̄spiceret: Prospexit eniz. et vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput: et vnuz ad pedes: vbi positum erat corpus iesu. Quid est q̄d vnus ad caput et ad pedes alter sedebat: An q̄niā qui grece angeli dicunt / latine sunt nuncij: isto mō christi euangeliū velut a capite vsq̄ ad pedes ab initio vsq̄ i finē significabāt esse n̄ūciādum. Dicunt ei illi. Mulier q̄d ploras: Dicit eis. Quia tulerunt dn̄m meū: et nescio vbi posuerunt eum: Angeli lachrimas p̄hibebant: vbi q̄d aliō quā futurū quodāmō gaudiū nunciabant Ita eni dixerunt. Quid ploras: Ac si dicerent: Noli plorare: At illa eos putans interrogasse nesciētes: causas p̄didit lachrīaꝝ

Quia tulerũt inquit dñm meum. dñm suũ vocans corpus exanime dñi sui. a toto partem significãs: sicut omẽs ꝯfitemur iesum christũ filiũ dei vnicũ dñm nostrum. qđ vtiq̃ simul est ⁊ verbum ⁊ aĩa et caro. crucifixũ tamen ⁊ sepultũ: cum sola eius sepulta sit caro. Et nescio inq̃t vbi posuerunt eum. Hec erat causa maior doloris: q2 nesciebat quo iret ad ꝯsolandũ dolorẽ. Sed hora iã venerat: vt id qđ nũciatum quodãmodo fuerat ab angelis flere ꝓhibentib9. gaudiũ succederet fletibus. Deniq̃ cũ hec dixiss3 cõuersa ẽ retrorsum ⁊ vidit iesum stantẽ: et n̄ sciebat q̃a iesus est. Dicit ei iesus. Mulier q̃d ploras? Quẽ queris? Illa existimãs q̃a hortulan9 esset: dicit ei. Dñe si tu sustulisti eũ. dicito mihi vbi posuisti eũ: ⁊ ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni qđ dicitur magister. Nemo calumniet mulieri: qđ hortulanũ dixerit dñm. ⁊ iesum magistrũ. Ibi enim rogabat: hic agnoscebat. Ibi honorabat hominem a quo beneficium postulabat: hic recolebat doctorem a quo discernere humana ⁊ diuina discebat. Appellabat dñm cuius ancilla nõ erat vt per eum veniret ad dñm cuius ancilla erat: Aliter ergo dñm dixit. sustulerũt dñm meũ: alit aũt/dñe si tu sustulisti eũ. Nã ⁊ ꝓphete appellauerũt dños eos qui hoies erant: sed aliter illũ de quo scriptũ est. dominus nomen ei. Sed ista mulier que iam fuerat ꝯuersa retrorsum vt videret iesum. qñ eũ putauit eẽ hortulanũ ⁊ cũ illo vtiq̃ loquebat. quõ rursus conũsa dicit. vt ei diceret/rabboni: nisi quia tũc ꝯuersa corpore qđ non erat putauit. nũc corde ꝯuersa qđ erat agnouit? Dicit ei iesus. Noli me tangere: nõdũ eñ ascendi ad p̃rem meũ. Uade aũt ad frẽs meos et dic eis. Ascendo ad p̃rem meum et p̃rem v̄rm: deũ meũ ⁊ deũ v̄rm. lxxxiij.

B ¶ Est in his verbis qđ breuiter quidem s3 tamen attentius ꝑtractare debem9. Jesus quippe mulierẽ que illum magistrũ agnouit ⁊ appellauit. cum hec ei r̄nderet fidem docebat: ⁊ hortulan9 ille in ei9 corde tãq̃ ĩ horto suo granũ synapis serebat. Quid est ergo noli me tangere? Et tanq̃ hui9 ꝓhibitionis causa quererek. adiũxit: Nondum eñ ascendi ad patrẽ meũ. Quid ẽ h. Si stans in terra non tangit: sedens in celo quõ ab hoibus tangek? Qui certe anteq̃ ascenderet discipulis se tangendũ obtulit dicens. sicut lucas euãgelista testak. palpate ⁊ videte quia spũs carnem ⁊ ossa non habet sicut me videtis habere: vel qñ dixit discipulo thome/infer digitũ tuum huc ⁊ vide manus meas ⁊ affer manũ tuã et mitte in latus meũ. Quis aũt tam sit ab surdus. vt dicat eum a discipulis quidem anteq̃ ad patrẽ ascendisset voluisse se tãgi: a mulierib9 autem noluisse nisi cũ ascẽdisset ad patrẽ? Sed nec sic qui vellet desipere sinerek. Legunk eñ etiam femie p9 resurrectionẽ anteq̃ ad patrẽ ascẽder3 tetigisse iesum: in quibus erat etiã ipsa maria magdalena narrãte mattheo qđ occurrerit illis iesus dicens. Auete Ille autẽ accesserũt inquit ⁊ tenuerũt pedes eius: et adorauerunt eum. Hoc a iohãne ꝑtermissum est: sed a mattheo verũ dictũ est. Restat ergo vt aliquod in his verb lateat sacramentũ: qđ siue inueniam9 siue inuenire minime valeamus. inesse tamẽ nullo modo dubitare debem9. Aut ergo sic dictũ est/ noli me tangere nondũ eñ ascendi ad patrem meum. vt ĩ illa femia figurarek ecclesia de gentib9 que in christum non credidit nisi cum ascẽdisset ad patrẽ: aut sic ĩ se credi voluit iesus. hoc est sic se spũalit tãgi qđ ipse ⁊ pater vnũ sũt. Eius quippe intimis sensibus quodãmodo ascẽdit ad patrem: qui sic in eo ꝓfecerit vt patri agnoscat equalem. Aliter non recte tangit. id ẽ aliter non recte in eum creditur. Poterat autem sic credere maria vt eum putaret imparem patri. quod vtiq̃ ꝓhibetur cum ei dicitur. noli me tangere. id est. noli ĩ me sic credere quẽadmodũ adhuc sapis. Noli tuũ sensum hucusq̃ ꝑtendere qđ ꝓ te factus sum: nec trãsire ad illud quo facta es Quomõ enim non carnaliter adhuc in eũ credebat: quem sicut hoiem flebat. Nondum eñ ascendi inquit ad patrem meum Ibi me tangis: qñ me credideris patri nõ imparem deum. Uade autem ad frẽs meos ⁊ dic eis. Ascendo ad patrẽ meu3: ⁊ patrem vestrũ. Non ait/patrem n̄rm. Aliter ergo meũ. aliter vestrũ: Natura meũ. grã

Luce. xxiiij

J. xx.

Mat. xxviij

ff

vestrum. Et deum meum: ꝛ deum vestrū. Neq̈ hic dixit deum nostrum. Ergo ꝛ hic aliter meum. aliter vestrum. Deum meum sub quo ꝛ ego hō sum: deuz vestrum inter quos ꝛ ipsum mediatoꝛ sum. Venit maria magdalene annūcians discipulis: quia vidi dn̄m ꝛ hec dixit mihi

C ¶ Cum esset ergo sero die illo vna sabbatoꝝ ꝛ fores eēnt clause vbi erāt discipuli cōgregati ꝑpt metū iudeorum: venit iesus ꝛ stetit ī medio ꝛ dixit eis. Pax vobis. Et cuz hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Claui enim manus fixerant. lancea latus eius aperuerat: vbi ad dubitantium corda sananda vulnerū sunt seruata vestigia. Noli autem corporis vbi diuinitas erat: ostia clausa non obstiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit: quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Gauisi sunt ergo discipuli viso dn̄o. Dixit ergo eis iteruz: Pax vobis. Iteratio confirmatio est. Ipse q̄ppe dat per prophetam promissam pacem super pacem. Sicut misit me pater inquit: ꝛ ego mitto vos. Equalem patri filium nouimus. sed hic verba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo: Ille me. ꝛ ego vos. Hec autem cum dixisset: insufflauit ꝛ dicit eis. Accipite spiritūsanctum. Insufflando significauit spiritūsanctum nō patris solius esse spiritum: sed ꝛ suū. Quorum remiseritis inq̄t peccata remittuntur eis: ꝛ quoruz retinueritis retēta sunt. Ecclesie charitas que per spiritumsanctū diffunditur in cordibꝰ nostris participum suorum peccata dimittit: Eorum autem qui non sunt eius participes tenet. Ideo postea q̈ dixit/accipite spiritūsanctū: hoc continuo de peccatorū remissione ac detentione subiecit. Thomas autez vnus ex duodecim qui dicitur didymus non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum. ꝛ mittam digitum meum ī locum clauorum. ꝛ mittam manuz meam in latus eius: non credam. Et post dies octo. iterum erant discipuli eius intus: ꝛ thomas cū eis Venit iesus ianuis clausis: ꝛ stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer digitū tuū huc et vide manus meas: et affer manū tuam et mitte ī latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit. Dominꝰ meus et deus meus. Videbat tangebatq̈ hominē ꝛ confitebatur deum quem non videbat neq̈ tangebat. Sed per hoc q̄d videbat atq̈ tangebat: illud iam remota dubitatiōe credebat. Dicit ei iesus. Quia vidisti me credidisti. Non ait tetigisti me sed vidisti me: quoniam generalis quodāmodo sensus ē visus. Nam ꝛ ꝓ alios quattuoꝛ sensus nominari solet: velut cum dicimus audi ꝛ vide q̈ bene sonet: olfac ꝛ vide q̈ bn̄ oleat: gusta ꝛ vide q̈ bene sapiat: tange ꝛ vide q̈ bene caleat. Vbiq̈ sonuit vide: cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere. Vnde ꝛ hic ipse dominꝰ. Infer inq̄t digitum tuū huc: ꝛ vide manꝰ meas. Quid aliud ait q̈ tange ꝛ vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo siue intuēdo siue etiam tangēdo. quia vidisti me inquit credidisti: q̈uis dici possit non ausuz fuisse discipulum tangere. cum se offerret ille tangendū. Non enim scriptuz est: ꝛ tetigit thomas. Sed siue aspiciendo tantum siue etiam tangendo viderit ꝛ crediderit: illud quod sequitur/magis gentium fidez predicat atq̈ cōmendat. Beati qui nō viderunt et crediderūt. Preteriti tēporis vsus est verbis: tanq̈ ille qui q̄d erat futurum in sua nouerat predestinatiōe iā factum. Sed iam sermo iste a prolixitate cohibendus est. Donabit dn̄s: vt de his q̄ restant alias disputemus.

Iiij. sentē. di. xviij. nec iō. de pe. di. iiij ecclesie charitas.
Rhomañ. v.

¶ Explicit tractatus centesimusuicesimusprimus. Incipit tractatus centesimusuicesimussecundus. De eo quod dicit. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: vsq̈ ad id

quod ait. Ascendit simon petrus et traxit rhete in terram plenum magnis piscibus centumquinquaginta tribus. et cum tanti essent / non est scissum rhete.

Post narrationem rei geste in qua thomas discipulus oblatis sibi tangendis in christi carne vulnerum locis vidit quod credere nolebat et credidit: interponit hec euangelista iohannes et dicit. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis. quia iesus est † christus filius dei: et ut credentes vitam habeatis in nomine eius. Hoc capitulum velut libri huius indicat finem. Sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestauerit dominus ad mare tiberiadis. et in captura piscium commendauerit ecclesie sacramentum: qualis futura est ultima resurrectio mortuorum. Ad hoc itaque commendandum valere arbitror quod tanquam finis interpositus est libri quod esset etiam secuture narrationis quasi premium: quod ei quodammodo faceret eminentiorem locum. Que narratio incipit ita. Postea manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis: manifestauit autem sic. Erant simul simon petrus et thomas qui dicitur didymus et nathanael qui erat a galilea et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Queri solet de hac piscatione discipulorum: cur redierint petrus et filij zebedei ad id quod fuerunt priusquam a domino vocarentur: erant enim piscatores quando eis dixit. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominum. Tunc eum quippe illi secuti sunt ut magisterio eius relictis omnibus adhererent: intantum ut cum ab eo diues ille tristis abscederet cui ipse dixerat. vade vende que habes et da pauperibus. et habebis thesaurum in celo. et veni sequere me diceret ei petrus. Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Quid est ergo quod nunc quasi apostolatu relicto fiunt quod fuerunt. et quod dimiserant repetunt: tanquam obliti quod audierant. Nemo mittens manum super aratrum et respiciens retro aptus est regno celorum? Quod si fecissent defuncto iesu priusquam resurrexisset a mortuis. Quod quidem non poterant quoniam dies quo crucifixus est totus eos tenebat attonitos usque ad eius sepulturam que ante vesperum facta est. Sequens autem dies erat sabbati: quo eis morem patrium seruantibus operari utique non licebat. Tertio vero die dominus resurrexit: eosque reuocauit ad spem quam de illo non habere iam ceperant. Tamen si tunc fecissent putaremus eos illa que animos eorum occupauerat desperatione fecisse. Nunc vero post eum sibi de sepulchro redditum viuum. post oblatam suis oculis et manibus non solum videndam verumetiam tangendam atque palpandam rediuiue carnis euidentissimam veritatem. post inspecta vulnerum loca. usque ad apostoli thome confessionem qui se aliter crediturum non esse predixerat. post acceptum eius insufflatione spiritumsanctum. post verba in suas aures eius ore prolata. sicut misit me pater et ego mitto vos. quorum remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sunt: subito fiunt sicut fuerunt. non hominum sed piscium piscatores. His ergo quos hoc mouet respondendum est. non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atque concessa victum necessarium querere sui apostolatus integritate seruata: si quando unde viuerent aliud non haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere apostolum paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem qui relictis omnibus christum secuti sunt: quoniam ne quenque eorum grauaret quibus euangelium predicabat. suum victum suis manibus transigebat. Ubi magis impletum est quod ait. plus omnibus illis laboraui. Et adiunxit / non autem ego. sed gratia dei mecum: ut hoc quoque appareat dei gratie deputandum. quod et animo et corpore poterat usque adeo plus illis omnibus laborare. ut neque cessaret ab euangelio predicando. neque tamen ex euangelio sicut illi sustentaret hanc vitam: cum id per tot gentes in quibus christi nomen non fuerat prophetatum / multo la

Margin notes: a littera | habz xps | iohannis xxi | B | Matth. iiij. | Matth. xix. | Matth. xix. | Luce. ix. | Mat. vbi. s. | j. Corin. iiij. | j. Corin. xv.

K tius atq; fertilius seminaret. ¶ Ubi osten
dit ex euangelio viuendi. hoc est victum
habendi/non necessitatē ap̄lis impositā:
sed potestatē datam. Quam potestatē cō
i. Corinth. ix. memorat idem apostolus dicens. Si nos
vobis sp̄ualia seminauim⁹: magnum est si
vestra carnalia metamus? Si alij potesta-
tis vr̄e participes sūt nō magis nos? Sed
non sum⁹ inquit vsi hac potestate. Et pau
lo post. q̄ altario seruiūt inquit altario cō
partiunt: Sic ꝛ dn̄s ordinauit his qui euā
geliū annūciant de euāgelio viuere. Ego
autem nullius horum vsus sum. Satis igi
tur apertum est non imperatū sed in pote
state apostolis positum vt aliunde nō vi-
uerent nisi ex euangelio: ꝛ ab eis quibus
euangeliū predicando sp̄ualia seminabāt
carnalia meterent. hoc est carnis huius su
stentaculū sumerent: ꝛ tanq̄ milites chri-
sti/stipendiū debitum acciperent. sicut a
prouincialibus christi. Unde idem ipse mi-
les egregius paulo superius de hac re di-
vbi. s. xerat. Quis militat suis stipendijs vnq̄?
Quod tamē ipse faciebat: quia plus illis oī
bus laborauit. Si ergo beatus paulus vt
ea potestate quā profecto cum ceteris euā-
gelij p̄dicatoribus habebat. non cum cete
ris vteretur: sed suo stipendio militaret.
ne gentes a noīe christi penit⁹ alienas do
ctrina eius quasi venalis offenderet: aliter
educatus artē quā non nouerat didicit.
vt dum suis manibus transigit doctor. nul
lus grauaretur auditor: q̄tomagis beatus
petrus qui iam piscator fuerat qđ nouerat
fecit: si ad presens illud tempus aliud vn-
de viueret non inuenit? Sed respondebit
quispiam. Et cur non inuenit. cum dn̄s p̄-
miserit dicens. querite primū regnū dei ꝛ
iusticiam eius: ꝛ hec oīa apponentur vobis
Prorsus etiam sic dn̄s qđ promisit imple-
uit. Nam quis alius pisces qui caperent
apposuit. qui non ob aliud credēdus ē eis
ingessisse penuriam qua compellerentur
ire piscatum. nisi dispositum volens exhi-
bere miraculum: vt simul ꝛ predicatores
euangelij sui pasceret. ꝛ ipsum euangeliū
tanto sacramento qđ erat de numero pisci
um cōmendatur⁹ augeret? De qua re eti-
am nos qđ ipse apposuerit dicere iam debe
mus. Dicit ergo simon petr⁹. Uado pisca
ri. Dicunt ei qui cum illo erant. Uenimus
et nos tecum. Et exierūt ꝛ ascenderūt

in nauim: ꝛ illa nocte nihil prendi
derūt. Mane āt iā facto stetit iesus
in litore: nō tamē cognouerūt di-
scipuli quia iesus ē. Dicit ergo eis
iesus. Pueri. Nūq̄d pulmētariū
habetis? Rn̄derūt. Non. Dicit eis
Mittite in dexterā nauigij rhete. ꝛ
inuenietis. Miserūt ergo: et iam nō
valebāt illud trahere † a multitudi † Al. pre
ne pisciū. Dicit ergo discipulus il-
le quem diligebat iesus. petro. Do
minus ē. Simon petrus cū audis-
set quia dn̄s est tunica succinxit se.
erat eni nudus: et misit se in mare.
Alij aūt discipuli nauigio venerūt
Nō eni lōge erāt a terra. sed q̄si cu-
bitis ducentis: trahētes rhete pisciū
Ut ergo descenderūt in terrā: vide Infra tr
runt prunas positas ꝛ piscē super- cxxiij. a
positū ꝛ panē. Dicit eis iesus. Affer
te de piscibus quos prēdidistis nūc
Ascēdit simon petrus ꝛ traxit rhe-
te in terrā plenū magnis piscibus:
centum q̄nq̄gintatrib⁹. Et cū tanti
essent. nō est scissum rhete. Hoc ē ma D
gnū sacramentū in magno iohannis euan
gelio: ꝛ vt vehementi⁹ cōmendaret loco
vltimo scriptum. Quod ergo septem disci
puli fuerunt in ista piscatiōe. Petrus ꝛ io-
hannes ꝛ nathanael ꝛ duo filij zebedei. et
alij ex discipulis eius duo quoꝝ noīa ta-
centur: isti suo septenario numero finē si-
gnificant tp̄is. Uniuersum quippe septem
diebus voluitur tempus. Ad hoc pertinet
qđ mane facto iesus stetit in littore. quia
etiam litus finis ē maris: ꝛ ideo finē signifi
cat seculi. Eundē finem seculi ostendit et
qđ petrus rhete traxit in terrā: hoc est ī li-
tus. Qđ ipse dn̄s aperuit. vbi alio quodā
loco de sagena in mare missa similitudinē Matth. x
dedit: ꝛ eam trahūt inquit ad litus. Qđ li
tus quid esset exponēs ait. Sic erit in con
summatiōe seculi. Sed illa verbi est. non
rei geste parabola: Hic āt gesta sicut hoc
loco qualiter in seculi fine futura sit. ita
dn̄s alia piscatiōe significauit ecclesiā. q̄li
ter nunc sit. Qđ aūt illud fecit ī initio p̄di
cationis sue. hoc x̄o post resurrectionē su
am/hinc ondit illā capturā piscium. bonos

et malos significare q̃s nũc habet ecclesia Istam vo tm̃modo bonos q̃s habebit in eternũ. completa in fine huius seculi resur rectione mortuoꝝ. Deniq̃ ibi iesus nõ si= cut hic in litore stabat qñ iussit pisces capi Sed ascendẽs in vnã naui que erat simo= nis. rogauit eum vt a terra reduceret pusil lum: ⁊ in ea sedẽs docebat turbas. Vt ces sauit autẽ loqui: dixit ad simonẽ. Duc i al tum: ⁊ laxate rhetia vestra in capturã. Et illic q̃d captũ est pisciũ in nauiculis fuit: si sicut hic rhete extraxerũt in terram. His si gnis ⁊ si qua alia poterũt repiri: ibi eccle= sia in hoc seculo. hic vo in fine seculi figu= rata est. Ideo illud ante / hoc aũt post re= surrectionẽ dñi factum est: qꝛ ibi nos chri= stus significauit vocatos: hic resuscitatos. Ibi rhetia non mittunt̃ in dexterã. ne so= los significẽt bonos. nec i sinistrã / ne solos malos: sed indifferent̃ laxate inquit rhe= cia vestra in capturã: vt pmixtos intelliga mus bonos ⁊ malos. Hic aũt inquit mitti te in dexterã nauigij rhete: vt significaret eos qui stabũt ad dexteram solos bonos. Ibi rhete ꝑpter significãda scismata rum pebat̃: hic vo qm̃ tunc iam in illa summa pace sanctoꝝ nulla erũt scismata. ptinuit ad euangelistã dicere. ⁊ cũ; tanti essent. id est. tam magni / non est scissum rhete: tanq̃ illud respiceret vbi scissum ẽ. ⁊ in illi⁹ ma= li compatione cõmẽdaret hoc bonũ. Ibi capta ẽ multitudo pisciũ tanta vt imple= ta duo nauigia mergerent̃. id ẽ. in submer sionẽ pmerent̃. Non eni mersa sunt: sed ta men pielytata. Vnde eni existũt in eccle= sia tanta que gemim⁹ / nisi cuꝫ tante multi tudini obsisti non potest: que ad submer= gendã prope modũ disciplinã intrat cum moribus suis a sanctoꝝ itinere penit⁹ alie nis? Hic aũt miserũt rhete in dexterã par tem: ⁊ iam nõ valebãt illud trahere p̃ mul titudine pisciũ. Quid ẽ iam non valebant illud trahere: nisi qꝛ illi q̃ ptinẽt ad resur= rectionẽ vite. id ẽ. ad dexterã ⁊ intra chri= stiani nois rhetia defungunt̃. non nisi in li tore. id est. in fine seculi cum resurrexerint apparebũt? Ideo nõ valuerũt sic trahere rhetia vt in nauẽ refunderẽt q̃s ceperãt pi sces: sicut de illis oĩbus factũ est: quib⁹ rhe te disruptũ ⁊ nauicule presse sunt. Habet aũt istos dextros ecclesia post finẽ vite hu ius in somno pacis. velut in ꝑfundo laten tes: donec ad litus rhete ꝑueniat quo tra= hebatur. q̃si a cubitis ducẽtis. Quod autẽ illic duabus nauiculis ꝑpter circũcisionẽ et preputiũ. hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratũ. propt̃ vtriusq̃ generis electos ⁊ circũcisionis ⁊ preputij. tanq̃ cẽ tum ad centũ: qꝛ i summa cẽtenarij nume= rus ad dexterã transit. Postremo i illa pi= scatione numer⁹ pisciũ non exprimit̃: tãq̃ illud ibi fiat q̃d predictũ est p ꝑphetam. Annũciaui ⁊ locut⁹ sum: multiplicati sunt sup numerũ. Hic vo non sunt aliq̃ sup nu merũ: sed certus ẽ numerus. centũ q̃nqua gintatres. ¶ Cuius numeri ratio dño ad= iuuante reddenda est. Si eni numerũ con stituamus qui legẽ significet: q̃d erũt nisi decem? Decalogũ quippe legis. id est. de= cem notissima illa p̃cepta digito dei dua= bus lapideis tabulis primũ fuisse conscri= pta: certissimũ nobis est. Sed lex qñ non adiuuat grã p̃uaricatores facit: ⁊ tm̃mo= do in littera ẽ. Propter hoc eni maxie ait ap̃ls. Littera occidit: spũs aũt viuificat. Accedat ergo ad litterã spũs. ne occidat littera quẽ viuificat spũs: sed vt opemur p̃cepta legis non virib⁹ nostris sed mune= re saluatoris. Cum aũt accedit ad legem grã. id est. ad litterã spũs: q̃dãmodo dena rio numero addit̃ septenari⁹. Isto quippe numero. id est. septenario significari spiri= tumsanctũ: aduertenda litterarũ sacraruꝫ documenta testant̃. Nempe eni sanctitas vel sanctificatio ad sanctũ ꝑprie pertinet spiritũ. Vnde cum ⁊ pater spũs sit. ⁊ filius spũs sit qm̃ deus spũs est. ⁊ pater sanctus et filius sanctus sit: ꝓprio tamen noie am borũ spũs vocat̃ spũssanct⁹. Vbi ergo p̃= mum in lege sonuit sanctificatio: nisi i die septimo? Non eni sanctificauit deus dieꝫ primũ in quo fecit lucẽ. aut scdm in q̃ fir= mamẽtũ. aut tertiũ in quo discreuit mare a terra. ⁊ terra herbam lignumq̃ ꝑduxit: aut quartũ in quo sidera sunt creata. aut q̃rtũ in quo aĩalia que in aquis viuũt ⁊ i aere volitant. aut sextuꝫ in quo terrestris anima viua ⁊ ipse hõ: sed sanctificauit di= em septimũ. in quo requeuit ab opib⁹ suis. Conuenient̃ igitur septenario numero si= gnificat̃ spũssanctus. Esaias etiam ꝑphe= ta: requiescet inquit in eo spũs dei: eumq̃ deinceps cõmẽdans opere vel numero se ptenario. spiritus inq̃t sapiẽ ⁊ intellectus.

[Margin: ps̃. xxxix. | C | ij. Corin. iij. | s. iiij. c | Esaie. xi.]

spiritus consilij ⁊ fortitudinis. spiritus sci=
entie ⁊ pietatis: ⁊ implebit illum spirit⁹ ti=
Apocal'. iij. moris dei. Quid in apocalypsi? Nonne se
j. Corin. xij. ptem spirit⁹ dei dicũt. cũ sit vnus atq3 idez
spiritus: diuidẽs ꝓpria vnicuiq3 ꝓut vult
Sed opatio septenaria vnius spiritus sic
appellata est ab eodem spiritu qui scriben
ti affuit: vt septem spiritus dicerent. Cum
itaq3 legis denario spũssanctus per septe=
narium numerũ accedit. fiunt decem ⁊ se=
ptem: qui numerus ab vno vsq3 ad seipsuz
computatis omnibus crescens/ ad centuz
q̃nquagintatres peruenit. Ad vnũ enim
si adijcias duo: fiunt vtiq3 tres. His si ad=
ijcias tres ⁊ quattuor: fiunt decem. Dein=
de si adijcias omnes numeros qui sequun
tur vsq3 ad decem ⁊ septem. ad supradictũ
numerũ summa perducit. id est. si ad decẽ
quo ab vno vsq3 ad quattuor perueneras
addas quinq3/ fiunt q̃ndecim. His ad=
das sex/ ⁊ fiũt vigītivnũ: his addas septẽ
et fiunt vigintiocto: his addas octo ⁊ no=
uem ⁊ decem/ ⁊ fiunt q̃nquagintaquinq3.
His addas vndecim ⁊ duodecim ⁊ trede=
cim: ⁊ fiunt nonagīta vnũ: his rursum q̃t=
tuordecim ⁊ q̃ndecim ⁊ sedecim/ ⁊ fiũt cen
tumtrigintasex. Huic numero adde illum
qui restat de quo agitur. id est. decem et
septẽ: ⁊ piscium numerus ille complebit.
Non ergo tm̃modo centumq̃nquaginta=
tres sancti ad vitam resurrecturi significã=
tur eternam: sed milia sanctoꝝ ad gratiaz
spiritus pertinentiũ: qua gratia cum lege
dei tanq3 cuz aduersario concordat vt vi=
uificante spiritu littera non occidat. Sed
quod per litteram iubetur spiritu adiuuã
te compleatur. ⁊ si quid min⁹ fit remitta=
F tur. ¶ Omẽs ergo ad istam gratiaz perti=
nentes hoc numero figurantur: hoc est fi=
gurati significant. Qui numer⁹ ter habet
etiam q̃nquagenariũ numeꝝ: ⁊ insuper ip
sa tria propter mysteriũ trinitatis. Quinq̃
genarius autem multiplicatis septem per
septem ⁊ vnius adiectione complet. Naz
septiesseptem fiunt q̃dragintanouẽ: Un⁹
autem additur. vt eo significetur vnũ esse
qui per septem propter operationẽ septe=
nariam demonstratur: ⁊ nouimus spiritũ=
santum post ascensionẽ dñi q̃nquagesimo
die missum. quem discipuli iussi sunt expe
ctare promissum. Non igitur frustra dicti
sunt hi pisces ⁊ tot ⁊ tanti. id est. ⁊ centum
q̃nquagintatres/ ⁊ magni. Sic enim scrip=
tum est. ⁊ traxit rhete in terram plenũ ma
gnis piscibus: centumq̃nquagintatribus.
Cum enim dixisset domin⁹. Non veni sol= Matthei.
uere legem sed implere: daturus vtiq3 spi
ritum per quez lex posset impleri tanq3 se
ptem additurus ad decez paucissimis ver
bis interpositis ait. Qui ergo soluerit vnũ vbi. s.
de mandatis istis mīmis ⁊ docuerit sic ho
mines: mīmus vocabitur in regno celoꝝ.
Qui autem fecerit ⁊ docuerit: magnus vo
cabitur in regno celorum. Iste ergo pote=
rit pertinere ad numerũ piscium magno=
rum. Minimus autez ille qui soluit factis
quod docet verbis. in tali ecclesia potest
esse qualem significat piscium prima illa
captura habentem bonos ⁊ malos: quia ⁊
ipsa dicitur regnũ celorum. Propt̃ quod
ait. Simile est regnum celorũ sagene mis= Matth. xi
se in mare. ⁊ ex omni genere piscium ꝯgre
ganti. Ubi vult intelligi etiam bonos et
malos: quos dicit in litore. id est. in fine se
culi separãdos. Deniq3 vt ostẽderet istos
mīmos reprobos esse qui docent bona lo=
quendo. que soluunt male viuendo: nec
quasi mīmos in vita eterna futuros. s3 om
nino ibi non futuros: cum dixisset mīmus
vocabitur in regno celorum. coutinuo sub
iecit. Dico enim vobis: quia nisi abunda=
uerit iusticia vestra plus q̃3 scribarũ ⁊ pha
riseorum. non intrabitis in regnum celorũ.
Illi sunt certe scribe ⁊ pharisei qui cathe=
drã moysi sedent: ⁊ de quibus ait. que di= Math. xx
cunt facite. que autem faciunt facere noli
te. Dicunt enim ⁊ non faciunt. Docent ser
monibus qđ soluunt moribus. Conseq̃ns
est ergo. vt qui mīmus est in regno celorũ
qualis nunc est ecclesia/ non intret in reg=
num celorum. qualis tunc erit ecclesia: qm̃
docendo quod soluit ad eorum societatẽ
qui faciunt quod docent non pertinebit.
Et ideo non erit in numero piscium mag=
norum: quoniaz qui fecerit ⁊ docuerit. ma
gnus vocabitur in regno celoruz. Et quia
h magn⁹ erat: id ibi erit vbi mīm⁹ ille ñ erit

vsq₃ adeo quippe ibi magni erunt: vt q̄ minor ibi est/maior sit eo quo ħ nemo maior est. Sed tamen qui hic magni sunt. id est. qui in regno celorum vbi sagena congregat bonos ꝛ malos. faciunt bona que docent: ipsi erunt in illa regni celorum eternitate maiores. quos isti ad dexteram ꝛ ad resurrectionē vite pertinentes indicāt pisces. Sequitur de prandio dn̄i cu₃ istis septem discipulis: ꝛ de his que post prandium locutus est. ac de ipsius euangelij termino. vt deus q̄d donauerit disseramus: sed hoc non est isto sermone coartandum

¶ Explicit tractatus centesimus vicesimussecūdus. Incipit tractatus centesimus vicesimustertiꝰ. De eo quod ait iesus: Venite prandete: vsq₃ ad id quod ait. Hoc autē dixit significans qua morte clarificaturus esset deum.

A Id eo q̄ tertio dn̄s post resurrectionē manifestauit se discipulis suis: beati iohānis apostoli euangelium terminat. In quo iam ptractauimus vt valuimus partem priorem. vsq₃ ad eu₃ locum vbi narratum est captos fuisse pisces centumq̄nquagintatres a discipulis quibus se demonstrauit: ꝛ cu₃ magni eēnt rhetia non esse rupta. Deinde que sequūtur ꝯsideranda sunt: ꝛ q̄ntum adiuuat dn̄s sicut res postulare videbit̄ disserēda. Peracta quippe illa piscatione: dicit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentiū interrogare eum tu quis es: scientes quia dominus est. Si ergo sciebant: quid opus erat vt interrogarent? Si autem nō opus erat: quare dictum est/ non audebāt/ quasi opus esset sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est. Tanta erat euidentia veritatis qua iesus illis discipulis apparebat: vt eorum non solu₃ negare sed nec dubitare q̄dē vllus auderet: quoniā si quisq₃ dubitaret. vtiq₃ interrogare deberet. Sic ergo dictum est: nemo audebat eū interrogere tu quis es: ac si diceret̄. Nemo audebat dubitare q̄d ipse eēt. Et venit iesus ꝛ accepit panē ꝛ † dat eis: [†. dabat]

et piscem similiter. Ecce dictum est etiam quid prandcrent. de quo prandio aliquid suaue ac salubre dicemus ꝛ nos: si pascat ꝛ nos. Superius narratu₃ est: q̄ isti discipuli quando descenderūt in terram. viderunt prunas positas. ꝛ piscem superpositum: ꝛ panem. Ubi non est intelligendum etiam suppositum panem fuisse prunis: s₃ tantum subaudiendū viderūt. Quod verbum si repetamus eo loco vbi subaudiendum est: ita totū dici potest. Viderūt prunas positas ꝛ piscem superpositum. ꝛ viderunt panem: Vel ita potiꝰ. viderunt prunas positas ꝛ piscem suppositum: viderūt et panem. Iubente etiam dn̄o attulerūt ꝛ de piscibus quos ipsi ceperant: q̄d eos fecisse q̄uis a narrante iohāne non esset expressum. tamen dn̄m iussisse nō tacitum ē. Ait enim. Afferte de piscibus quos prendidistis nūc. Et vtiq₃ iubente illo. eos non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium dn̄s illis septem discipulis suis. d̄ pisce scilicet quem prunis suppositum viderant. huic adiūgens ex illis quos ceperāt: et de pane quem nihilominus eos vidisse narratum est: Piscis assus: christus ē passus. Ipse est ꝛ panis viuus qui de celo descendit. Huic concorpatur ecclesia ad pticipandam beatitudinē sempiternā. Propter quod dictum est/afferte de piscibꝰ q̄s prendidistis nunc: vt omnes qui hanc spē gerimus per illum septenariū numerū discipuloꝝ per quem potest hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata. tanto sacramento nos cōmunicare nossemus: ꝛ eide₃ beatitudini sociari. Hoc dn̄i prandium est cum discipulis suis: ad quod iohānes euāgeliū suū cu₃ haberet de christo: alia multa que diceret magna vt existimo ex rerū magnarum contemplatiōe concludit. Hic enim ecclesia qualis in solis bonis futura est significatu: per capturam centumq̄nquagintatriū pisciu₃: ꝛ eis qui hec credūt/sperant diligūt/ participatio tante beatitudinis per hoc prandiū demonstrat̄. ¶ Hoc iam tertio inquit manifestatus ē iesus discipulis suis: cū surrexisset a mortuis. Q̄d n̄ ad ipsas demōstratiōes sed ad dies referre debemus. id est. primo die cum resurrexit. ꝛ post dies octo quando discipulus thomas vidit ꝛ credidit. et hodie quando ħ de piscibus fecit: Post [s̄. tra. cxxij. c] [B]

quot autem dies id fecerit dictum non est
Nam ipso primo die non est visus semel si
cut euangelistarum omniũ testimonia col
lata demonstrant. Sed sicut dictuȝ est ꝼm
dies numerande sunt manifestatiões eius
vt ista sit tertia. prima quippe habenda est
eademq; vna propter vnũ diem: quotiens
cunq; se ⁊ quibuscũq; die illo quo resurre
xerit ostendit. Secunda post dies octo. et
hec tertia. ⁊ deinde quotiens voluit vsq;
ad diem quadragesimũ quo ascendit in ce
lum: q̃uis non scripta sint omnia. Cũ er
go prãdidissent: dicit simõi petro.
Infra tract. cxxiiij. Simon iohannis: diligis me plus
his? Dicit ei. Etiaȝ domine: tu scis
quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos
meos. Dicit ei iterum. Simon io
hannis diligis me? Ait illi. Etiam
domine: tu scis quia amo te. Dicit
† Al'. iterum ei. Pasce agnos meos. Dicit ei †ter
tio. Simon iohannis amas me?
Contristatus est petrus. quia di
xit ei tertio amas me: ⁊ dicit ei. Do
† Al'. nosti mine tu omnia †scis: tu scis quia
amo te. Dicit ei. Pasce oues meas
Amen amen dico tibi: cum esses iu
nior cingebas te ⁊ ambulabas vbi
volebas: cum autem senueris extẽ
des manus tuas. ⁊ alius te cinget
et ducet quo tu non vis. Hoc aũt
dixit: significans qua morte clarifi
caturus esset deum. Hunc inuenit exi
tum ille negator ⁊ amator. ꝓsumẽdo elat⁹
negãdo ꝓstratus. flendo purgat⁹. confitẽ
do ꝓbatus. patiẽdo coronat⁹: hũc inuenit
exitũ. vt ꝑ eius nõie ꝑfecta dilectiõe mo
reref. cum quo se moriturũ ꝑuersa festina
tione ꝓmiserat: faciat eius resurrectiõe fir
matus. qđ imature pollicebaf infirmus.
Hoc enim oportebat vt prius christus pro
petri salute: deinde petrus pro christi pre
dicatione moreretur. Preposterũ fuit qđ
audere ceperat humana temeritas: cũ istũ
disposuisset ordinem veritas. Animam su
ȝ.xiiij. am se positurum pro christo petrus puta
uat: pro liberatore liberandus: cuȝ christ⁹
venisset animam suam positurus pro suis
omnibus in quibus erat ⁊ petrus. Quod
ecce iam factum est. Nũc iam firmitas cor
dis ad suscipiendã mortem pro nõie do
mini vera ipso donante sumatur: non fal
sa nobis errantibus presumaf. Nunc est vt
vite huius non metuamus interitum: quia
resurgeure dñõ vite alterius precessit exẽ
plum. Nunc est petre vt mortem non time
as: quia viuit quem mortuum dolebas: ⁊
quem pro nobis mori carnali amore prohi
bebas. Ausus es preuenire doctorem. for
midasti eius persecutorẽ: iam precio ꝑ te
fuso/ nunc est vt sequaris redemptorẽ: et
sequaris oĩno vsq; ad mortẽ crucis. Uer
ba eius audisti: quem iam veracem ꝓba
sti. Passuꝝ te ipse ꝑdixerat: qui te predi
xerat negaturũ. ¶ Sed prius dñs qđ scie C
bat interrogat. nec semel sed iterum ac ter
tio vtrum petrus eum diligat: nec aliud to
tiens audit a petro q̃ se diligi. nec aliud
totiens cõmendat petro q̃ suas oues pa
sci. Redditur negationi trine trina cõfes
sio. ne minus amori lingua seruiat q̃ timo
ri: ⁊ plus vocis elicuisse videatur mors im
minens q̃ vita presens. Sit amoris offici
um pascere dñicum gregem: si fuit timo
ris indicium negare pastorem. Qui h̃ ani
mo pascunt oues christi: vt suas velint eẽ
non christi. se conuincuntur amare non
christum: vel gloriandi vel dñandi vel ac
quirendi cupiditate: non obediendi ⁊ sub
ueniendi ⁊ deo placendi charitate. Con
tra hos ergo vigilat totiẽs inculcata ista
vox xp̃i: q̃s apl's gemit sua q̃rere non que Philipp.
iesu christi. Nam quid ẽ aliud diligis me
pasce oues meas. q̃ si diceref/ si me diligis
non te pascere cogita sȝ oues meas: ⁊ sicut
meas pasce non sicut tuas: gloriam meam
in eis quere non tuam. dñium meum non
tuũ. lucra mea non tua: ne sis in eorum so
cietate qui pertinent ad tempora pericu
losa seipsos amantes: ⁊ cetera q̃ huic ma
lorum initio connectunf. Cum enim dixis ij. Timo
set apostolus. erunt enim homĩes seipsos
amantes: secutus adiunxit. Amatores pe
cunie/ elati/ superbi/ blasphemi/ parentib⁹
non obedientes/ ingrati/ scelesti/ irreligio
si/ sine affectione. detractores. incontinen
tes: imites. sine benignitate. proditores. ꝓ
caces. cecati. voluptatum amatores ma
gis q̃ dei: habentes speciem pietatis. vir
tutem autem eius abnegãtes. Hec omnia
mala ab eo veluti fonte manãtia: qđ pri D
mum posuit seipsos amantes. ¶ Merito
dicitur petro diligis me. ⁊ respondit amo
te. eiq; refertur pasce agnos meos: ⁊ hoc

iterum. hoc tertio. Ubi etiaz demonstratur vnũ atq3 idem esse amorem et dilectionem. ybi.s. Nam etiam dñs nouissime non ait diligis me. sed amas me. Non ergo nos sed ipsuz amemus: et in pascendis ouibus eius ea q̃ sunt eius. non ea que sunt nostra queram⁹ Nescio enim quo inexplicabili modo q̃squis seipsum non deuz amat. non se amat et quisquis deum non seipsum amat. ipse se amat. Qui eniz non potest viuere de se moritur vtiq3 amãdo se. Non ergo se amat qui ne viuat se amat. Cum v͠o ille diligit de quo viuitur: non se diligendo magis diligit. qui ꝓpterea se non diligit vt eum diligat de quo viuit. Non sint ergo seipsos amãtes qui pascunt oues christi. nec tanq̃ suas sed tanq̃ ipsius eas pascant. et velint ex illis sua lucra conquirere sicut amatores pecunie: vel eis dñari sicut elati: vel gloriari de honoribus quos ab eis sumũt sicut superbi: vel in tantuz progredi vt etiam hereses faciant sicut blasphemi. nec cedant sanctis patrib⁹ sicut parentibus nõ obedientes. et eis qui illos corrigere volũt quia perire nolũt/mala pro bonis reddãt sicut ingrati. interficiant animas et suas et alienas sicut scelesti. materna ecclesie viscera dissipent sicut irreligiosi. non compatiantur infirmis sicut sine affectione. famã sanctoꝝ maculare conent̃ sicut detractores. cupiditates pessimas non refrenent sicut incontinentes. exerceant lites sicut immites. nesciãt subuenire sicut sine benignitate. indicẽt inimicis pioꝝum que occultãda cognouerant sicut ꝓditores. humanaz verecundiam inuerecũda exagitatione ꝑturbent sicut procaces. non intelligãt neq3 que loquunt̃ neq3 de quibus affirmant sicut cecati. leticias carnales spũalibus gaudijs anteponant sicut voluptatum amatores magis q̃ dei. Hec enim atq3 huiusmodi vitia siue vni homini accedant omnia. siue his alia illis alia dñentur: ex illa radice quodãmodo pullulant. cum sunt homines seipsos amantes. ybi.s. Quod vitium maxime cauendũ est eis qui pascunt oues christi. ne sua querant sed que iesu christi: et in vsus cupiditatum suarum conferant ꝑ q̃bus sanguis fusus est christi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius in tam magnuz debet spũalem crescere ardorem: vt vincat etiam mortis naturalẽ timorẽ quo mori nolum⁹. et q̃n cũ christo viuẽ volumus.

Nam et ap̃ls paulus dicit se habere ꝯcupiscentiã dissolui et esse cũ christo: ingemiscit tamen grauat⁹ et non vult spoliari sed supuestiri: vt absorbeat̃ mortalis vita. Philipp̃. i. Et huic dñs dilectori suo. cũ senueris inq̃t extendes manus tuas: et alius te cinget et ducet quo tu nõ vis. Hoc autẽ ei dixit: significãs q̃ morte clarificaturus esset deũ. Extẽdes inquit manus tuas: hoc ẽ crucifigeris. Ad h̃ autẽ vt venias alius te cinget: et ducet nõ q̃ vis sed q̃ non vis: prius dixit q̃d fieret: et deinde quõ fieret. Non enĩ crucifix⁹. sed vtiq3 crucifigendus q̃ nollet est ductus. Nã crucifixus non q̃ nolebat abijt: sed potius q̃ volebat. Solutus quippe a corpore: volebat eẽ cũ christo. s3 si fieri posset ꝑter mortis molestiã vitã ꝯcupiscebat eternã. Ad quã molestiã nolẽs duct⁹ ẽ: sed ab ea volens educt⁹ ẽ: Nolẽs ad eã vẽit s3 volens eã vicit: et reliq̃t hũc infirmitatis affectũ q̃ nemo vult mori vsq3 adeo naturalẽ vt euz btõ petro nec senect⁹ auferre potuerit: cui dictũ ẽ/cũ senueris duceris q̃ nõ vis. Propter nos consolandos etiam in se figurauit ipse saluator dicẽs: pr̃ si fieri p̃t trãseat a me calix iste. Mat. xxvj. Qui vtiq3 mori venerat nec habebat mortis necessitatẽ s3 volũtatem: ꝑtãte positur⁹ aĩaz suã et rursus eam ꝑtãte sumptur⁹. S3 molestia q̃tacunq3 sit mortis d3 eã vincẽ vis amoris: q̃ amat̃ ille q̃ cũ sit vita nr̃a. etiã mortez voluit ꝑferre ꝑ nob. Nã si nulla eẽt mortis vel pua molestia: nõ eẽt tã magna martyꝝ gl̃ia. ybi.s.x. S3 si pastor bon⁹ q̃ posuit aĩaz suã ꝑ ouib⁹ suis ex ipsis ouib⁹ tã m̃ltos sibi martyres fecit q̃tomagis debẽt vsq3 ad mortẽ ꝑ veritate certare. et vsq3 ad sanguinẽ adũsus peccatũ: q̃b⁹ oues ipsas pascẽdas. h̃ ẽ docẽdas regẽdasq3 cõmittit: Ac ꝑ h̃ p̃cedẽte passionis ei⁹ exẽplo: q̃s nõ videat magis debere imitãdo pastori herere pastores. si cũ multe etiã imitate sũt oues: sub q̃ pastore vno in grege vno et pastores ipsi sũt oues. Oẽs q̃ppe fecit suas oues. ꝑ q̃b⁹ ẽ oĩb⁹ passus: q̃ et ipse vt ꝑ oĩb⁹ pateret̃/ouis ẽ factus.

Explicit tractatus centesimusuicesimustertius. Incipit tractatus centesimusuicesimusquartus. De eo quod dicit. Et cum hoc dixisset/dicit ei/sequere me. vsq3 in finem

ff y

Non parua questio est/cur apostolo petro quãdo se tertio manifestauit discipulis. dixerit iesus sequere me: de apostolo autem iohanne/sic eum volo manere donec veniam quid ad te. Huic questioni quantum dñs ipse donauerit. siue ptractande siue soluende: sermonem nouissimũ huius operis impendimus. Cum ergo prenũciasset dñs petro qua morte clarificaturus esset deum. dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentez. qui et recubuit ĩ cena super pectus eius: et dixit. dñe quis ẽ qui tradet te. Hunc ergo cum vidisset petrus: dicit iesu. Domine hic autem quid: Dicit ei iesus. Sic eum volo manere donec veniã: qd ad te: Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur: et non dixit ei iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam quid ad te. Ecce quousque in hoc euangelio extenditur questio: que sua profunditate non mediocriter mentem scrutantis exercet. Cur eñi dicitur petro sequere me nec dicitur ceteris qui simul aderant. Et profecto eum sicut magistrum discipuli sequebant. Sed si ad passionem intelligendum est: nunquid solus pro christiana veritate passus est petrus: Nonne ibi erat ĩ illis septem alius filius zebedei frater iohannis: qui post eius ascensionem ab herode manifestat occisus: Uerum aliquis dixerit. quoniam iacobus non est crucifixus/merito dictum est petro sequere me: qui non solum mortem sed etiam mortem crucis sicut christus expertus ẽ. Sit h si nihil aliud qd sit conuenientius poterit inueniri. Cur ergo de iohanne dictum est: sic euz volo manere donec veniaz quid ad te: Et repetituz est/tu me sequere: Tanquam ille iõ non sequeretur: quoniam eum manere voluit donec vẽiat. Quis facile aliud dictũ esse credat. quam qd fratres crediderãt q tũc aderant: eo qd scilicet non esset discipulus ille moriturus: sed donec iesus vẽiret iste maneret in vita: Sed hanc opinionem iohannes ipse abstulit: non hoc dixisse dñm aperta contradictiõe declarans. Cur eniz subiũgeret/non dixit iesus non moritur: nisi ne hominũ cordibus qd falsum fuerat inhereret: Sed cui placet adhuc resistat et dicat verum esse qd ait iohannes non dixisse dñm qd discipulus ille non moritur sz hoc tamen significatũ esse talibus verbis qualia eum dixisse narrauit. et asserat apostolum iohannem viuere: atque in illo sepulchro eius qd est apd ephesuz dormire eũ potius quam mortuum iacere contendat. Assumat in argumentũ qd illic terra sensim scatere et quasi ebullire perhibetur: atque hoc eius anhelitu fieri siue constanter siue pertinaciter asseueret. Non enim possunt deesse qui credant. si non desunt qui etiam moysen asserant viuere. quia scriptum est eius sepulchrum non inueniri. et apparuit cum dño in monte vbi et helias fuit: quem mortuum legimus non esse sed raptum. Quasi moysi corpus non potuerit alicubi sic abscondi. vt prorsus homines lateret vbi esset. atque inde ad horam diuinitus excitari quando cum christo helias et ipse sũt visi: sicut ad horam multa sanctorum corpora surrexerunt quando passus est christus. et post eius resurrectionẽ apparuerũt multis in sancta sicut scriptum est ciuitate. Sed tamen vt dicere ceperam si quidam moysen mortuum negant quem scriptura ipsa licz sepulchrum eius nusquam inueniri legimus. mortuũ tamen esse sine vlla ambiguitate testatur: quanto magis iohãnes ex istorum occasione verborum vbi dñs ait: sic eum volo manere donec venio/credit viuus dormire sub terra: Quem tradunt etiam qd in quibusdam scripturis quamuis apocriphis reperitur quando sibi fieri iussit sepulchrum/incolumẽ fuisse presentez: coque effosso et diligẽtissime preparato: ibi eum se tanquam in lectulo collocasse: statimque euz esse defunctum. Ut autem isti putant qui hec verba dñi sic intelligunt non defunctũ sed defuncto similem cubasse: et cum mortuus putaretur sepultum fuisse dormientẽ et donec christus veniat sic manere. suamque vitam scaturigine pulueris indicare. q puluis creditur vt ab imo ad superficiem tumuli ascendat/flatu quiescentis impelli:

A

Joh. xiij.

Actuum. xij

Deut. xx

Matth.

iiij. Reg

Mat. xx

huic opinioni supuacaneū existimo reluctari. Uiderint enim qui locum sciūt vtrū hoc ibi faciat vel patiatur terra quod dicitur qr ꝛ reuera non a leuibus hoibus id audiuimus.
B ¶ Interim cedamus opinioni quam certis documentis refellere non valemus ne rursus aliud qd a nobis queratur exurgat. Cur sup humatū mortuū ipsa humus quodāmodo viuere ac spirare videatur? Sed nunquid hinc tanta soluitur questio: si magno miraculo qualia potest facere oīps tamdiu viuū corpus in sopore sub terra ē donec veniat terminus seculi. Quinimo fit amplior ꝛ difficilior: cur discipulo iesus quem diligebat p ceteris intantū vt super pectus eius discūbere mereretur: pro magno munere longū in corpore donauerit somnum. cum beatum petrū per ingentē martyrij gloriam ab onere ipsius corporis soluerit: eiq3 pcesserit. qd apl's paulus se pcupisse dixit ꝛ scripsit: dissolui ꝛ esse cū christo. Si autem qd magis creditur. ideo sanctus iohannes ait. non dixisse dūm nō moritur. ne illis verbis que dixit hoc voluisse intelligi putaretur. corpusq3 eius in sepulchro eius exanime sicut aliorum mortuorum iacet: restat vt si vere ibi sit qd sparsit fama de terra. que subinde ablata succrescit aut ideo fiat vt eo modo cōmēdetur preciosa mors eius quā nequaq3 cōmendat martyriū: non enim eum pro fide christi psecutor occidit: aut propter aliquid aliud qd nos latet. Manet tamen questio cur dixerit dūs de homine morituro: sic eum volo manere donec veniam. Illud etiam in his duobus apostolis petro ꝛ iohanne quē nō moueat ad querendū: cur iohannem plus dilexerit dominus. cum ipsum dūm plus dilexerit petrus? Ubicunq3 enim se cōmemorat iohannes vt noīe suo tacito ipse posset intelligi. hoc addit quod eum diligebat iesus quasi solum diligeret: vt hoc signo discerneretur a ceteris quos vtiq3 omnes diligebat. Quid ergo nisi amplius se dilectum cum hoc diceret volebat intelligi: quod absit vt mēdaciter diceret? Qd autem maius dare potuit iesus maioris erga eum sue dilectionis indiciū: quā vt homo cum ceteris ꝯdiscipulis suis socius tāte salutis. solus tamen discubuerit sup pectus saluatoris? Porro qd apostolus petrus plus alijs dilexerit christū. possunt quidem documenta multa proferri: sed vt longe in alia non eamus. i. ipsius tertie manifestationis domini. paulo superiore lectione que istam precedit/satis euidenter apparet: vbi interrogans eum dixit. Diligis me plus his? Quod vtiq3 sciebat ꝛ tamen interrogabat: vt etiam nos qui legimus euangelium: amorem petri erga dominū et illo interrogāte ꝛ isto respondēte nosse mus. Quod autem in eo qd respondit petrus amo te. non addidit/plus his: hoc respondit quod de seipso sciebat. Non enim quātum ab alio quolibet diligeretur scire poterat: qui cor alterius videre non poterat. Sed tamen superioribus verbis dicendo. etiā dūe tu scis qr amo te: satis ꝛ ipse declarauit scientem dūm interrogasse qd interrogauit. ¶ Sciebat igitur dominus non solum quod diligeret: verumetiam qd plus illis eum diligeret petrus. C
Et tamen si proponamus querentes quis duorum sit melior. vtrum qui plus an qui minus diligit christum: quis dubitabit respondere. eum qui plus diligit esse meliorem? Item si pponamus quis duorum sit melior vtrum quem minus aut quem plus diligit christus? Eū qui plus diligitur a christo meliorem proculdubio respondebimus. In illa ergo comparatione quā prius posui petrus iohanni: in hac vero altera iohannes anteponitur petro. Proinde tertiam sic pponimus. Quis est duorū discipulorum melior qui minus quā condiscipulus eius diligit christum. ꝛ plus quā condiscipulus eius diligitur a christo. an ille quem minus quā condiscipulum eius diligit christus: cum plus ipse quā suus condiscipulus diligat christum? Hic plane cunctatur responsio: ꝛ augetur questio. Quātum autem ipse sapio meliorem qui plus diligit christum. feliciorem vero quem plus diligit christus/facile responderem: si iusticiam liberatoris nostri minus eum diligentis a quo plus diligitur/ꝛ eum plus a quo minus diligitur

Margin notes: philippen. i — s. trac. cxxiij

quemadmodum defenderem ꝓuiderem. Aggrediar igitur in eius manifesta misericordia cuius est occulta iusticia: de soluē da questione tam ingenti ꝑ viribus q̄s ipse donauerit disputare: hucusq̃ ei ꝓposita ē non exposita. Exponende vo ei⁹ hoc sit exordiū: vt meminerim⁹ in hoc corruptibili corpore qd aggrauat aīam/ vita nos misera viuere. Sed quia iam redempti per mediatorē sumus ɀ spiritū sanctū pignus accepim⁹: beatā vitam in spe habem⁹. ɀ si
Rhoma.viij re ipsa nōdū tenem⁹. Spes āt que videt non est spes. Qd eni videt quis qd sperat. Si aūt qd non videm⁹ speramus: ꝑ patientiam expectam⁹. In malis aūt que quisq̃ patitur. non in bonis quib⁹ fruitur: opus est patientia. Hanc itaq̃ vitā de q̄ scriptū
Job.vij. est: nunqd non temptatio est vita humana super terrā/ in qua q̄tidie clamam⁹ ad do
Matthei.v. minū/ libera nos a malo. cogitur hō tolerare etiam remissis peccatis: q̄uis vt in eā veniret miseriā. primū fuerit causa peccatum. Productior est eni pena q̄ culpa: ne parua putaret culpa. si cū illa finiret ɀ pena. Ac per hoc vel ad demonstrationē debite miserie vel ad emēdationē labilis vite. vel ad exercitationē necessarie patientie. tp̄aliter hoīem detinet pena: etiā quē iam ad damnationē sempiternā reū nō detinet culpa. Hec est istoꝝ dierū quos in hac mortalitate agim⁹ malos: q̄uis in ea diligam⁹ videre dies bonos. Flenda quidem sed non rephendēda conditio. Venit enim de ira dei iusta: de qua scriptura
Job.xiij. loquens. hō inquit natus ex muliere breuis vite ɀ plenus ire: cum ira dei non sit vt hoīs. id est. ꝑturbatio ꝯcitati animi. sꝫ tranquilla iusti supplicij ꝯstitutio. In hac ira
ps.lxxvj. sua deus non continēs. sicut scriptū est misericordias suas/ preter alia solatia miserorum que generi humano ꝓbere nō cessat. in plenitudinē tp̄is quo ipse sciebat hꝫ esse faciendū. misit filium suū vnigenitū per quem creauit vniūsa vt manens deus fieret homo: ɀ esset mediator dei ɀ hominū hō christus iesus: in quē credētes ꝑ lauacrum regeneratiōis. soluto reatu omniū pctōꝝ. ɀ originalis videlicet qd generatio trahit. cōtra quā maxime regeneratio est instituta. ɀ ceteroꝝ que male agēdo ꝯtracta sunt liberarent a dānatiōe perpetua. ɀ viuerēt in fide ɀ spe ɀ charitate. ꝑegrinantes in hoc seculo atq̃ in ei⁹ temptatiōib⁹ laboriosis ɀ piculosis: ꝯsolatiōib⁹ aūt dei et corꝑalib⁹ ɀ spūalib⁹ ambularēt ad conspectū ei⁹. viā tenētes qd eis fact⁹ ē christus. Et q: in ipsa q̄ꝫ via ambulātes nō sūt sine peccatis que de hui⁹ vite infirmitate surrepūt: dedit elemosynarū remedia salutaria. quib⁹ eoꝝ adiuuaret oratio: vbi eos dicere docuit. Dimitte nobis debita nr̄a: sicut ɀ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is.
¶ Hoc agit ecclesia spe beata in hac vita erūnosa: cui⁹ ecclesie petr⁹ apl's ꝑpt apostolat⁹ sui primatū. gerebat figurata generalitate ꝑsonā. Qd eni ad ipsum ꝓprie ptinet. natura vn⁹ hō erat. grā vn⁹ christian⁹: abūdantiore grā vnus idemq̃ prim⁹ apl's. Sed qn̄ ei dictū est/ tibi dabo claues regni Matth.
celoꝝ. Et qdcūq̃ ligaueris sup terrā erit ligatū ɀ in celis. ɀ qdcūq̃ solueris sup terrā erit solutū ɀ i cel'. vniūsā significabat ecclesiā: que in hoc seculo diūsis temptatiōibus velut imbrib⁹ flumib⁹ tēpestatibusq̃ quatit ɀ nō cadit: qm̄ fundata ē sup petrā Math.x
vn̄ ɀ petrus nomē accepit. Non eni a petro petra. sed petrus a petra: sicut nō christus a christiano. se christian⁹ a christo vocatur. Ideo quippe ait dn̄s/ super hanc pe vbi.s.
tram edificabo ecclesiā meam: q: dixerat petrus. tu es christus filius dei viui. Sup hanc ergo inquit petrā quā confessus es: edificabo ecclesiā meam. Petra enim erat j.Corin.
christus: super qd fundamentū etiam ipse j.Corin.
edificat⁹ est petrus. Fundamentū quippe aliud nemo potest ponere preter id qd positum est: qd est christus iesus. Ecclesia ergo que fundat in christo/ claues ab eo regni celoꝝ accepit in petro. id est. ꝑtātē ligādi soluēdiq̃ peccata. Qd eni ē ꝑ ꝓprietatem in christo ecclesia: hoc est ꝑ significationē petrus in petra. Qua significatiōe intelligit christ⁹ petra: petrus ecclesia. Hec igitur ecclesia quā significabat petr⁹ q̄diu degit in malis: amando ɀ sequendo christum liberatur a malis. Magis autem sequitur in eis qui certant pro veritate vsq̃ ad mortem. Sed vniuersitati dicitur/ sequere me: pro qua vniūsitate passus est christus. De quo dicit idē petr⁹. Christ⁹ ꝑ no j.Petri.
bis passus est relinq̄ns nob exēplū vt seq̄mur vestigia ei⁹. Ecce ꝑpt qd ei dictum ē Sequere me. Est autem alia vita imortalis que non est in malis: ibi facie ad facieꝫ

videbimus qd hic per speculū & in enigmate videtur: quando multum in ꝓspicienda veritate proficitur. Duas itaqȝ vitas sibi diuinitus predicatas & cōmendatas nouit ecclesia: quarum est vna in fide altera in specie. Una in tempore pegrinationis: altera in eternitate mansionis. Una in labore: altera in requie. Una in via: altera ī patria. Una in opere actionis: altera in mercede contēplationis. Una declinat a malo & facit bonū: altera nullū habet a quo declinet malum. & magnū habet quo perfruatur bono. Una cum hoste pugnat: altera sine hoste regnat. Una fortis est ī aduersis: altera nihil sentit aduersi. Una carnales libidines frenat: altera spiritualibꝰ delectationibꝰ vacat. Una est vincēdi cura sollicita: altera victorie pace secura. Una in temptationibꝰ adiuuatur: altera sine vlla temptatione in ipso adiutore letatur. Una subuenit indigenti: altera ibi est vbi nullum inuenit indigentem. Una aliena peccata vt sua sibi ignoscant ignoscit: altera nec patitur qd ignoscat. nec facit qd sibi poscat ignosci. Una flagellatur malis ne extollatur in bonis: altera tanta plenitudine gratie caret omni malo vt sine vlla temptatiōe superbie cohereat summo bono. Una bona & mala discernit: altera que bona sunt cernit. Ergo vna bona ē sed adhuc misera: altera melior & beata. Ista significata est per apostolū petrum: illa per iohannem. Tota hic agit ista vsqȝ in huius seculi finem. & illic inuenit finem: differtur illa complenda post huius seculi finem. sed in futuro seculo non habet finē. Ideo dicitur huic/ sequere me: de illo autem/ sic eum volo manere donec veniā qd ad te. tu me sequere. E // Quid eniȝ est hoc qtum sapio qtum capio quid est hoc: nisi tu me sequere. per imitationē perferendo tempalia mala: ille maneat donec sempiterna venio redditurus bona. Qd apertius ita dici potest. Perfecta me sequatur actio/ informata mee passionis exemplo: inchoata vero cōtēplatio maneat donec venio/ perficienda cum venero. Sequitur eī christum perueniens vsqȝ ad mortem plenitudo patientie: manet autem donec veniat christus tunc manifestanda plenitudo scientie. Hic quippe tolerant mala huius mūdi in terra morientiū: ibi videbunt bona dn̄i in terra viuentiū. Quod enī ait Sic eū volo manere donec veniā non sic intelligēdū est quasi dixerit/ remanere vel manere sed expectare: quoniam quod per eum significatur non vtiqȝ nunc sed cum venerit christus implebit. Quid autem per hunc significat cui dictum est: tu me sequere. nisi nūc agatur: non perueníetur ad illud qd expectat. In hac autem actiua vita qtomagis christum diligimus. tanto facilius liberamur a malo: At ipse nos minus diligit quales nunc sumus et hinc ideo liberat ne semper tales simus. Ibi vero amplius nos diligit. quoniā qd ei displiceat & qd a nobis auferat nō habebimus: nec ob aliud nos hic diligit. nisi vt sanet & transferat ab his que nō diligit. Hic ergo minus vbi non vult remaneamus: ibi amplius quo vult transeamus. & vnde nō vult pereamus. Amet ergo eum petrus vt ab ista mortalitate liberemur: amet ab eo iohannes vt ī illa īmortalitate seruemur. Sed ista ratione illud ostenditur. cur amplius iohannem qȝ petrum amauerit christus: non cur amplius petrus qȝ iohannes amauerit christum. Neqȝ enim si plus nos diligit christus in futuro seculo vbi cum illo sine fine viuemus qȝ in isto vñ eruimur. vt illic semper simus ꝓpterea nos tunc eū minus dilecuri sumꝰ quando meliores erimus: cum meliores vtiqȝ nisi amplius eum diligendo nullo modo esse possumꝰ. Cur ergo iohannes minus eum diligebat qȝ petrus. si eam vitam significabat in q̄ est multo amplius diligendus: nisi quia ꝓpterea dictum est. volo eum manere. id est. expectare donec veniā/ qm̄ & ipsum amorem q̄ tunc multo amplior erit nondum habemꝰ sed futurum expectamꝰ: vt cum ipse venerit habeamus. Nam sicut in epistola sua idem dicit iohānes apl's. nondū apparuit quod erimus: scimus qm̄ cum apparuerit similes ei erimus. qm̄ videbimꝰ eum sicuti est. Tunc ergo amplius qd videmus diligemus. Ipse aūt dn̄s illam que futura est vitam nr̄am qualis in nobis futura sit sciens ꝑdestinatiōe plus amat: vt ad eā nos amando perducat. Quo circa qm̄ vniūse vie dn̄i mīa & veritas: miseriā nr̄am p̄ntez nouimꝰ qr sentimꝰ. Et ideo mīam dn̄i quā nob de miseria liberādis exhiberi volumꝰ plus amamꝰ: eamqȝ q̄tidie maxie pro pec

1. Johan. iij.

catoꝝ remissione poscim⁹ ⁊ habem⁹. Hoc per petrum significatū est plus amantē sꝫ minus amatum: quia minus nos amat christus miseros q̄ beatos. Ueritatis autem contemplationē qualis tunc futura est minus amamus: quia nondum nouimus nec habemus. hec ꝗ per iohannez significata ē minus amantem. atq̄ ideo ⁊ ad ipsaz ⁊ ad eius in nobis amorem qualis ei debet̄ implendum donec veniat dn̄s expectantem: sed plus amatum. quia id qꝺ per illum figuratum est/hoc efficit beatum. ¶ Nemo tamen istos insignes apostolos separet. Et in eo qꝺ significabat petr⁹ambo erant: et in eo quod significabat iohannes ambo futuri erāt. Significādo seq̄bat̄ iste: manebat ille. Credendo autem ambo mala presentia huius miserie tolerabant: Ambo futura bona illius beatitudinis expectabāt: nec ipsi soli sed vniūsa hoc facit sancta ecclesia sponsa christi. ab istis temptationib⁹ eruenda in illa felicitate seruanda: Quas duas vitas petrus ⁊ iohannes figurauerūt singuli singulas. Uerum ⁊ in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidem: ⁊ illa in eternum fruentur ambo per speciem. Omnibus igitur sanctis ad christi corpus insepabiliter pertinentibus ꝓpter hui⁹ vite ꝓcellosissime gubernaculū ad liganda et soluenda peccata/claues regni celorum primus apostoloꝝ petrus accepit: eisdēq̄ omnibus sanctis propter vite illius secretissime quietissimū sinū super pectus christi iohannes euangelista discubuit: quoniam nec iste solus sed vniuersa ecclesia ligat soluitq̄ peccata. nec ille ī ꝑncipio verbum deū apꝺ deū ⁊ cetera de christi diuinitate: ⁊ de totius dīnitatis trinitate atq̄ vnitate sublimia que ī illo regno facie ad faciem ꝯtemplanda/nunc autē donec veniat dn̄s in speculo atq̄ in enigmate contuenda sunt. que predicando ructaret de fonte dn̄ici pectoris solus bibit: sꝫ ipse dominus ipsum euangeliū pro sua cuiusq̄ capacitate omnibus suis bibendū toto terrarum orbe diffundit. Sūt qui senserint et hi quidem non ꝯtemptibiles sacri eloquij tractatores a christo iohannē apostolum propterea plus amatum qꝺ neq̄ vxorē duxerit: et ab ineūte puericia castissim⁹ vixerit. Hoc quidem in scripturis canonicis n̄ euidenter apparet: verūtamē id quoq̄ mul tum adiuuat ꝯgruētiā huiusce sentētie qꝺ illa vita per eum significata est vbi n̄ erūt nuptie. Hic ē discipulus ille q̄ testimoniuz perhibet de his et scripsit hec: et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem inquit et alia multa que fecit iesus: que si scribantur per singula: nec ipsuz arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Non spacio locoꝝ credendū est mūdum capere non posse q̄ in eo scribi si possent scripta nō ferret/sed capacitate legentium comprehendi fortasse non possent: q̄uis salua rerum fide/plerumq̄ verba excedere videantur fidem. qꝺ non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium causa ⁊ ratione reddita exponitur: sed quando id quod apertū est vel augetur vel extenuatur. nec tamen a tramite significande veritatis erratur: q̄niam sic verba rem que indicatur excedūt vt voluntas loquentis nec fallentis appareat: q̄ nouit q̄usq̄ credat̄: a q̄ vltra q̄ credendū ē vel minuit̄ loq̄ndo aliq̄d vel auget̄. Hūc loquendi modū greco sermone. non solum grecarum verumetiam latinaꝝ litterarum magistri hyperbolen vocant. Qui modus sicut hoc loco ita in nōnullis alijs diuinis litteris inuenitur vt est. Posuerunt in celū os suum: ⁊ verticem capilli perambulantiū in delictis suis: ⁊ multa huiuscemodi que scripturis sanctis nō desunt. sicut alij tropi hoc est locutionū modi: de quibus operosi⁹ disputarē. nisi euāgelista terminante euangeliū suum. etiaz ipse cōpellerer meū terminare sermonem.

Diui Aurelij Augustini hipponensis episcopi/expositio in euangelium scd̄m Johannem foeliciter explicit.

Goff A-1275

205

